


26

B. a. 7/15.



A  
21  
193




2 400 40



MADE IN SPAIN

26



B. a. 7/15.

A  
21  
193

Del Colegio de la Comp<sup>ta</sup> de S. Juan de Granada B. &

IN VATICINIA N-9180

# ISAIAE,

PROPHETAE

CLARISSIMI,

PARAPHRASIS,


Heroico carmine conscripta, libros septem cõmplectens: -

*Auctore*

IOANNE CARPENTEIO

IURISCONSULTO ATTREBATIO.

*Editio altera, additamento textus ipsius  
Prophetae auctior.*



ANTVERPIAE,  
Ex Officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.  
M. D. LXXXVIII.

*Si Pietate tuos Patientia & aspice mores  
(Vi facis, vique tuum prenotat eulogium)*



*Componas, nihil addubita, clarissime Praesul,  
Næ fano, duplici nomine charus eris.*

IOANNES SARACENV.S.

Anagramma:

VNA SICAREAS, NON ES.

*Dodecastichon auctoris in idem anagramma.*

**C**Vi pietas, cui dux vitæ patientia cordi est,  
Alterutra nequit alterius sine peste carere.  
Aduersis semper pietas vrgetur : at illi  
Subueniens infracta statim patientia præsto est.  
Ni faciat, pietas rebus succumbat iniquis,

A 2

Inque

4  
Inque truce[m] mitis patientia desinat iram.  
Ergo tam solido vincitæ simul ære tenentur,  
VNA VTSI CAREAS, ausim tibi dicere, NON ES.  
At non esse graue est, & funere tristius omni.  
A quo iure procul dici potes vnus abesse,  
Vtraque namque in te nexu conspirat amico,  
Et pietas, & fortunæ patientia victrix.

*Alius Anagrammaticus Ant. Meyeri.*

IOANNES SARACENVS  
SANE IESVS ANCORA.

**F**luctibus in pelagi si IESVS ANCORA SANE,  
Vis poterit cymbam perdere nulla meam.  
Naufraga nec PIETAS, nec erit PATIENTIA SANE  
Instabilis, IESVS ANCORA donec erit.  
Funiculus triplex, PIETAS, PATIENTIA, IESVS,  
Postibus & tanquam Regia vela meis.

*Pietate & Patientia.*

A D

5  
A M P L I S S I M V M  
A C R E V E R E N D I S S I M V M  
Præsule[m] ac Dominum, D. Ioannem Saracenum, Diui Vedaasti Attrebatij Abbatem, & Regis Hispaniarum Serenissimi in sui sanctioris status Belgici intimo Senatu Consiliarium dignissimum,

PRAEFATIO I. CARPENTEI  
Attrebatij.

**S**ARRACENÈ pater, patrū decus Artesiorum,  
Cui, ceu victa mari ratis, & spoliata magistro,  
Commisit sese magni domus alta Vedaasti  
Inspirata Deo, & promo dignata Philippi  
Consensu Regis, qui fratrum vota tuorum,  
Et cuiusque boni suffragia lecta secutus,  
Pontificale tibi sceptrum, celsamque tiaram  
Ferre dedit, iussumque sui partem esse Senatus,  
Arcana imperij voluit penitissima scire,  
Et belli pacisque graues expendere causas,  
Ecquid ab hoc tanto tantarum culmine rerum,  
In quo multa sagax, & magna negocia traectas,  
Ad nostras aliquando vacat descendere musas?  
Et si quid canimus rude, & indoctum, inque politum  
Dulce putare? mihi, si hæc possunt gaudia dici,  
(Et possunt dubio procul) insperata fuere,  
Thesaurus velut in somnis monstrante repertus  
Mercurio: nam quanti ego sum, aut meae carmina quanti?  
Præcipis illa tamen capsis erumpere nostris,  
Et solem lucemque pati, perque ora virorum

A 3

Docta

Docta, peregrinas audacter visere terras.  
 Longa maris, longa est terra via, multus ubique  
 Hostis in insidiis, scopulis mare, terra salebris  
 Impedient reditum: si fortè emissa relicti,  
 Heu serò, querant in colla redire parentis.  
 Sed quia non parere nefas speciosa iubenti,  
 (Quauis quemque suum trahat in diuersa palatum,  
 Et non iudiciis, vt legibus, utimur iisdem)  
 Libera erit cuiuis, de me sentire facultas:  
 Tu modò si faueas, si suscipis ista serenus,  
 Omne tuli punctum, securus nil aliorum  
 Vota moror: nec enim populi suffragia venor  
 Ventosi, tuus omnium erit mihi calculus instar.

Interea permittite mihi, doctissime Praesul,  
 Quando ita saecula ferunt, vt mordax omnia carpat  
 Zeilus, & nil sit, quod non dens appetat ater  
 Inuidiae, monstrum quo non funestius ullum,  
 Pro re pauca loqui, ne fortè tacendo fateri  
 Arguar, & falsò confictum agnoscere crimen.  
 Namque ego, dum vastum hoc pelagus, nullique priorum  
 Tentatum ingrederer, fragili rate, remige nullo,  
 Aut raro instructus, ventique insuetus & vnda,  
 Praescieram fore, vt haec deprensa Ionio in alto,  
 Raptaque diuersis turbata per aequora ventis,  
 In varios rumorum aestus incurreret alnus,  
 Nec cursum optatum per tot vada ceca teneret.  
 Nam diuinabam, (Deus haec tamen omina vertat  
 In melius,) multis vigilatum noctibus, audaxque  
 Istud opus, variè acceptum abs Lectoribus iri,  
 Multaque per rabulas passurum indigna loquaces.

Sed, quibus id scripti genus haud placet, & quibus omnis  
 Musarum grauis est odor, & vilescit Apollo,  
 Vulgus iners, naris stupidæ, insipidi que palati,  
 (Atque vitinam vulgus tantùm, nec publicus iste

Insignes

Insignes cum plebe viros peruaderet error)  
 Hos ego mole licet magna, numeroque timendos  
 Contemsi facile semper: namque inscia turba  
 Scyllæam rabiem latratu exercet inani,  
 Nos prateruehimur, praterque impune vehemur  
 Securi, elusis canibus, rictusque ferinos  
 In sua crudeli vertentibus inguina morsu.

Verùm alij incumbunt seui magis, & sibi dudum  
 Nescio quod nacti nomen, qui fronte seuerè  
 Contracta, indignum dicent, tam sancta prophætis  
 Vulgari responsa modis, nec mystica vatis  
 Sensa Palaestini Latio bene carmine reddi.  
 Denique contendent (quid enim non liuidus audeat  
 Indomitusque furor?) ciuilia iura professo  
 Tangere sacra nefas, & non contendere frustra  
 Fortè videbuntur: tanta est insania saeculi.

Quos contra (quanquam potiora negocia dudum  
 Me reuocant) paucis hæc pro me dicere visum.  
 Tu litem hanc (tanto si lis modò iudice digna est,  
 Et certè digna est, Praesul clarissime cernes.  
 Nempe colis Musas felix, & Apollinis artes  
 Non snis ingrato sordescere turpiter aeo.  
 Et nisi spes animi nimium me credula fallit,  
 Auguror Amosidem te praeside & auspice nostrum  
 Victurum, dum sacra pater Romanus habebit,  
 Ter geminusque Deus, Pater, & Patris vnica Proles,  
 Communisque amborum Amor, & spirabile numen  
 Per populos omnes Latio cantabitur ore.

Vos igitur, quibus est alienos dulce labores  
 Inspicere, vt cyathos inter, mensasque loquaces,  
 Mordendi dira scabie, & prurigine tactus  
 Vellicet absentes conuiuia facetus amicos;  
 An non est, in quos genuinum figere dentem  
 Possitis iuste magis, inuidiaque minore?

Si

*Si iuuat, & fas est, dirum exercere furorem,  
Vertite in obscænos rostrum linguamque poëtas,  
Vertite famosis in scripta referta libellis.  
Quis furor, ô miseri, quæ tam vesana voluptas,  
Innocuos lacerare homines, nullique molestos?  
Spernitur orator bonus, irridetur alumnus  
Musarum: colitur, laudatur, amatur acerbus  
Fœnoris exactor, primo sedet ordine, cui res  
Artibus aucta malis emtos cumulauit honores.  
Ab miseri, ne, quæso, malis assuescite tantis,  
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis;  
Neu vobis decus inde, nouumque accersere nomen  
Sperate: auctores maledicta retorquet in ipsos  
Sancta Themis, numen fandi memor, atque nefandi.*

Verfus En-  
nianus.

*Tu magis ipse penu proprio deprome, quod ausis  
Iudiciis hominum tuto committere sanis,  
Si quid habes; si non, digito compeſce labellum,  
Fiasque Harpocrates, nunquam tacuisse pigebit:  
Nam qui sacra negas sacris tractanda poëtis,  
Impius es: veteri-ne illos spoliabis honore,  
Quem primum à primis tenuerunt hætenus annis?  
Orphea nam tut taceam, atque æui propioris Homerum;  
Quique, velut torrens hybernis imbribus auctus,  
Sive Deos, reges-ve canit, ruit ore profundo  
Pindarus immensus, & non imitabilis vlli;  
Atque alios, patrio quos omnes carmine constat  
Concelebrasse Deos, & diis genitos heroas;  
Ut fileam (nam longa mora est, properoque coactus)  
Tarquinij sero membranas ære redemptas,  
Versibus antiquis quas conscripsere Sibylla,  
Seu sex, siue nouem, seu tres-ve, minus-ve fuere;  
Ut Druidas Gallis, Indis Brachmanas omittam,  
Conscriptas rythmis leges ritusque dedisse.  
Quis, nisi sacrorum historiaeque ignarus & expers,*

Hebraeum

*Hebraeum regem, Dircaeo vate priorem,  
Regem illum à caulis ad eburnea sceptrâ vocatum,  
Effusum in Lyricos vario modulamine cantus,  
Nunc elegis, nescit motum placasse Tonantem,  
Flebilibusque modis veniam impetrasse petitam?  
Nunc grauiore sono cædes pugnataque bella,  
Et partos domito cecinisse ex hoste triumphos?  
Sæpe etiam nisu superas euectus ad auras  
Plus quam mortali, cælo se feruidus infert,  
Vnde Deo genitore Deum, genitrice puella  
Factum hominem nostræ trahit ad commercia vitæ,  
Perque famem, atque sitim, per acerbos mille labores,  
Per crucis horrendæ tormenta nouissima, morti  
Addicit, manesque etiam deducit ad imos:  
Mox reuocat, cæloque refert, solioque paterno,  
Mira canens, nostrósque procil fugientia sensus.  
Nec verò solus diuina poemata scripsit  
Ebrius arcano diuini numinis haustu  
Dauides: notum est Solomonis nobile carmen,  
Qui sceptri citharæque simul successor, & heres  
Pacificus, patrem iustis prope passibus æquat,  
Dum felicia coniugia, & castos hymeneos  
Bucolico celebrat versus, mysteria magna  
Christum inter, sponsamque suam, sub imagine velans.  
Quantulum opus, numeres versus si millia quinque,  
Quos orbi (vt perhibent) inuidit auara vetustas?  
Hoc meus egregio Romanum carmine fecit  
Moncaus, scholiisque obscurum ornavit, at illis  
Quam tersis, ô di, quanto sudore repertis?  
Nec reor Amosiden aliter, quam carmine scripto,  
Visa sibi populis olim vulgasse futuris:  
Quòd magis vt credam, faciunt tot cantica, & hymni  
Toto operis passim florum instar corpore sparsi.*

Possum & prisca magis clarorum exempla virorum

B

Edere,

Edere, & in scenam ante alios inducere Mosem,  
 Cuius qui nescit, quod capto littore dixit  
 Prospektans acies refugo sub gurgite mersas,  
 Magnificum carmen, non ille Hagiographa legit.  
 Quid? quod foemineis etiam laudariet hymnis  
 Ipse Deus voluit? testis tua, magne Sacerdos,  
 Casta soror, ductrix saltata ad sinistra choreæ,  
 Tympanaque, & dulces alternis cantibus odas.  
 Testis Eframitæ Lapidoti nobilis vxor,  
 Io triumphæ canens, iacet ingens Sisara truncus,  
 Pallida foemineo perfossus tempora clauo.

Et tantis vt nos similes non esse poetis  
 Nemo neget, summumque nefas sit tendere contra,  
 Qui meruere sacros adyti penetrare recessus,  
 Nominis huius enim non affectamus honorem,  
 Contenti longo (quando propiore negatum est)  
 Illorum vestigia sancta sequi interuallo:  
 Communes cunctis etiam-ne vetabimur aras  
 Tangere? & intextum nostri de floribus horti  
 Ad postes imos quandoque appendere sertum?  
 Num deuota mole minus est leuis vncia salæ,  
 Aut turtur geminus, passer-ve, pares-ve columbæ,  
 Aut hadus lactens, quæ pauperis hostia vulgi est,  
 Quàm costum molle, aut peregrini thuris odores,  
 Exhausti-ve greges, aut regales hecatombæ?  
 Nil facit ad munus pretium, sed grata voluntas,  
 Et mens pura Deo spicas commendat agrestes.

Sed satis hæc: tantum duo verba prioribus addam,  
 Qui sacris vates arcet, sacra ipse abhorret,  
 Qui musas hominum generi interdicit, amores  
 Delitiâsque adimit, cælestia munera tollit.  
 Nam cælo venit (si nescis) spiritus iste,  
 Quo sine vita diu non sit mihi sospes, adoro:  
 Tu, qui aliter sentis, sequere ambitiosus honores,

Auge

Auge rem, quo iure, mihi sus deque feretur;  
 Tantum mitte bonos non laesus laedere tandem.

Ad te nunc igitur Pater, & tua iussa reuertor,  
 Ab Patrone mei nimium studiose, quiescas  
 Intempestiuo me prodere velle fauore.  
 Durum est, ante diem patrio detrudere nido  
 Implumem foetum, ventosque imbrésque timentem.  
 Tempus erit, cum nil vento debebit & aura;  
 Forsan at impavidus per se nitetur in altum,  
 Diffidens vacuum stridentibus aëra pennis.  
 Tempus alit segetes, mitescunt tempore botri,  
 Tempore robusti veniunt ad aratra iuenci,  
 Tempus & ingenii vires crescentibus addit.  
 Parce tuo desiderio spes perdere nostras:  
 Proxima forte dabit meliora optantibus etas.  
 Sin verò, vt nunc est, informem præcipis ire,  
 Idque sedet fixum penitus tibi, prodeat, hic iam  
 Prodeat, haud remoror, tu qualemcumque tuere,  
 Magnè Pater, tuo enim stabitque cadetque periclo.

Sed monitus mihi Lector erit, multumque monendus,  
 (Si quis erit, qui nostra leget) non illa silenti  
 Scripta loco, syluas inter riuosque salubres,  
 Qualem Phœbus amat, qualem Phœbi que sorores  
 Optarent natis ad magnum carmen alumnis,  
 Qualem Auerdonij saltus, collésque Calonæ,  
 (Si per bella frui procul hinc amota liceret)  
 Ostentant, vitreisque loquax Clarentia lymphis.  
 Rus, ô rus, rus dulce meum, te quando reuisam?  
 Multa vbi & alta quies, vbi mota turbida mentis  
 Exsulat anxietas, vbilis & rixa nec ipso  
 Nomine sunt nota, Deus, hæc Deus ocia Belgis,  
 Ocia nescierint quòd talia ferre, datamque  
 Maluerint bello pacem mutare, negavit.  
 Non tamen Hispanas (vt credimus) irritus oras,

B 2

Addi-



Additáque Hispanis nuper Lusitanica sceptris  
Legatus regna accésti, dextrámque datricem  
Pacis adorasti: Euenient, quæ publica coram  
Diceris haud surdo vota emisisse Philippo.  
Hoc faxit Deus, hoc magni regnator Olympi  
Annuat, & nostro Martem procul arceat orbe.

Ergo Urbis medio sunt nata forique tumultu  
Carmina, quæ tibi dono, dicoque amp'issime Præsul.  
Ingenium retinent, vt semina sæpe videmus,  
Naturámque loci, quo primùm effusa fuere;  
Scilicet intermissa, interque polata, nec vno  
Ducta calore, suis nec scitè hærentia membris.  
Dum vocat hic, reuocat meditantem protinus alter,  
Consultórque frequens chartas, (vt inane Sibyllæ  
Ventus agit folium,) & scripta, & scedia omnia turbat.  
Et nostro quisquam speret de pectore carmen,  
Montibus Aoniis, nympháque Aganippide dignum?  
Qualiacumque tamen facili, Pater, accipe vultu,  
Et quo plura soles grauiorum expendere rerum  
Iudicio momenta, meos discernè labores:  
Post tua, non alia expecto suffragia, tota  
Causa perorata est. Critici, mala turba, Valet e.

## ΠΡΟΦΗΤΕΙΑΝ

ΤΟΥ ΑΡΧΙΠΡΟΦΗΤΟΥ ΉΣΑΙΟΥ

ΥΠΟ ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

Καρπεντεῖς ἠεθ' ἰκοῖς σίχ' ἰς ῥωμαῖς ἠ μεταφρασεύσαν.



Υδαλίμου κόσμησεν ἀγακλυτὸς υἱὸς Ἀμώσῃ  
Θέσσισι κλένοτάταν διέπ' ἰαῖς Σολύμαν,  
Ατρεβατεὺς ἢ Μάρων λογιώτατον δέχ' ἰ-  
ωροφῆτω

Κόσμη ἰωροφῆτωις θαυμασίῳις μέλεσσιν  
Εβραϊκῆς φωνῆς δ' εἰδότης ἤλιθα παύροισ  
Πρόθεν ἔερπε μέγας μύθ' ἰς ἀριστολόγος,  
Νωὶ, λατῖνα χέων θεασίσματα σιγαλόεντα,  
Πάντας ὁμοῦ θφίης πλῆσε καὶ διφροσιώνης  
Ὡ πότνια χάρτες, ὡσεμνολογήματα κεδνὰ,  
Πάγκαλα ἠ Γλαφυρῆς δ' ἰθὺα σιωθεσίης!  
Ὡ βλάσημα τρυφῆς νοσθρέμμονος ἀγλαόκαρπον,  
Ὡ δαίδαλμα φρενὸς π' ἀνύθρον ἠγαθῆς!  
Ὡς, θεόπισε Μάρων, ἀφάτων θησαυρῶν ἐάων  
Δημόσιον γροφῶθεν πρὸς φάος ἔξαναγῆς,  
Πᾶσι μεγαφελίης τερπνῆς, ἦ κύνειος ἀπ' ἠ  
Πάντας ἐς αἰῶνας πρὸξενον ὠλυγίς!  
Ἀμβροτον ἀλλὰ θφοῖ ὅσις ποιήμα Μάρωνος  
Ἀξιεπαρότατον δέχθε φιλοφροσιέως,  
Ἡδυμελίφθογον π' ἰδέγμενοι ἠδέα Ρέθης  
Φαίδιμον αἰσόνιω φαιρέῖ λαμπεροτάτω.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΣΤΑΒΙΟΥ ΑΤΤΡΕΒΑΤΑΙΟΥ

B 3

D. N. A.

## D. NATALIS NOVIONII

Prioris ad D. Ved. Attr.

*Amosida plectrum aptasse, ut diuina Tonantis  
Arcana Aonia voce propheta sonet;  
Et scholiis prisca emodasse anigmata Vatis,  
Omnibus ut possit peruisus esse liber:  
Græde opus, immesum, & Phœbeo pectine dignū,  
Nil adeò obscurum pagina sacra dedit.  
Hinc tibi maior honor, tibi, Carpentæie, cohortes  
Inter Apollineas gloria maior erit.*

A D C V D.

IOANNEM CARPENTARIUM,  
RIGIACI ATTREBATVM CAUSSARVM  
patronum longè disertissimum, & Poetam præstan-  
tissimum, carmen Francisci Moschi Niuigellani, I. C.



*Q*uæ Superum Genitor quondam mor-  
talibus agris  
Aurea perpetua voluit monumenta  
salutis  
Cognita, fatidicis suggestit Vatis, ut quos  
Mira arcana docens diuino pectoris haustu  
Cœlitus implet; dum post longissima Christum  
Sacula transmisit, propria qui voce locutus,  
Supremi pia iussa Patris vulgaret in orbe.  
Et quamquam prisca vates virtute coruscet

Omni-

*Omni-gena: tam è loquio, & gravitate Prophetas  
Anteit Amosides reliquos, & stirpis auitæ  
Germine prelastris Solymas hic personat arceis.  
Ceu tonitru horrifico, scelera iniectatus, & ingens  
Excidium populis, ni mutant prava, minatus.  
Terrificos igneis, & fulmina vindicis ira.  
Ast ubi purgata maculis & crimine mentem  
Calituum exhibeant Regi, mox fulgida nubem  
Per mediam supero axe volans se gratia sistet,  
Et quos culpa nigras fecit, candore polibit.  
Artibus his hominum menteis terræq; lutoque  
Immersas ad Calicolum supera ardua vates  
Carminibus reuocat, celsæq; adfigit Olympo.  
Sed quæ vaticinans mira gravitate profatur  
Amosides, plerunque latent caligine nubis  
Conditæ nocturna, & paucis bene peruisa lucent,  
Quæ datur arcanis adytis insister e Diuina.  
At natura boni est, ut quæ se cunque, licebit  
Diffundat, pandatq; viam consortibus aquis.  
En CARPENTARI modiolamine clara diserto  
Musa sonat, vatemque refert herôica versa  
Grandiloquo, tenebrasq; fugat, ceu libera, cæpo &  
Latipatente vagans, ac eruit abdita quæque.  
Quot memorem Hebræos Patres, Græcosq; La-  
tinósque  
Assidue lectos, operi dum incumbere tanto*

Te

*Te CARPENTARIUM, altāq; promere sēsa!  
His tibi nominibus semper deuincta manebit  
Posteritas, laudēque canet ventura Nepotum  
Aetas, quos ad eō studiis, & vigilique Minerva  
Iuueris, ut Vatis possint penetrare nosse  
Amosida: At laudes te hominum nil, credo, mo-  
uebunt:*

*Vberior longē est merces tibi debita calo,  
Pro tantis scriptis, exantlatōque labore.  
Quod si Psalmographum, tua cui sacunda latine  
Musa loqui tribuit, facies volitare per ora  
Docta virūm, merces cumulatibitur, & dec' ingēs  
Accedet primo decori, & par nobile vatum  
Per te nobilius grates resonabit Olympo.*

D. ROBERTI OBRISII APVD  
Attrebatē Flamini ad huius Paraphrasēos authorē Carmen.

**D**etinuisse tuam longo si tempore Musam  
Dicar, ego contrā dixero, detinuit  
Me tua Musa melos fundens, sed quale Tibullus,  
Quale simul iunctus fuderit ore Maro.  
Obstupui cultus, & frontis amabile philtrum,  
Et castigata dona pudicitie.  
Sensit, & in captum desigens lumina, dulci  
Gutture productos integrat illa modos.  
Exilii pavitans, tenuique hac murmure dixi,  
Te tuus accitam, diua, reposcit amor.  
Vade, nec Amosida tenebris preme carmina vatis,  
Nec preme Dauidica fila canora lyra.

Talis



**T**alis erat, sic ora, manus, oculōsque ferebat  
Editus Hebræis regibus Amosides;  
Amosides vatum princeps, intérque Videntes  
Quorum scripta manent, gloria prima, viros.  
Quam bene si dotes animi, si munera linguæ,  
Si declamantis gestum habitūmque viri,  
Si flammis labra tacta sacris hoc ære dedisses  
Spiranti, plastes, conspicienda palam;  
Quantus ab ore lepos, quam dulcis plena suadæ  
Copia flexanimæ, qualis ab arte sonus,  
Dum per terricrepto diuini fulmine verbi  
Attonitos, blandis erigit alloquiis,  
Solaturque animos tristes in spemque reducit  
Maturæ veniæ, iam meliore deo!  
Quis contrā stylus hiberno torrentior imbre,  
Quæ vis, quod flumen diuitis ingenij,  
Dum reges regūmque canit crudelia facta,  
Moxque secuta deo vindice supplicia?  
Sed nihil in toto magis admirabile vate  
Quam constans eius carminis historia,

C

Quo

Quo Christi natale Dei vitamque necemque  
 Tamquam presentem praeferunt ve canit,  
 Quae quia monstrari nequeunt redhibente tabella,  
 Ipsi vatis sat monumenta docent.  
 Qui verò mores, quae vita, quis exitus illi,  
 Quod vitae spatium, suppliciique genus,  
 Ad nos vix tenuis peruenit fama nepotes,  
 Tam malè de nobis promeruistis aui:  
 Quamquam aliqui ex nostris, Hieronymus, exque Pelasgis  
 Qui Salamine fuit Praesul, Epiphanius,  
 Tam duros monitus, tam libera verba Manassae  
 Hesechia nato displicuisse ferant,  
 Atque adeò vatem serra stridente necasse,  
 Corpùsque in partes dissectuisse duas.  
 Quis furor, Hesechia proles indigna parente,  
 Non potes à capite hoc abstinuisse manus?  
 Non te canicies Solymae venerabilis vrbi,  
 Non frons saepè patris terror amorque tui,  
 Non oculi caelo noti, quibus alta videre  
 Contigit aeterni numinis arbitria,  
 Non lingua haec verborum opifex, vberissima fandi,  
 Cùmque Deo alternis vocibus ausa loqui;  
 Denique nil commune genus, nil sanguis eodem.  
 Fonte fluens, iras molliit indomitas?  
 Perfectum scelus est, potiturque furore tyrannus,  
 Interea vates occubat innocuus.  
 Caetera ut excuses tua dictu immania facta,  
 Quae meus ipse vetat commemorare pudor,  
 Impie rex, poenaeque nouae mirande repertor,  
 Debuit hoc saltem non licuisse tibi.  
 At ne montanae violarent ossa volucres,  
 Reliquias collis Rogelianus habet.  
 Signat adhuc tumulum quercus annosa, comisque  
 Sanctum frondosis umbrat opaca locum.  
 Pastores umbram laeti, fontemque frequentant  
 Tum nullum, sed quem postea ciuit humo.  
 Ter tacta, Deus omnipotens, & vatis amici  
 Busta salutiferis lambere iussit aquis;  
 Et dixit: Siloen virtus manet alma medendi:  
 Et vetus vrbe sacra nunc quoque nomen habet.  
 Salue sancte cinis, sacraque quiesce sub vrna,  
 Dum summum indicat buccina iudicium.

A D

A D

IOANNEM CARPENTERIVM  
 I. C. VATICINIA ESAIAE LATINIS  
 Versibus exponentem, Francisci Moncaij Attrebatij  
 Carmen.



Carpenterem, \* sacri qui Principis acria condis  
 Mitibus Aonidum nunc quoque iura fauis;  
 Cui veterem Vraniae nil dum restinxit amorem  
 Ambitiosus \* Herae legipotentis amor;  
 Quin ita contendis gemino par vnus amori;  
 Ut quantum alterutri nullus, vtrique vaces.  
 Perge nouis interpres Amosida reddere vatem  
 Versibus, & Latius vertere sacra modis.  
 Quamque prius Regi iuuat impendisse, Propheta  
 Stemmata regali sentiat ortus opem.  
 Laus ab vtroque ingens: \* Tentati at pluribus olim  
 Participes multos gloria Regis habet;  
 De magno solida tibi surget Amoside nullis  
 Delibata prius gloria laudis auis.  
 Adde Vedastinus quod ad hunc te Praesul: ad illum  
 Nemo fauore pari qui stimulare, erat.  
 Hic tibi Parnassum, tibi maius Apolline numen,  
 Maiorem hic praestat & tibi Praesul opem.  
 Ergo prioris honos & laus sit magna, licebit:  
 Maior honos operae posterioris erit.

\* Imp. Iustini, quem  
 librorum iuris in  
 scriptio-  
 nis sacra-  
 tum Prin-  
 cipem vocant.  
 \* Iurispruden-  
 tia.

\* psalmes  
 Davidis qui  
 versu tenta-  
 rint, plures  
 iam olim ex-  
 stiterunt.

C 2

A D

AD EVNDEM,  
 QVVM EI PSALMORVM  
 DAVIDIS ET ESAIÆ POETICAM  
 paraphrasim remitteret, eiusdem phaleucij.

**N**UNC tandem tibi, sed dolens & agrè,  
 Carpentere, tuas remitto nostra  
 Revulsas male de manu Camœnas.  
 Quàm totum cuperem meo fuisses  
 Passus hospitio excipi per annum:  
 Aut illis (neque fas erat) carere  
 Toto si tibi non licebat annos  
 At saltem licuisset auctiore  
 Harum tempore parsimoniarum.  
 Illa me poterant ad aqutatis,  
 Ad vita studium severioris,  
 Ad decus pietatis excitare,  
 Et quacunque viro per hocce tempus  
 Sunt piè meditanda Christiano,  
 Meis omnia sensibus, nec ulla  
 Mentis insinuare delicata  
 Nausæa tamen aut acerbitate.  
 Tam molles aditus ad imbuendos  
 Vel succis animos habent amaris.  
 Quippe quum tetrica, graves, severa,  
 Quum te denique sint parente digna.  
 Hanc cultu tamen, elegantiaque

Et

Et contra facili severitatem,  
 Tam per omnia suave temperarunt,  
 Ut supercilium nec elegantes  
 Tanquam triste nimis, nimisque durum,  
 Nec damnare superfluum Senevi  
 Possint mundiciem, Atticisque cultus.  
 Tales adibus hospites profecto  
 Agrè nunc patior meis abire.  
 Sed dudum revocas, pudetque plures  
 Causas nectere me penes morandi.  
 O saltem mihi si foret supellex  
 Unde munus eis, & hospitale  
 Depromam xenium, quod hinc euntes  
 Qualecumque mei ferant in ipsas  
 Amoris specimen. Sed his quid ultra,  
 Quid mea rogo liberalitate  
 Ornatus queat aut decoris addi?  
 Nil sanè queat. Ergo pervolutas  
 Laudatasque, mihi licet quod unum,  
 Nunc tandem tibi sed dolens, & agrè  
 Carpentere tuas remitto, nostra  
 Revulsas male de manu Camœnas.

C 3

I N

23  
IN IO. CARPENTII I. C.  
ESAIAM ANT. MEYERI CARMEN.

**O**bsita sunt veterum tenebris oracula vatum,  
Fata Palestina qui cecinere phrasi:  
Rebus enim per se obscuris malè conditus umbram  
Densat, & inuoluit pleraque sermo rudis.  
Rarus ob id Sophia, celo quæ prodita, lector,  
Et iacet obducto pagina dia situ.  
At tua Carpentere legens, interprete nullo  
Amosidæ videor sensa videre palam.  
Tam numeri suaues, tantum quoque lucis habentes,  
Inque loco surgit grande decenter epos;  
Vt non consultum iuris, ciuemque Atrebatem,  
Quem teneat medio plurima caussa foro,  
Sed vatem agnoscam, media qui natus in Vrbe,  
Cui dederit solidum musa Latina melos.  
Perge: nec intermitte stilum, memor vnde facultas  
Ista, memor qua sit tradita lege tibi.  
Ni sibi mandatum reddat cum fœnore semen  
Terra, videtur herum ludificare suum.  
Totum iter emensus tu per vestigia Vatis  
Amosidæ, plenum sine capeffe decus.  
Summa operis dabit, vt sanctorum à Præside vatum  
Reddatur tibi vox: Euge poëta bone,  
Ingenij venam quia non es passus inertem,  
Sic tibi nobiscum cœna perennis erit.  
Laurus erit cum vate tibi communis Hebræo:  
Huic apud est homines, & tibi nomen erit.

I N

23  
IN ESAIAM D. IO. CARPENTII  
I. C. ET POETAE CLARISSIMI,  
PHILIPPI MEYERI.

*Epigramma.*

**O**mnia quæ Amosides præfago pectore Vates  
Præcinuit Solymis efficienda locis,  
Carpentæa Chelys penitus caligine demta  
Aptauit Latiis non sine laude modis:  
Doctaque sic vario condiuit scripta lepore,  
Mæonium dicas prorsus vt esse melos.  
Hinc fit vt Antistes magni probet illa Vedasti,  
Quo nil splendidius Belgicus orbis habet,  
Sæpius hæcque typis edenda poëmata curet,  
Quæ legat Eoum vulgus & Hesperium.  
Carpentæe igitur toto celebraberis orbe,  
Non Saracene minus laudis & inde feres.

PHILIPPI CARPENTII, FILIE.

**S**itaceo, ingratus, si patrem laudo, superbus,  
Nec temerè dicar: turpis vtrique nota.  
Non taceo ingratus, non patrem laudo superbus,  
Quem, ne-dum mea laus, altera nulla mouet.  
At supplex gratulque sacrum ter-Numen adoro,  
Quo duce, visa pater vatis, vt ille, canit:  
Vt quibus hæc verè vates prædixit vterque,  
Afficiantque bonos, afficiantque malos:  
Sicque Deus cunctis laudetur, sic quoque vates  
Speratam frugem lætus vterque metat.

I N

IN IO. CARPENTÆII  
ESAIAM

Anagrammatismus:

IOANNES CARPENTÆIVS.

O PERENNI CANTV ESAIAS.

**N**TER Poetas, nostra quos atas tulit  
Facunda Musarum parens,  
Canenda multi humana sumpserunt  
sibi.

Perdocta quorum carmina,  
Si pura, laudo; impura si sint, execror.

Divina sed qui deliquit  
Sibicanenda, illis corona auctore me  
Donanda prima, & prima laus.  
Nec blandiens hac auribus dono tuis,

O docte Carpentæie:  
Movere sed me pauca, qua legi tua  
Ex Esaiis cantica:

Qua tamque docto, tamque suavi pectine  
Chelym ad Latinam personas;  
Possit videri ut factus Esaias Maro:  
Maro Esaias vel novus.  
Afflatus ille Pythio non spiritu  
Vates, sed ipsius Dei,

Qui

Qui per Prophetas dira prædixit suos  
Ventura in impios mala,  
Reges sacerdotisque, ut Israel suum  
Purgaret à piaculis.  
Sed illa qua certissimis euentibus  
Probata ad unum cuncta sunt,  
Non tantum ad illa pertinebant tempora:  
Ad nostra pertinent magis.  
Si Christianus populus, & Reges sui  
Præcepta non seruent Dei:  
E futurum in hoc, in posteròque saculo, ut  
Pœnas luant gravissimas.  
At tu recantans tale qui vatis melos  
Sionij Latia lyra:  
Vives in annos cantibus longos tuis,  
Dignus perenni gloria.  
Tua versa quod præsagierunt nomina:  
CANTV O PERENNI ESAIAS.

I. AVRATVS POETA  
& Interpres Regius.

D

## ΕΙΣ ΙΩΑΝΝΗΝ ΚΑΡΠΕΝΤΗΘΝ

Ἡσαίου τοῦ προφήτου Παραφρασί.

**Ε**ξένεπεν μεμαῶτα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης  
 Ὄβριμον ἠγορεύω, κρενὸς ἐρυκακίης  
 Ἐυκλῆος Ἀμοσίδωο παρασφάλλει σέθεν ὕμνου  
 Καὶ βαθὺς ἀίμα τῆς ἐυφυΐης ὄχετος.  
 Ὡς θέναρ ἑρπύδεντος ἀπέειλον ἔπλετο πόντου,  
 Ὡς σέθεν ἐυεπίης πείρας ἀπειρέσιον.  
 Κύματα παφλάζουσι πολυεσφάλιγγιν ἀήταις,  
 Παίλαπι κυμαίνεις πνεύματος οὐρανόιο.  
 Ἀφρῶ μορμύροντα καὶ οἶδατα θύνα διαίνει,  
 Θύνα ροαῖς μουσίων ἡμετέρω σὺ βρέχεις  
 Ἀλλὰ καὶ ὡς ροθίων καταλείβεται ἀλμυρὸν ὕδωρ,  
 Σὸν δὲ καὶ ἡδέϊς ἡδίων Ἀμβροσίης.  
 Αἰεὶ νάει πόντοιο μέγας ῥόος; ἀεναὸν τοι  
 Καὶ μέλος ἀσβέσφ ζήσεται ἀγλαίη.

ΦΕΔΕΡΙΚΟΥ ΙΑΜΟΤΙΟΥ ΙΑΤΡΟΥ.

## IN IOANNEM CARPENTEIVM

ESAIÆ PROPHETÆ PARAPHRASTEN.

**Æ**quoris indomitas vires memorare parantem  
 Horrisoni terret vasta vorago salis;  
 Amosidæq; tui me laudibus altior arcet  
 Gurges, & ingenij vena profunda tui.  
 Immensum sine fine patet, sine legibus aquor;  
 Eloquio posita est meta nec vlla tuo.  
 AEstuat vnda furens turbantibus aquora ventis;  
 Tu quoque diuino turbine flante tumes.  
 Alluit & spumans resonantia littora fluctus;  
 Flumine Castalio pectora nostra rigas;  
 Ille tamen salsus manat de fluctibus humor;  
 Hic tuus est dulci dulcior Ambrosia.  
 AEquorea fons iugis aqua est: tibi carminis alti  
 Viuet inextincta luce perennis honos.

FEDERICI IAMOTII MEDICI.

## IN VATICINIA

ISAIÆ PROPHETÆ

CLARISSIMI, PARAPHRASIS

Latina, Heroico carmine conscripta, libros septem complectens:

Ioanne Carpentio Attrebatio I. C. Auctore.

LIB. I. CAP. I.

Floruit Isaias  
 anno ante  
 Christum 756.  
 ab orbe con-  
 ditto, anno  
 1166.



MOSIDAE cano visa seni, qui numi-  
 ne plenus  
 Fatidico, Solymis caelestes urbibus iras  
 Regnorumque vices, & regum fune-  
 ra sero

1 Visio Isaiæ filij  
 Amos, quam vidit su-  
 per Iudam, & Ierusa-  
 lem in diebus Oziaë,  
 Ioatham, Achaz, &  
 Ezechiaë regum Iuda.

Credita pramonuit, quo tempore sceptrata tulere  
 Quatuor Hebraei, Davidis genus, ordine reges;  
 Azarias, Ioathan, & spector numinis Achas,  
 Achas lucorum cultor, meliorque parente  
 Hesechias, vitam, successorémque negatum  
 Promeritus lacrymis, qui post tria lustra paternos  
 Colligeret cineres, solioque sederet auito.

Spiritus alme, hominum, superumq; aterna voluptas,  
 Tu grauis hunc operis cur sum, dubiumque vagantis  
 Dirige nauis iter: da Spiritus alme, futuris  
 Te duce, Romano transmittere carmine sacris  
 Vera Dei responsa mei: quid enim edere possum  
 Ni tuus aetherea vacuum fauor impleat aura?

Stabas in aërio Solymas qui despicit arces  
 Monte senex, templumque oculis lustrabat & urbem,  
 Multa animo voluens, perituraque mœnia lugens,  
 Cum subito Deus, ecce, Deus, (mirabile) praesens  
 Os hominis mentemque subit, penitusque latenter  
 Sensibus illapsus, noua fata recludere iussit.  
 Paruit, & caelum aspectans, his ora resoluit:

Vos aeterni ignes, vos ô labentia caelo  
 Sidera, tuque parens rerum quacunque sonante  
 Cingeris Oceani fluctu ditissima tellus,  
 His aperite aures, his mentem aduertite dictis,  
 Quae non sponte loquor: Deus est qui fatur ab alto.  
 Quam mihi natorum sobolem, lectissima quondam  
 Pignora nutrieram, patrioque amplexus amore

2 Audi caelum, & au-  
 ribus percipe terra,  
 quoniam Dominus  
 locutus est.  
 Filios enutriti, & ex-  
 altati: ipsi autem  
 spreuerunt me.

D 2

Ad



Ad spes extuleram magnas, serièmq; nepotum,  
Quis libertatem, quis iura sacrosque nouarum  
Ritus, quis letas cunctis gentibus vrbes  
Condideram eternum tranquilla in pace colendas,  
Quis credat? me degeneres spreuere parentem  
Aliòremque suum, peregrina idola secuti.

3 Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

Bos tamen infrae dextrae blanditur herili:  
Et piger ad notum praesepe recurrit asellus,  
At meus Israël nil tot mea munera curans,  
Nec tam saepe datam renouato fœdere dextram:  
Ille mihi puer ante alios lectissimus omnes,  
Cuique meo dederam ductum de robore nomen,  
Quo mihi, diffidens alius, fidentior esset,  
Me spernit, neque nosse sui dignatur amantem.  
Si scires puer ò infelicissime rerum  
Flagitiis cooperte puer, quae pœna nocentem  
Te maneat, vita gemeres malefacta prioris,  
Ni ferus es, rursusque ad sacra paterna redires.

Exaggeratio Iudaica in gratitudinis ex comparatione brutorum animalium.

4 Vt genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filii sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum.  
5 Super quo percussam vos ultra, addentes praeuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor micrens.

Quae tu iam mea non proles, sed semine nata  
Incastro, sponte abiicisti: ò perditæ proles,  
Siccine diuersi Dominumque Deumque Patremque  
Dereliquit vestrum? sic non pudet aurea flexo  
Signa genu colere, & summo obirectare Tonanti?  
Quae mihi nunc toto sumam de corpore membra  
Funesta iaculanda manu, si more cathenae  
Iunxeritis nexum sceleri scelus, & mihi dirum  
Inuito impietas extorserit effera fulmen?  
Quis locus atherco primus ferietur ab igne?  
Vix caput inflexum detectæ grauedine ceruix  
Sustinet, inclinant humeri, praecordia tristi  
Tabes fluunt vitata. nihil iam prorsus in illo  
Sanum, sed talos à vertice languet ad imos.  
Quinetiam toto quas praefers corpore plagas,  
Quaeq; geris dudum vetera omnibus ulcera membris,  
Nullus iam superest medica qui doctus in arte  
Obliget, aut saniem tergat, sistatve cruorem,  
Vnguentove linat, tunsisve refrigeret herbis.

Caput principes: cor praefules & sacerdotes: pes siue planta plebem & vulgus significat. Vulnus manifestam malitiam: liuor latentem inuidiam: plaga tumens animi inflatione designant.

7 Terra vestra deserta, ciuitates vestrae succentae igni. Regionem vestram coram alieni deuorant, & desolabitur, sicut in vastitate hostili.

Deserta est quae nuper erat tua florida tellus,  
Collapsa in cineres vrbes, atramque fauillam,  
Eminus ostendunt fumos, immittis acerbis  
Hostis reliquias & signa recentia cladis.  
Ecce peregrinus vestra ante noualia miles,  
Nunc sua falcato securus demetit ense;

Futura tamen quae praeterita sunt, suo more canunt.

Non

Non abscessurus, nisi ferro & vindice flamma  
Incultos cultosque simul vastauerit agros.

Sic ubi flauentes autumnum vitea frondes  
Silua iacit, summumque ima radice flagellum  
Contingens, nuperque suis spoliata racemis  
Mæsta iacet, raptumque sibi lacrymatur honorem:  
Sic ubi poma olitor mature scientia legit,  
Tortusque in longum cucumis iam fœtidus aret,  
Huc illuc fœdè per campum sparsus inanam,  
Nec iam flos ullus fructusve silentibus hortis,  
Custodes vnus positi pomisque perustas  
Sole cascas, stipulisque mapalia texta relinquunt:  
Haud secus, ò celo quondam gratissima virgo,  
Virgo Sionae celeberrima gloria montis,  
Nunc meretrix, Deus ecce Deus te deseret omni  
Nudatam cultu, antiquaque & diuite gaza,  
Deseret & vastabit vti sine sepiibus hortum.

Dicitur Hierusalem filia Sion, quia in eius montis pedes edificata, ex ea quasi nati videbantur.

Sed tamen (vt bonus est) non totam excindere gertem,  
Nec totum voluit genus ab radicibus imis  
Subruere: at nobis semen genitale reliquit  
Vnde propagaret per secula cuncta futuram  
Progeniem lectam: quod mi fecisset, eramus  
Quales Gomorrae ciues, Sodomaeq; coloni.  
Porro reliquias generis seruant & auxit.

Per reliquias Iudaeos qui crediderunt hoc loco intelligitur. Vtitur hoc vocabulo vates noster infra cap. 11.

At vos non Solyms nati, ciuesve Sionis,  
Sed magis, ò proceres Sodomorum vrbiisque Gomorrae,  
Rami degeneres, veraq; à matre recisi  
Deuotique rogis dudum, manifesta loquentis  
Verba Dei audite, & mentem his aduertite dictis.

Idem Dauid psalmogr. 119 in eadem persona psal. 50.

Quò mihi (ait Dominus) quò tot mihi pingua cadis  
Armenta, innumeròsque greges & ouilia mactas?  
Non ego solennes hecatombas exigo, sordent  
Namque mihi, ingratusque meis est naribus ater  
Nidor, adeps calidas quem reddit tostus ad aras.  
Extane me verubus credis direpta colurnis  
Esse, aut hircorum agnorumve sitire cruorem?  
Hec nunquam volui, nec grata mente recepi.

Si nescis: nec te tam sanguinolenta poposci  
Sacra: procul procul hinc impuri absistite, nec sit  
De grege quis vestro, qui post hac templa prophanis  
Polluat hæc pedibus, sacrisve haud rite litatis  
Deseret, aut ara det thura ingrata calenti.

Quidquid enim placitum fuit hæctenus, id mihi porro  
Venturis,

8 Et derelinquetur filia Sion, sicut umbraculum in cucumerario, & sicut tugurium in vinea, sicut ciuitas quae vastatur.

9 Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes essemus.

10 Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorrae.

11 Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum.

holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.

12 Cum veniretis ante conspectum meum, quis quaesuit hæc de manibus vestris? vt ambularetis in atris meis?

13 Ne offeratis vltra sacrificiū frustra. Incentum abominatio est mihi. Neomenias & sabbatum & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt catus vestri.

Venturis, edico, erit execrabile seclis:

14 Calendas vestras & solemnitates vestras, odiuit anima mea. facti mihi estis in siticitatem; nequaquam dimittā peccata vestra.

15 Et cum extendere manus vestras, auertam oculos a vobis. Et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos. Manus enim vestrae plenae sunt sanguine. 16 Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse.

17 Discite benefacere: quaerite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.

18 Et venite & arguite me dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, sicut nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt.

19 Si volueritis & audieritis me, bonas terrae comedetis.

20 Quod si nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est.

14 Siue id feceritis, noua dum sua cornua phaebe tam reparat nascens, aut septima festa recurrunt, Aut prima mensis redeunt cuiusque calenda, Aut alij vestris indicti ritibus olim conuentus, quos ulterius tolerare recusō. Odi enim ego cætus & conciliabula praua.

Denique nulla mihi vestra iam cura salutis, Quos à me dudum proieci, nescius ultra Fletibus aut fectis precibus votisve moueri.

15 Non si perpetuis noctemque diemque querelis Continaueritis, siam exorabilis vlli, Nam vobis nulla est fraterno sanguine tinctis Relligio manibus sacras contingere vittas: Namque habitu gestuque pijs, crudelia mente Consilia immani & cædes versatus acerbis.

16 Quare si vultis mihi purè & rite litare, Tandem agite, & veteres detergite pectore fraudes; Pròque extis pecudum, pecudum pro sanguine fuso, Intemerata Deo manibus libamina puris Ferte, preces humiles, proiectæque vota, pijsque Tunc animos purgate, salutarique lauacro Contractas maculas & crimina fæda piæte.

Nam mala mens grauis est oculis inimicæque nostris.

17 Prima igitur sit cura malo desuescere ab omni, Recta, secunda, sequi, sanctumque insistere callem Iustitiæ, mox iudicio moderaminis æqui Oppressis præbere manum, defendere causam Pupilli, & viduæ lacrymosam audire querelam.

18 Hæc si feceritis (quod votis omnibus opto, Nam vestrum est certare, meum certantibus æqua Præmia diuidere, aut meritas infligere pœnas) Tum me iniustitiæ arguite, & damnate prebensum, Si non sanguineo quæ nunc sunt amula cocco, Et minium vincunt homicidia vestra, recenti Candidiora niue, & bis lota fecero lana.

19 Quidquid terra sinu profert opulenta benigno, Venturòque animis promissum mitibus æuo Debetur, vestrum est; tantum me audite volentes, Audite, & leto mea iussa cape site vultu.

20 Sin verò canimus surdis, vltroque rebelles Vlciisci tardum iustas armatis ad iras, Credite (nam Deus est qui fatur) sanguine vestro

Barba-

Horrida Dei comminatio.

Consolatio post comminationem, quod familiare est prophetis, & huic vati maxime.

Barbaricos (nec longa mora est) hebetabitis enses.

21 Eheu, quis nouus hic vultus, quæ tam noua rerum Occurrit species? ô quàm mutata repente Omnia? sancta Sion quondam populi que fidelis Sacrorumque, & iustitiæ rigidissima custos, Et vatum genitrix, & magni sponsa Tonantis, Tam subito meretrix proiecto effrena pudore Latronum turmis in olenti fornice prostrata?

22 En tuus argento mundus qui nuper & auro Splendebat, mundus calo tibi missus ab alto, Iam spuma & scoria est plumbo mutatus & are: Nil in te purum aut simplex, fallacia cuncta. Vno miscet aquam cauponum turba tuorum, Pròque mero quod habet gratis, & condit inemptum, Heu fatuo populo putealia pocula vendit.

23 Latronum socij facti, furumque magistri. Quid dicam proceres à calle recedere recto, Corruptas leges, passim venalia iura, Denique cuncta retro in peius sublapsa referri?

Nemo est in tota, qui munera non amet vrbe, Ducaturque auro per fâsque nefâsque potente: Vnde fit ut causa pupillus decidat æqua, Nec viduam admittant prætoria clausa querentem.

24 Ergone (ait Dominus Deus ille potens armorum) Flagitiis semper plectendis arma resumam? Nunquamne (ô miseros) per tot sua crimina tandem Iracunda sinent deponere fulmina dextra?

25 En manus ad follem extensa est, ut suscitetur ignem, Flammamque excutiat, quæ massa quidquid in illa Quam puram extuderam, nullog, helcysmate mixtam, Aut scoria aut facis contractum est, eliquet, & mox Obrysum à stanni rubigine separet aurum.

26 Fortunata Sion tibi tum tua sacra redibunt, Atque magistratus reuerentia debita prisca, Tum tibi grandaui reddetur sancta Senatus Integritas, iusti tum principis aula vocari Gaudebis, soliumque Dei summumque tribunal,

A quo iura petent gentes toto orbe fideles, Cum postliminio Domino ducente reuersas Reliquias mater gremio fœcunda fouebit,

28 Reddita iamque sibi iam victrix conteret hostes, Quique ducem Dominumque suum (diuersa secuti Castra) reliquerunt, morte vlci scetur acerba.

21 Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij iustitia habitauit in ea, nunc autè homicidia.

22 Argentum tuum verum est in scoriâ, vinum tuum mixtum est aqua (vel ut habet alia versio) caupones tui miscent vino aquam.

23 Principes tui infideles (vel) inobedientes socij furum. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non indicant & causâ viduæ non ingreditur ad illos.

24 Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Heu consolabor super hostibus meis & vindicabor de inimicis meis.

25 Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriâ tuam, & auferam omne stannum tuum.

26 Et restituum iudices tuos ut fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis.

27 Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitiâ. 28 Et conteret scelestos & peccatores simul. Et qui dereliquerunt Dominum, confumentur.

Tum

Hieremia cap. 1. Ezechielis cap. 15.

Mundus iste & supellex aurea & argentea puram & sanam doctrinam significat.

In iudice avaros & auro corruptos.

Vox est pathetica Dei dolentis se cogi ad vindicandam hominum peccata.

Stannum, scoria, spuma, opponuntur auro & argento, & doctrinam salutem significant.

Aduentus Domini & per eum beneficia toti orbi obuentura in vnam ecclesiam conregato.

29 Confundetur enim ab idolis quibus sacrificauerunt, & erubesceris super hortis quos elegeratis.

30 Erunt enim quasi terebinthus (sive ut alius placet) quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua.

31 Et fortitudo vestra ut fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla. Et succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat.

Cap. 2.

1 Verbum quod vidit Esaias filius Amos super Iudam & Ierusalem.

2 Et erit in notissimis diebus mons domus Domini preparatus in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gètes:

3 Et ibunt populi multi & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in femitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.

4 Et iudicabit gentes & arguet populos multos. Et confabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercetur ultra ad praelium.

32 PARAPHR. IN ISAIÆ  
29<sup>a</sup> Tum confundetur muti ludibria trunci  
Turba colens, quasque ipsa sibi sacrauerat aras  
Aspicere horrebit fœdo suffusa rubore.  
Scilicet hæc vos fata manent, crudelia fata,  
Qui ceruice iugum Domini indignante supremi  
30 Excutitis, nempe<sup>b</sup> ut terebinthi more, cui omnes  
Defluxere comæ, aut horti infelicis, aqua<sup>c</sup>  
Expertis, votum fallatis spemque coloni,  
Qui vos prateriens maledicto incessat acerbo.  
31 Tum vires vestras, & pectora turgida fastu  
Plenâque inhumane feritatis proruet vltor  
Tam facile Deus, ac stuppas humore carentes  
Excita depopulat tepidis vaga flamma fauillis.  
Tum vestros ritus, simulacraque muta, locumque  
Sacrorum ignis edax tremula<sup>c</sup>q; altaria flammæ  
Corripient, quas nemo hominum restinguere possit.

ledi vit ficui sterilis enim illa & hæc terebinthus, populus est Iudaicus. c) Hæc omnia euenerunt in suprema Solymorum expugnatione, sub Tito.

1 Nunc etiam vati quæ visa fuere labantem Iudæam super & Solymos ventura, canamus.  
2 Mons erit extremo perituri tempore mundi Ante chaos, luna<sup>c</sup>q; globum solêmque, futuro Messia aterna pro sede throno<sup>c</sup>que paratus. Collibus hic cunctis & montibus altior orbi Quam longè latèque patet sua culmina toti Prospicienda dabit, venient magno agmine gentes, Quas Zephyrus Boreasque afflant, quas Eurys & Auster:

3 Et se quemque alacres exhortabuntur, & aient: Eia agite, ascensu montem hunc superemus ouantes, Quem Deus ipse habitat, Deus hoc in vertice visus Angusto primus signauit tramite callem, Nos qua monstrat iter, letique, lenè<sup>c</sup>que sequamur: Festinate viri, nam lex de monte Sionis Sanâque veridici verbi doctrina per omnes Terrarum tractus Solyma spargetur ab vrbe. Non lex Orebi nymbo<sup>c</sup>so in vertice scripta, Quæ solùm Abramo natos genitore tenebat, 4 Sed per quam quantum populorum continet orbis Ius vnum cuncti accipient, morè<sup>c</sup>que sacrorum, Quem quisquis violare ausus diuersa sequetur, Heu miser haud tardam contemti numinis iram Sentiet: at veri nunquam mercede carebunt Cultores merita, quam nulli contigit, aure

a) Aduertat hoc loco beneuolus lector, & deinceps vbi facti aut fatorum vocabulo vtimur, nos non ex mathematically sententia loqui, neque ad ordinem causarum naturalium, nec ad necessitatis violentiam respicere, sed factum in vera significacione, pro eterno diuinæ prouidentie decreto rebus ad quas peruenit inhaerente accipere.

b) Similis fere comparatio Matth. 21. vbi Christus maledixit ficis.

Cap. 2.

Ecclesia Christi vera hoc monte significatur.

Mons Sion & vrbs Hierusalem passim in scriptura pro eadem ecclesia accipiuntur.

Aue

Aut oculis, aut humano comprehendere sensu. Scilicet & iam tempus erit cum nulla per orbem Bella fremant, sed dignus honos reddetur aratro, Letaq; robustis floreant arua colonis, Et ferus in curuas falces conflabitur ensis, Lancea<sup>c</sup>q; in rastros, galea<sup>c</sup>q; in vomeris usum, Vicina<sup>c</sup>q; datis inter se legibus vrbes Gentes<sup>c</sup>q; & populi deponent arma, nec ultra Bellum exercent: pax toto erit aurea mundo. Vos quoque dissimiles quorum iactatis auorum Nomina, Iudæi genus Israhele profectum, Has etiam in partes monti concedite tandem: Sat nocti tenebrisque datum: iam lucet, eamus: Quamq; facem nobis præfert Deus ipse, sequamur. Quid facias istis qui lucem odere diemque? En renuunt impressa sequi vestigia patrum. Iure igitur Deus alme tuum (sed iam tuus esse Desiit) ad gentes conuersus deseruisti. Hunc populum, iure hunc fundoque domoque paterna Expulisti spurium: quid enim? num prisca reliquit Flagitia? At nihilo melior velut ante solebat More Palestino mendacibus applicat aures Auguryis, & adhuc spirantia consulit exta: Quid letum monstrant, quid somnia triste minentur Anxius expectat, tua verò oracula ridet, Vt detestandi interea taceantur amores, Ing, mares obscæna venus, nec cognita brutis. 7 Scilicet has scelerum species, hæc môstra crearunt Diuitiæ molles, & turpi sæcula luxu Perdita fregerunt, ferroque nocentius aurum, Fatale ô Solymi vestris ditionibus aurum, Perniciè<sup>c</sup>que hominum argentum, quo vestra redudant Scrinia: nec tamen est vllus finisve modusve Vndique radendi per fâsque nefâsque, quod altos Congerere in cumulos iuuat: heu sic crescit in horas Semper auara fames, & amor sceleratus habendi. 8 Quò verò tot opes? nisi sanè ut quadrupedantum Sub soleis tellus calcata resultet equorum, Nec capiant currus & acutos falcibus axes Structa per immensos armentaria campos. Inde peregrinas accersiuere deorum Effigies, vrbique sacra indixere prophana Numina portantes victis violentè adempta,

Regnante Augusto, sub quo Christus natus est, bella toto orbe conuerunt & Ianus Romæ clausus. vide historio-graphos.

Exhortatio ad suos populos Iudæos.

Iudæi Isaiæ temporibus, ariolis & iuniorum conuictoribus dediti.

Auaritia hic ve saepe aliis in locis exprobratur.

Multiplicatio currum & equorum regibus Israel prohibita. Deuter. ca. 17.

5 Domus Iacob, venite & ambulemus in lumine Domini Dei nostri.

6 Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt sicut Philistim, & pueris alienis adhæserunt.

7 Repleta est terra argento & auro, & nō est finis thesaurorum eius.

8 Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra ei us idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum.

E

Ceu

9 Et incurrauit se homo, & humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis.

10 Ingredere in petram, abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius.

11 Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum. Exaltabitur autem Dominus solus in die illa.

12 Dies Domini exercituum super omnem superbium & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur.

13 Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan.

14 Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos.

15 Et super omnem tumim excelsam, & super omnem murum munitum.

16 Et super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.

17 Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Et eleuabitur Dominus solus in die illa.

18 Et idola penitus conterentur.

19 Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragine terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percussere terram,

*Cen prædam populis, agresti facta securi Pictorisve manu ducta, argillave sequaci Fieta. ° dijs illi se talibus aduoluerunt, Sacraruntque aras: ô dedecus, ille superna Mentis homo dieq; capax rationis, omisso Contemptoque deo rerumq; parente, profudit Indignas ad muta preces idola, carentesque Auriculis statuas votis oneravit ineptis, Et suum opus coluit: sed non scelus istud inultum*

*10 Esse fines Pater omnipotens. fuge quisquis es ausus Talia, vade, fuge, & petris te conde sub altis, Aut vastas scrutare specus, si forte furentis Os oculosque Dei possis decepte minaces.*

*Exert. e.g. manus emissum euadere tclum. 11 Nam cum summa dies & ineluctabile tempus Venerit, augusta cum maiestate verendum*

*Conspicuumque dabit sese deus omnibus oris Sublimi residens solio, tunc amula calo Nobilitas nuper, sanoque potentia regum Vana supercilio, terram inclinata metuque Perdit a spectabit, nec ut olim, cornua tollet.*

*Scilicet ira Dei grauis omnibus incubat, altum Quicung; & nihil humanum ac moderabile spirant:*

*12 Namque illi citius stirpe euertentur ab ima, Quam Boreas Caurusque aduersis flatibus inter Sese luctantes properant prosternere cedros, Et Libani nudant magno pineta fragore, Altaque glandiferi iuga depopulant Basani.*

*13 Quam cito contorti vis fulminis ignea magnum Auellit montis latus, auulsamque propinquam Proiecit in vallem, 14 turreisque & mœnia celsa Proruit, indignata humiles quassare genistas.*

*15 Quam cito turbo rapax violento vortice naues Deprimit Eoas, natat equore Tharsica gaza, Diripiturque notis non emer sursu profundo! Tam cito subsidit ventosa potentia regum, Et procerum fastus tenues vane scit in auras.*

*16 At Deus imperium tenet, eternumque tenebit, Et simulacra Deum pede sternet inania forti.*

*17 Qui verò illa sibi finxere colenda, minacis Ora Dei fugient, maiestatisque corusco Fulgore attoniti cecis se rupibus abdent, Aut iuga summa petent, proiectisque omnibus, auro*

*Quas*

Auaria primò, mox diuitiæ & ab his superbia, inde idolatria, vt verum sit radicem omnium malorum esse cupiditatem.

In superbos, & arroganti & elato supercilio.

Naues Tharsis habet textus: significat autem Tharsis Chrysolithum lapidem caruleum, à cuius colore ponitur abusuè pro quouis mari apud Hebræos.

*20 Quasque sibi argento conflagrant antè figuris Monstri que immundis in talpas, lucifugasque Noctis aues scalpro sculptis ductisve colore,*

*21 Sub specubus quarent latebras aut montibus altis, Nequicquam vlticem fugientes numinis iram, Cum vitas hominum, cum noxia crimina quæret.*

*22 Desinite ergo deum velle ignorare, quod illum Vitales vt nos spirantem naribus auras Cernatis, namque ille fuit, erit, èstque supremus Regnator superum, Deus immortalis & vnus.*

Manifesta de Christo Deo & homine propheta.

Cap. 3.

*1 Ecce autè in foribus (quando tam sana monentem Respuitis) tempus quo maximus ille deorum Bellipotensque Deus vestra lectissima quondam Robora militiæ, validamque etate iuuentam De medio ante diem tollet, ferrumque cruentum, Aetatis nullo, nullo discrimine sexus Exeret, inducetque famem, potumque cibumque Ingratis adimet, cererem fontisque salubres, Et terra & celo pluuissque negantibus austris.*

*2 Nemo vos inter index qui iura salubri Temperie dispenset, erit: responsa negabunt Vates: coniecter mendax fallacibus vltro Auguriis miserum ludet prodetque popellum. Nemo senex cana qui religione verendus Prudentique vsu doctus, præscripta sacrarum Enarret legum, disciplinamque reducat Iam dudum exilio pulsam longèque remotam.*

Cognitio veritatis iudæis incredulis denegata.

*3 Qui ducat vestras in prælia dura cohortes Nullus erit, siue is præfectus, siue tribunus, Centuriove suat, seu quinquaginta regendos Sub sua signa trahat iuuenes discrimine nullo. Sit dux ille mei populi, princepsque senatus, Consilio multum qui polleat eloquioque, Sit fabri ductor qui mœnia sarta tueri Calleat, & celsus in calum educere moles, Et quo fossa loco, quo sit tutissimus agger Cespite ponendus longæuo præsciat vsu, Denique sit sapiens omni que peritus in arte, Omnes diuersa præreptos morte necabo.*

*4 Succedent pueri quibus experientia nulla, Non atas habilis paci, non vilis armis. His ego seu subitum miles postcatur in hostem Ducendus, seu iura domi tractanda, regendam*

20 In die illa proficiet homo idola argenti sui & simulachra auri sui quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas & vesperiliones.

21 Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percussere terram.

22 Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius, quoniam excelsus reputatus est ipse.

Cap. 3.

1 Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet ab Ierusalem & ab Iuda omnem virum fortem, & omne robur panis, & omne robur aquæ.

2 Et fortem & virum bellatorem, & iudicem, & Prophetam, & ariolum, & senem,

3 Principem super quinquaginta, & honorabilem virum & consiliarium, & sapientem architectum & prudentem eloquii mystici.

4 Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.

*Rem vestram misera sub condicione relinquam.  
 Proque bonis legum custodibus inconsulti  
 Impurique homines ad clauum in puppe sedebunt.  
 Quæ tibi tempestas? heu quam confusio vasta  
 Omnium erit rerum? populariter omnia sauis  
 Feruere disfidis, intestinòque tumultu  
 Cernere erit, cana puer obtrectare senectæ,  
 Plebsque magistratum audebit contemnere sanctum.  
 Vsq; adeò ut nec honos, atq; nec stēmata quemquam  
 A vi defendant, insons cum fonte peribunt,  
 Civilisque graui vertet furor omnia motu.*

5 Et corruet populus  
 vir ad virum suum, &  
 vnusquisque ad pro-  
 ximum suum.  
 Tumultuabitur puer  
 cōtra senem, & igno-  
 bilis contra nobilem.

6 Apprehendet enim  
 vir fratrem suum aut  
 domesticū patris sui,  
 Vestimētum tibi est,  
 princeps esto noctes,  
 ruina autem hæc sub  
 manu tua.

7 Et respondebit in  
 die illa dicens, Non  
 sum medicus, & in  
 domo mea non est  
 panis neque vestimē-  
 tum: nolite me con-  
 stituere principem  
 vestrum.

8 Ruit enim Ierusa-  
 lem, & Iudas cōcidit:  
 quia lingua eorum &  
 adinūctioes eorum  
 contra Dominum, vt  
 prouocarent oculos  
 maicstatis eius.

9 Agnitio vultus eo-  
 rum respondebit eis,  
 & peccatum suum  
 quasi Sodoma prædi-  
 cauerunt, & non ab-  
 fonderunt.  
 Væ animæ ipsorum,  
 quoniā reddita sunt  
 eis mala.

10 Dicite iusto quoni-  
 am bene, quoniam  
 fructum adinuentio-  
 num suarū comedet.

11 Væ impio in ma-  
 lum. Retributio eni-  
 nim manuum eius  
 fiet ei.

*Quippe suum sibi quisque ducem sine lege creabit,  
 Hic sibi fraterna consanguinitate propinquum,  
 Ille alium longo vsu & consuetudine notum,  
 Apprensæque manu, Vestis tibi suppetit & res,  
 Euge veni, & nobis meritum te præfice (dicent)  
 Namque in te solo res inclinata recumbit.*

*Ne mihi (tum referet) ne tantam imponite curam:  
 Nam neque me tanto dignum profitebor honore,  
 Alter eat, nec is ego patriæ qui membra labantis  
 Sustentare queam, luxasve reponere partes:  
 Et mihi tam nudo quàm vos quid iam super, vnde  
 Aut miseros possim vestire aut pascere egenos?*

*Ergo ruunt Solymi, ruit ingens gloria Iudæ,  
 Læsus ad ignotas Deus omnia transtulit oras:  
 Nam dictis illum proritauere superbis,  
 Commentis etiam num ausi temerare prophæis:  
 Sacra Dei, & Luci caelesti offundere noctem.*

*Nec tamen error eos ducet, sed sponte palamque  
 Peccabunt, aculosque suos, & conscia facti  
 Corda mali, testes presentes semper habebunt.  
 Ac veluti Sodome (gens digna perire) coloni,  
 Publica flagitiis macularunt compita fœdis:  
 Sic sua protecto vulgarunt stupra pudore,  
 Non ea nesciri saltem abscondere ferentes.  
 Ab infelices, quos execratio dira,  
 Pœnæque par scelere quod commiserat sequetur.*

*At vos ô iusti Dominum celebrate frequentes,  
 Dicite iuridicam mentem fideisque tenacem,  
 Et sine sine bonum, sine fraude doloque fidelem.*

*Quæritis exemplū? En verum mala turba suoruna  
 Messera collegit qualem sibi seuerat antè:  
 Contemtorque Dei merito execrabilis actis*

Væ tibi clui-  
 tas, cuius rex  
 iuuenis, &  
 principes tui  
 manū come-  
 dunt Eccle-  
 siast. cap. 10.  
 Hæc omnia  
 (proh dolor)  
 euenisse vide-  
 mus.  
 Mordentes  
 inuicem, con-  
 sumpti estis  
 ab inuicem  
 ad Galat.  
 cap. 5.

Seditio fre-  
 quens in ma-  
 gistratum  
 aut principū  
 electionibus.

Conscientia-  
 mille testis.

Rursus præ-  
 teritum pro-  
 futuro, quod  
 est frequens,  
 propter certi-  
 tudinem pro-  
 phetiæ.

Premia

*Premia digna suis domino ulciscente recepit.  
 Lucripeta exactor, cumulatæque fœnora iungens  
 Fœnoribus, rapidaq; dies & tempora signans  
 Vsuræ, miserum exhaustit suxitque popellum,  
 Femeis prius imperiis blandisq; subactum  
 Illecebris: mendaci igitur ne credere tutum  
 Esse putes turba, quæ te malè blanda beatam  
 Predicat ô meagens: latet impostura, caueto:  
 Nam tua, quo te cumque feras, vestigia cantus  
 Captat adulator, quo te grauiore ruina  
 Subuertat tandem: securius omnia credes*

verba Dei ad  
 scribas & pha-  
 ritæos.

Adulatores  
 in aulis prin-  
 cipum &  
 pseudopro-  
 phetæ in ec-  
 clesia quàm  
 sint pernicio-  
 si h. ne di-  
 scimus.

Incidium  
 aut depastio  
 domitorum vi-  
 tæ rapina  
 pauperum: neq;  
 enim tanta  
 calamitate e-  
 uertit grandis  
 vinea, vt ani-  
 mam paupe-  
 ris intulit.  
 ipsa enim an-  
 xietas & ægi-  
 gritudo se in  
 secessu animi  
 affundit, om-  
 ni morte a-  
 cecebor est.  
 Chrysol. hic  
 Inuehitur in  
 luxum mulie-  
 brem

Amictus viri  
 & eritis dentium  
 & in secessu spe-  
 dis renuntiat  
 quæ de eo  
 sunt Eccle-  
 siast. cap. 19.  
 Area capitis  
 vitium quo pili  
 decidit. Plin-  
 ius & Celsus  
 lib. 6. cap. 4.  
 Vix vllio alio  
 loco scripturæ  
 inuenitur tā  
 prolixus ser-  
 mo aduersus  
 mulieres: cau-  
 sam reddit  
 Chrysol. Im-  
 modicā mol-  
 litiem & luxū  
 proficiorem  
 vxorum, per  
 quem viros  
 maxima ex  
 parte induce-  
 bant ad ra-  
 pinæ nequi-  
 tiam, quod &  
 supra inha-  
 nuat, vbi ait:  
 Et mulieres  
 dominatæ  
 sunt eis.

*Quæ tua sunt Domino, qui stat sublimis vt equum  
 Indicet, & rectis moderetur legibus orbem.*

*Ille tamen prius huc venturus, vt impia de se  
 Iudicia expectet populi, populūque regentum,  
 Quos porro verbis his arguet ipse vicissim.*

*Quam vobis scitè positam, feliciter auctam  
 Et confirmatam robusto palmite vitem,  
 Vt mihi vestra statos fructus cultura, referret  
 Curandam dederam, cur vos depascitis ipsi?*

*Quid nisi mæsta inopū spolia exuniatque videre est  
 In domibus vestris, & partas eade rapinas?  
 Cur plebem obruitis miseram, cur omnis egentes  
 Auxiliū, quos munus erat defendere vestrum,  
 Ipsi commolitis crudeliter oberiti que?*

*At mox femineos aggressus carpere luxus,  
 Aeria crudelis proritamenta rapina,  
 Hæc Deus armipotens toruo Deus euomet ore:  
 Ecce tuas malè sana Sion, naiasque nurusque  
 Turrato erectas collo & ceruice superba  
 Sublimes, oculisque loqui nutūquo peritas,  
 Et manuum plausu doctas motūque petulcum  
 Composito ad numerum molles saltare choreas  
 Ipse Deus, Deus ipse nouo decorabit amictu:*

*Nam quæ nunc comptis gestant laudata capillis  
 Tempora, caluities mala deglabrabit, & alium  
 Area formosi capitis deradet honorem:  
 Tum male nudatas mœrarque pudorūque sequetur:*

*Nec satis hoc, pedibus Dominus surisque superbis  
 Detrahet auratis sandalia fulgida vinculis.*

*Detrahet & fronti bullas, & tortile leui  
 Aurum cernici & baccata monilia collo.  
 Quodque comas rutilum stauas discriminat aurum.*

12 Populum meum  
 sui exactores spolia-  
 uerunt, & mulieres  
 dominatæ sunt eis.  
 Popule meus qui te  
 beatum dicunt, ipsi te  
 decipiunt, & viam  
 gressuum tuorū dis-  
 sipant.

13 Stat ad iudicandū  
 Dominus, & stat ad  
 iudicandos populos.

14 Dominus ad iudi-  
 candum veniet, cum  
 senibus populi sui &  
 cum principibus eius.  
 Vos enim depastiti  
 estis vineam meam,  
 rapina pauperis in  
 domo vestra.

15 Quare atteritis  
 populum meum, &  
 faciem pauperū com-  
 molitis, dicit Domi-  
 nus exercituum.

16 Et dicit Dominus  
 Deus. Pro eo quod  
 eleuatae sunt filia  
 Sion, & ambulauit  
 extento collo, &  
 nutibus oculorū ibat,  
 & ambulabant pedi-  
 bus suis, & compo-  
 sito gradu incedebant:

17 Decalabit Do-  
 minus verticem filia-  
 rum Sion, & crinem  
 earum nudabit, & erit  
 pro ornamento igno-  
 minia.

18 In die illa, auferet  
 Dominus ornamentum  
 calciametorum,  
 & lunulas,

19 Et torques, & mo-  
 nilia, & armillas,

E 3

Armillas

20 Et miras, & discriminalia, & perisphelides, & murenias, & olfactoriola & annulos,

Armillas manibus, 20 capitique ligamina mitra, Fasciolasque auro textas & murice, plexasque In nodos auro virgas & lento argento, Crurum aptum tegmen rapidis dabit ignibus vri.

Quid tot suffitus, tot odoramenta sagacis Delicias naris referam? quid prodigiosis Sumptibus ad fædos reparata tot unguina luxus? Hæc ultra Oceanum magnis quaesita periculis Protinus absument diuini flamma furoris.

21 & in aures, & gemmas in fronte pendentes,

21 Detrahet auriculis aurum, discerpent in aures, Fronti adimet gemmas, & transparentia filo Supparapertenui prodendis utile membris

22 & mutatoria & palliola, & linteamina, & acus,

Qualia sunt tegmen. 22 muliebris denique mundi Cunctum instrumentum, bombycina tenuia, acúsque Ex auro solido, fingendis crimibus aptas,

23 & specula, & syndones, & vittas & thetriftra.

23 Et specula & vittas, multumque operosa thetriftra Proteret irati feruens vindicta Tonantis.

24 Et erit pro suau odore fætor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia peccatori cilicium.

24 Atque ubi odoriferis fragrant nunc omnia succis Compita, fætor erit nulla medicabilis arte.

Matronas laqueus pro zona diuite cinget, Fasciâque eminulas compescere texta papillas Virgineos non ultra sinus constringet, at illi Succedet saccus niger, & cinere obsitus atro.

25 Pulcherrimi quocumque viui gladio cadent & fortes tui in proelio.

I nunc, finge comas, ut pro crispante capillo Caluitium deforme feras, turpemque senectam.

26 Et moerebunt atque iugebunt portæ eius, & ipsa urbs desolata in terra sedebit.

26 Ecce tuae gladius lectissima robora pubis Hauriet hostilis, 26 plangent viduata Sionis Mœnia, & ipsa solo recubans, natosque peremptos Circumplexa sinu madido, sua fata querelis Immedicabilibus nulli miserabilis edet.

Cap. 4.

1 Et apprehendent septem mulieres virum in die illa dicentes: Panem nostrum comedimus, & nostris vestimentis operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, & aufer opprobrium nostrum.

1 Rarus erit terris vir tunc habitator in illis: Desertas sese vidua, inuuptæque puella Plorabunt, utroque virum sibi iungere septem Optabunt unum, dicentique: ô unice nostri Vindex dedecoris, ne dedignere precantes.

2 In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Irael.

Ecce tuis genibus pronoluimur, utere nobis Ut lubet, & rebus nostris quæcunque supersunt. Non panis deficit, non multæ copia vestis: Hoc tantum, vir chare, tua nos assere dextra, Esse tuas si forte sinis, dicique, nihil iam Poscimus: opprobrij maculam deleueris omnem. Vota ferent, nam mox mûdo noua germina surgent, Germina nata serente Deo, terrâque replebunt,

Exiit hic sine potius exaromat hoc loco Vates noster mulierem copiam à calce ut dicitur, ad caput.

Hæc omnia captiuitatem futuram præauntabant.

Cap. 4.

Vocabulum quod est in Hebræo, modo septem, modo plures designat. Sub huius viri vnus schemate Christus intelligitur.

Quas sol cunqve videt proceros atque vberes factu. Magnificus Deus ipse sator cantabitur hymnis.

Apostolos & qui per eos fidem Christi acceperunt, intelligit hoc loco D. Hieronymus.

3 Gaudebunt dira seruata à clade fideles Reliquia Isacidorum, seruatorumque sequentur Sancta reliquia, dudumque in codice vita Descripta: noua erunt etenim omnia sancta, postquam Culpam agnoscentis maculas sordisque Sionis Omnipotens Dominus caelestiter lauerit vnda, Et vetus ad motis reserauerit ignibus vlcus, Vlcus tabificum, & mala per contagia serpens.

Nubes confolatio est totius patientiæ, & hâma spiritus dolor qui in consolatione interuenit: quod enim nubes in æstu, idem præstat lux sine flamma in tenebris.

5 Tum Deus has præsens, præsens Deus incolet oras, Et montem sanctum, & sancto loca proxima monti, Luce, teget nubes umbra sublustris opaca, Nocte, coruscantis rutilantia lumina flamma, Præsidium quod nulla queat superare potestas. 6 Quippe hic que nimios vincant umbracula soles Constituit Pater omnipotens; tentoriaque imbres Aduersus gelidos, tempestatésque sonoras, Pax ubi & alta quies omnes regnabit in annos.

Cap. 5.

Patrualem Christum vocat Isaias, quod ex eadem gente fecum natus sit. Cur hanc eriminum & scelerum obiectionem vocet canticum, vide interpretes, & præsertim Chrysostomum qui allegat exemplum Moyses, cuius est canticum in suggestione Iudæorum valde prolixum, Deut. 32. Hunc locum plenius exequitur Christus seruator noster, Matthæi cap. 21. Turrim quidam templum interpretatur: torcular autem sue prælii, altare, quod in altari fructus aut sacrificia collecti offerrebantur.

1 Audi igitur (nam triste mihi lubet edere carmen) Quod vinea meus sua dum patruelis adiret, Omnia vasta videns irato protulit ore:

Audi igitur dilecte mihi sate sanguine Iuda. Cur ego cum letam meditarer pangere vitem, Naturam geniûmque soli, positumque locorum, Ventorum sedes tempestatumque notauit? Cur astrorum ortus seruauit obitusque cadentium? Cur leto pinguique aruo, cur vberes gleba, Cur iustis posui sulcis? cur postquam & adultam Et iam florentem muri munimine cinxi? Rudera cur lapidésque & noxia gramina plantis Assiduo versans sola dura bidente reuelli? Cur turrim statui sedem custodibus, & cur Pineæ tot struxi pressandis præla racemis? An non ut letis prouentibus ampla quotannis Impleret quamuis avidam vindemia cellam? Dum venio spe distentus, pro mitibus vuis Vitis in agrestem subito mutata labruscam, Degeneres factus, ingrataque munera misit. 3 Quisquis es excelsa Solymorum ciuis in urbe, Et vos qui genus & nomen iactatis Iudæ, Dicite (nam scitis) nostramque hanc cernite litem, An mihi quid super hac vite imprudenter omisissim.

3 Et erit omnis qui relictus fuerit in Sio, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem.

4 Cum abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.

5 Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & ubi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio. 6 Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine, & à pluuia.

Cap. 5.

1 Cantabo dilectionem meam canticum patruelis mei vineæ suæ. Vineæ facta est dilectio meo in cornu filio olei.

2 Et sepiuit eam & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electam. Et ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit ut faceret vinas, & fecit labruscas.

3 Nunc ergo habitatores Ierusalem & viri Iudæ, indicatè inter me & vineam meam.

4 Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? an quod expectaui ut faceret vinas, & fecit labruscas?

Quas

Neglectum-ve fuit, cui summam impendere curam  
 Fas erat? an me aliqua ignavum vigilantia fugit?  
 Quis labor exhaustus non est, qua cura relicta?  
 Quid me prateriit, quid-ve acrem ad cuncta fefellit?  
 Nil, nisi fortassis quod tum male prouidus vnas  
 Expectavi ab ea dulces, qua ferret acerbas.  
 Pro quibus admissis quando censere, quid illa  
 Sit merita, aut fari ambigitis, statuam ipse, ratumque  
 Quod statuam & firma mansurum credite lege.  
 Quas olim arcendo pecori de vimine lento  
 Texueram sepes, manibus demoliar istas,  
 Maceriemque feras solitam prohibere rapaces  
 A fundamentis excisam diruam, ut illi  
 Syluestres vri assidue capreae sequaces  
 Illudant, pascantur ones auideque iuuenta:  
 Conculcentque omnes hominesque ferae, relictam:  
 Non illam finget procurua falce putator,  
 Non exercebit fossor sola vertere doctus,  
 Splendentemque manu dura tractare lignonem.  
 At contra densis obducent sentibus herba  
 Horrentesque rubi extinguent, veprisque maligni:  
 Et tandem spinis superabit rhamnus acutis.  
 Atque adeo ne à stirpe queat quandoque reuerti,  
 Nubibus edicam pluuiis Austrorque madenti,  
 Sole sub astiuo positam caelestibus vndis  
 Abstineant recreare, & dulci rore fouere.  
 Hec vitis Domino quondam sata bellipotenti,  
 Palmesque ex illa natus, prae nobile germen,  
 Israëlè genus signat Iudaque profectum,  
 Olim stirpem vnam, nunc nomine, ritibus, agris,  
 Reque duos populos, atque in duo corpora sectos:  
 Quos ego longanimis multum expectare, diuque  
 Sustinui, si forte bonos, si forte salubres  
 Iustitiae fructus posita feritate referrent,  
 Sed frustra: quid enim gens impia prater iniquum,  
 Murmura quid prater clamoraeque iurgia fecit?  
 Iamque ad vos venio, quos odi & abominor omnes,  
 Qui domibusque domos, & agris coniungitis agros,  
 Limitibusque parum vestris contenti, alienos  
 Nullò iure vltra lapides metáque salitis;  
 Terminus interea vicino euellitur aruo,  
 Perque nefas pauper fundo exturbatur auito.  
 Quis modus, aut quis finis erit? quò tenditis vltra?

5 Et nunc ostendam vobis quid faciam vineae meae. Auferam sepe eius, & erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.

6 Et ponam eam desertam. Non putabitur & non fodietur, & ascendent super eam vepres & spinæ. Et nubibus mandabo ne pluuant super eam imbrem.

7 Vineam autem Domini exercituum domus Israël est, & viri Iuda germine delectabile eius. Et expectaui ut faceret iudiciū, & ecce iniquitas: iustitiā, & ecce clamor.

8 Vt qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. Nunquid habitabitis soli vos super terram?

Sepe & maceriam, custodiam à angelorum in interpretatur quidam.

Per spinas negat iudicium & eorum synagoga, verbum Dei intelligit. Explicatio parabola.

D. Paulus ad Eph. 4. Omnis amaritudo, ira, & indignatio, &c.

Transit ad auaritiam Iudaeorum.

Vos-ne ergo soli vos totum habitabit orbem?  
 Sepe meas Domini vox diraminantis ad aures  
 Tinnit ingeminans: Non sim Deus, hæc nisi celsa  
 Aureaque & magno spatiosa palatia traet  
 Faxim deserta, & solis infessa chelydris.  
 Quid foditis vites miseri, quid scinditis agros,  
 Quid far conseritis? Labor irritus omnis abibit  
 Incassumque fluet: vix iugera demagenam  
 Exiguam vappa lapidata vite remittent.  
 Et cum terdenos sterili commiseris agro  
 Sementis modios, vix tres in messe redibunt.  
 Deceptus frustrata gemet sua vota colonus.  
 Et dubitamus adhuc celo regnare Tonantem?  
 Vos quoque qui primis vita florentis ab annis  
 Ad capulum & rugas vsque occiduamque senectam  
 Exuti veros homines mentemque virilem,  
 Inq. feras ver si, multum damnosa furentis  
 Castra sequi Bacchi Venerisque assuescitis, olim  
 Diramanent audios siccæ, vinoque calentes.  
 Vina coronatus fundit spumantia crater,  
 Itq. reditque calix, circumferturque bibendo.  
 Fit strepitus, varium confuso murmure carmen  
 Nunc lyra, nunc cythara, nunc buxæ tibia dicit.  
 Nunc caua sinistra tonant, nunc rauco tympana pulsu.  
 Vinum omnes vinum poscunt simul atque reposcunt.  
 Vino clauduntur conuiuia, vino ineuntur.  
 Interea obliiti qui sitis, quoque creati  
 Semine, vos ipsos & facta Dei inclyta magni  
 Negligitis: mens quippe iacet pars optima vestri  
 Obruta, nec potis est rationem audire iubentem.  
 Hæc quondam causa, cur gens impura periret  
 Funditus, & muribus seruitum hostilibus iret.  
 Quippe Deum temulenta suum contempsit, & omnis  
 Immemor officij ius fasque piūque reliquit,  
 Inde secuta fames, qua maxima nobiliorum  
 Pars cecidit, reliquum absumpsit sitis ignea vulgus.  
 Tartarus haud capiens numerū turbamq. cadentum  
 Cogetur laxare sinus, & ter tria pandens  
 Guttur a mors inbians: descendunt agmine deriso  
 Pectora robuste quondam lectissima pubis,  
 Sublimes humileque simul discrimine nullo  
 Durus in expletis abscondet faucibus orcus.  
 Tum fastus quondam nulli tolerandus, & ingens  
 Ille

sterilitatis & folitudinis camminatio.

Quod habetur in textu Manè vsque ad vesperam, a iuuenta ad senectam interpretatur.

More prophetico futura tanquam preterita describit, vt sæpe aliat.

Fames verbi Dei, quam haec gens passit sunt Iudæi.

9 In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum. Nisi multe deserte fuerint grandes & pulchre, & absque habitatore.

10 Decem enim iugera vinearum faciēt lagunculam vnam, & triginta modij semētis faciēt modios tres.

11 Vt qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & ad potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis.

12 Cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conuiujs vestris, & opus Domini non respicitis, & opera manuum eius non consideratis.

13 Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.

14 Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vilo terramino. Et descendunt fortes eius, & populus eius, & sublimes glorioseque eius ad eum.

15 Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimuntur.

Ille supercilij tumor, & frons torua minaxque  
Concidet, & fædo seroque pudore premetur.

16 Et exaltabitur  
Dominus exercituum  
in iudicio, & Deus  
sanctus sanctificabitur  
in iustitia.

17 Et pascentur agni  
iuxta ordinem suum,  
& deserta in vbertate  
verâ aduenæ com-  
edent.

18 Væ qui trahitis  
iniquitatem in funi-  
culis vanitatis, & quasi  
vinculum plaustrî,  
peccatum.

19 Qui dicitis, festi-  
net & cito veniat opus  
eius, vt consideremus  
& appropiet & veniat  
consilium sancti I-  
rael, & scimus illud.

20 Væ qui dicitis bo-  
num malum, & ma-  
lum bonum, ponentes  
tenebras lucem, &  
lucem tenebras: ponentes  
amarum in dulce & dulce in  
amarum.

21 Væ qui sapientes  
estis in oculis vestris  
& coram vobismet-  
ipsis prudentes.

15 At Deus, ille Deus, nostris qui præsidet armis,  
Victoris iusti famamque decusque per omnes  
Iure feret gentes: illum re: na omnia sanctum  
Verumque agnoscent, rectique bonique tenacem.

17 Namque feros laro depellet gramine tauros,  
Tondendismque dabit nil triste timentibus agnis.  
Quique prius desertus erat, tunc vberis gleba  
Fæcundum peregrina feret gensque aduena campum.

18 Creditis? an potius non euentura putatis  
Quæ loquimur? male sit vobis incredula turba,  
Quos assuetudo impatiensque licentia freni,  
Crimina criminibus serie connectere longa  
Edocuit, tortumque malis contexere funem  
Flagitiis, quæ vos immani pondere lassant,  
Vt qui contenta plaustrum ceruice trahentes,  
Deficiunt miseri duplici sub mole inuenci.

19 Quinetiam vestris insaniam dicta nefandis  
Proditur: heus quis tu? quas nobis præcinis iras?  
Quem Dominum, quem tu vltorem tam sepe minaris?  
Quis Deus ille tuo toties repetitus in ore,  
Quem tu venturum, quem iam iamque adfore fingis?  
Quin veniat, veniat, seseque è nubibus altis  
Præcipitem ætutum iaciat: lubet illius omnes  
Explorare vias, & consilia omnia scire,  
Tum quis sit, dignus- ne fide verique professor,  
Ambiguos propius res perquisita docebit.

20 Hoc etiam vobis scelus est commune, quod olim  
Supplicis Dominus punire solebat acerbis,  
Ille Deus cui corda placent nullo oblita fuce,  
Mensque nihil falsum sentire aut promere docta.  
Namque bonum signare mali cognomine, rursus  
Virtutem vitij, vitium virtutis honestis  
Nominibus, titulisque palam prætereendere falsis,  
An non est eadem maiorque insaniam, quam si  
Pro tenebris lucem dicas, pro luce tenebras?  
Dulcia quis possit dicentem absynthia ferre?  
Quis nisi febre calens rapida mel dicet amarum?

21 Hæc tamen (ô nullo scelus vnquam ritè piandum  
Supplicio) Vos ô quibus, ad penetralia diuæ  
Solis (vt vultis) sophia datur erepsisse,  
Quosque penes solos fixit sapientia sedem,

Agni & adue-  
ne christiani  
sunt, de qui-  
bus canit Da-  
uides Psal. 23.

In Pseudo-  
prophetas &  
hæresarchas,  
& falsæ do-  
ctrinæ affecto-  
res.

Ducitis

Ducitis egregium stolido inculcare popello!

22 O digni male (si qui vnquam) miseræque perire,  
O diri artifices, medicati noxia vini

In eos qui fa-  
rigni doctri-  
nam deprauat  
& peruertunt.

Pocula quam doctè populo miscetis! eodem  
Vase propinantes siceram, quo dira venena  
Hauistis prius, & mortem vltro & sponte bibistis.

23 Quid verò vobis non imprecer, à quibus auro  
Iura dato redimunt nimium vanalta fontes?  
Pænaeque eludunt, quibus insons plectitur absque  
Munere iudicium subiturus triste parato?

Ergo quòd egregiè dites sententia nunquam  
Vestra redarguerit, semper damnarit egentes,  
Aurum non causam spectans, pro talibus ausis  
Vos Deus & stirpem inuisam à radicibus imis  
Euulsam, in cineres minuet, volucrumque fauillam.  
Arescent flores, spes credula germinis, instar  
Pulueris à vento rapti stipulae-ve sonoris  
Ignibus absumpta tenues vanescet in auras.

In iudices a-  
tarios & cor-  
rupti faciles.

Nam Domini leges & fœdera bellipotentis  
Pace abiecerunt violata, calitus ausi  
Demissum fœdis verbum proscindere dictis.

Quæ suppli-  
cia maneant  
impios Euan-  
gelij defecto-  
res.

Præconesque ipsos variis traducere probris:  
25 Pro quibus horribiles vindex exarsit in iras,  
Extendensque manum telumque trabale coruscans  
Percussit populum memoranda strage rebellem.  
Intremuere cani montes, penitusque reuulsa  
Compage, abruptis dirum fremuere cauernis,  
Stratâque per campos iacere cadauera pingues;  
Vt iacet in vili sterco-ve lutum ve platea.

Nec tamen hoc satis est, necdum commota residunt  
Corda Deo, stat adhuc calidas effusus in iras  
Vltor, & elatis quatit horrida tela lacertis.

26 Iam lugubre dabunt feralia classica signum,  
Ad quod certatim toto procul orbe remota  
Concurrent gentes, dominique ad prima vocantis  
Sibila consurgat nouus hostis & induet arma:

Et coniurato cum milite longa viarum  
Emersus spatia extremis de sinibus orbis  
Adueniet pernix, & fulminis ocyor alis

27 Improvisò aderit: nec enim mora segnis euntem  
Militie-ve labor, terræ-ve maris-ve pericla  
Impedient, non somnum oculis, non corde quietem  
Admittet, non arma humeris, non cingula lumbis,

Celeritas vl-  
tionis diuinæ  
graphicè de-  
picta.

F 2

Non

22 Væ qui potantes  
estis ad bibendum vi-  
num, & viri fortes ad  
miscendam ebrieta-  
tem, sine siceram, vt  
est in Hebræo.

23 Qui iustificatis  
impium pro muneribus,  
& iustitiam iusti  
aufertis ab eo.

24 Propter hoc, sicut  
deorat stipulam lin-  
gua ignis, & calor  
flamma exurit: sic ra-  
dix corû quasi fauilla  
erit, & gemen corû  
vt pulvis ascendet.  
Abiecerunt enim le-  
gem Domini exerci-  
tuum, & eloquium  
sancti Israël blasphemauerunt.

25 Ideo iratus est fu-  
ror Domini in popu-  
lum suum, & exten-  
dit manum suam su-  
per eum, & percussit  
eum. Et conturbati  
sunt montes, & facta  
sunt morticina corû  
quasi sterco in me-  
dio platearum. In  
omnibus his non est  
auertus furor eius, sed  
adhuc manus eius  
extenta.

26 Et eleuabit signum  
in nationibus procul,  
& sibilabit ad eum de  
siquibus terra, & festi-  
nus velociter veniet.

27 Et non erit defi-  
ciens neque laborans  
in eo: non dormitabi-  
neque soluetur cin-  
gulum lumborû eius,  
nec rumpeatur corri-  
gia calciamenti eius.



28 Sagittae eius acutae, & omnes arcus eius extenti. Ungulae equorum eius ut filix, & rotae eius quasi impetius tempestatis.

29 Rugitus eius ut leonis; rugiet ut catuli leonum, & frendet & tenebit praedam; & amplexabitur, & non erit qui eripiet.

30 Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Aspiciemus in terram, & ecce tenebrae tribulationis, & lux obtenebrata est caligine ei.

Cap. 6.

1 Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Et ea quae sub ipso erant implebant templum.

2. Seraphim stabant super illud. Sex alae vni & sex alae alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.

3 Et clamabant alter ad alterum & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum: Plena est omnis terra gloria tua.

Non suris ocreas ponet, dum victor abacta  
In patriam praeda redeat, quam nemo reposcet.  
Prapilata geret nec in vna morte timenda  
Tela manu, semperque arcus in funera flexos.  
Qua se cunque feret per campos unguis victrix,  
Unguila dura magis saxo, falcemque minaces  
Axe ab viroque trahens, sata lata, boiumque labores  
Prosternet, ceu turbo rapax, undans-ve procella.  
Ipse avidus praedae miles, iam iamque prehensans  
Frendet, ut in syluis ieiuna leana Libydis,  
Qua dulcem catulus venatur edacibus escam.  
Quis fragor armorum, quis clangor ab ere repulsus?  
Quis fremitus clamorq; virum, stridorque rotarum?  
Non sonitu reor Oceanum grauiore moueri,  
Cum mare sollicitum stridet refluentibus undis,  
Spumeaque illisi plangunt ad littora fluctus.  
Nos tunc attoniti terra aduoluemur, & ora  
Faeda luto & cinere ad calum erexisse pudebit:  
Nam merito nobis lux eripietur amica,  
Lux in perpetuum stygiis mergenda tenebris.

Hec quondam Azaria Solymis regnate canebam:  
Ast ubi lepra graui serpens prurigine, regem  
Sacrilegum vita & regnis spoliavit auitis,  
Illo ipso vidi quo viuere desit anno  
(Nam mihi calum aditu tum liberiore patebat)  
Augusto in solio cum maiestate sedentem  
Terribili, Regem regum, Dominumque Deumque:  
Altior ille deos longe supereminet omnes,  
Cetera turba minor pedibus subiecta sacratis,  
Ordine quisque suo positi templum omne coronant.  
Aurea sed circum picti laquearia templi  
Seraphici volitant ala plaudente ministri.  
Sex ollis pennae, quarum velata duabus  
Ora oculisque premunt diuini lumine vultus  
Praestritos, faciem non ausi attollere contra.  
Crura pedesque tegunt totidem, totidem aera scindunt,  
Dumque volant, vacuumque citi per inane feruntur,  
Alternis talem resonant concentibus hymnum,  
O sanctum, sanctum, o Dominum, ter denique sanctum,  
O Regem armorum dominum bellique potentem!  
Sanctus enim Pater ille ingens totius origo  
Fonsque boni, magnum qui complet numine mundum.  
Sanctus & ille Patris supremi Filius, ante

Cap. 6.

Ozias siue Azarias, quoque sacerdotium vsu parat, lepra percussus, lib. 2. Para. 16. Rege impio regnante, non ita familiariter se & sua mysteria exhibet Christus Deus & Rex noster.

Seraph, id est, amator. vide Ioannem Picum Mirandulam de dignitate hominis.

Trinitatis mysterium hoc loco designatur.

Luci-

Luciferum genitus, melioris conditor aui,  
Vox summi sensusq; Dei, quem fudit ab alta  
Mente Pater, magnique dedit consortia regni:  
Sanctus & ille Ignis, diuini fomes amoris,  
A Genitore fluens per Natum Numine eodem  
Amborum communis Amor, quo cuncta creantur,  
Constant, seruantur, mare, terra & sidera caeli,  
Cunctarum nexus rerum; in-que solubile vinculum.  
Salue sancte Deus, ter sancte, sed vnus & idem:  
Quam late Oceani extremis finitur ab undis,  
Maiestate tua plena est & numine tellus.

Lux euangelij Gentibus orta induxit tenebras & sumum ignorauit in daorum synagogis.

Hec alternatim repetitio carmine semper  
Dum resonant, & sacra Dei mysteria pandunt,  
Cardinibus commota suis (mirabile dictu)  
Procubere solo tremefacti limina templi,  
Ipsum autem templum picei nebula excita fumi  
Eripuit sensim ex oculis,mersitq; tenebris.  
Talibus attonitus visis (nam vera videbam)  
Dirigui, steteruntque comae, gelidusque per artus  
Sudor iit: tandem mihi redditus, hac ego mecum:  
Me miserum! quis ego qui coetu inuentus in isto,  
Non potui socius cum vellem iungere voces?  
Cur tacui? cur non ingrata silentia rupi?  
Scilicet immundus labris, interque coactus  
Illotos habitare viros, audebo prophano  
Ore loqui magni diuina arcana Tonantis?  
Et tamen illum ipsum his oculis vidi ipse, nec error  
Aut sopor illud erat, sed cominus omnia vidi.

Calculus hic siue pruna vna, verbum Dei, siue spiritus sancti gratiam significat.

Prædicandi verbi munus non temere suscipiendum, nisi calculo caelestis labris prius purgatis: non enim aliter conceditur administratio in Ecclesia.

4 Et commota sunt superliminaria templi & cardinum a voce clamantis, & domus impleta est fumo.

5 Et dixi: Vae mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis:

6 Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.

7 Et tetigit os meum & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

8 Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi, mitte me.

Vix ea defieram, cum flammeus aliger ad me  
Præpetibus vectus pennis delabitur: Olli  
Calculus in dextra fuit igneus, hunc prius ara  
Flagrante abstulerat dentato forcipe prensans.  
Vt venit, labrum pruna permulsi, aitque:  
Ecce tuum os tetigi pollutaque labra, timere  
Desine, quidquid erat labi maculaq; rubente  
Purgatum est flamma, pande os linguamque piatam.  
Nuncius hac, mox ethereis se nubibus abdit.  
Interea medium video discedere calum:  
Et de nube caua vox euibrata Tonantis,  
Talibus attonitas dictis mihi perculit aures:  
Quem mittam populo non mollia iussa daturum?  
Quis nobis tandem legatus idoneus ibit?  
Me me adsum dixi (nec enim fas esse putabam

Tu tacuisse mihi) me mitte Deum atque hominum Rex; Ibo, ibo intrepidus quo tu me cumque vocabis.

9 Et dixit: Vade & dices populo huic: Audite audite, & nolite intelligere, & videte vultu & nolite cognoscere.

10 Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudite, ne forte videat oculis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur, & sanctus.

11 Et dixit: Vtique quo Dominus? & dixit, donec desoletur ciuitates absque habitatore, & domus sine hominibus, & terra relinquatur deserta.

12 Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.

13 Et adhuc in ea erit decimatio, & erit adhuc in deprauatione sicut terebinthus, & sicut quercus quæ proiecit fructus suos: sanctum semine erit quod steterit in ea.

9 Vade (ait) & populo perfer mea dicta rebellis. Non ego vobiscum posthac versabor ut olim Cum populos coram affarer, vestrosque parentes Presens dignarer, certum est migrare, sacrisque Longè translatis aliam mihi quarere sedem, Hic ubi sincero veròque colemur honore.

10 Nam vos, quæ spes est oculos ut & extima sensa Nunquam immittatis nostræ in mysteria legis? Cum pectus vestrum doctrina ocluditis vitro? Pectus hebes, crassum, & tetra caligine mersum? Surdas quin etiam obstruitis monitoribus aures, Comprimitisque oculos, teneras ne forte per aures Perque oculos sensus intellectusque fenestras Summum illud Verum mentis peruat in arcem: Cognitioque meæ vos ad meliora reducat: Qua sine nulla salus nec spes super vlla salutis.

11 Alme Pater, Pater alme, quis his erroribus ergo Finis erit? quæ his metas & tempora ponis? Dicebam lacrymans: tum toruo rettulit ore: Hæc ego fixa volo donec labentibus annis Funestus Solymas irrumpat victor in arces, Gensque antiqua ruat multis dominatâ per annos, Nec cultor reliquus, nec sit domus vlla superstes, Terraque tot ducibus quondam populisque superba, Tot palmis oleisque ferax, tot diues arboribus, Pro populis vrsos habeat, pro ciue leones.

12 Reliquias verò, si quæ forte manebunt, Aut fuga disperget varias in ruta per oras, Aut graue seruitium pistrino addicet inerit. Hos inter casus (per me licet) impia crescat Progenies, terras modo dissociata per omnes, Exul & extorris, miserabile protrahat animum.

13 Quanquã census erit nõ magnus, & incrementum Exiguum, decimus vix inuenietur ad illum Collatus numerum, qui tum cum regna manerent, Vrbes & vicos numerosa prole beabat. Nec tamen hostilem parua hæc fœtura furorem Effugiet: rursum præ cladique patebit, Fortunis spoliata suis, ut Chaonis arbor Aut terebinthus, hiems quam fronde maligna virenti Exiit, aut fructu Boreas spoliavit honore.

Quod

Hæc secundum septuaginta interpretes, quos etiam secutus est Diuus Paulus hunc locum citans Act. Apost. cap. 28

De Vespasianis imperatoribus intelligit D. Hieronymus.

Vastationem factam sub Aelio Hadriano idem intelligit Hier.

Apostolos & eos qui ex iudeis crediderunt intellige.

Cap. 7.

Quod verò germen fixis radicibus alto Hæserit, haud illud tempestas vlla renellet, Sed sanctum Deo erit sartum tectumque Tomanti.

1 Sex denis pius Osiades regnauerat annis. Cum moriens sceptrum nato transmisit habendum Degeneri, neque per vestigia patris iuro: Hunc bello nuper victum repetebat adaucto Milite rex Syria. Rasis pinguisque Damasci, Cui se Romelides socialiaque arma Phaceas Iunxerat, Effraidas ducens in bella phalanges: Nequicquam patrios fallacia numina diuos Iurati ferro Solymos excindere muros.

2 Nuntius interea subitis terroribus urbem Implet, & antiquum duplicatis viribus hostem Aduentare refert, rectaque ad mania ferri. Extemplo turbati animi, concussa que vulgi. Pectora terror agit, mussat rex ipse, patresque: Non secus ac magno in luco si forte sonorant Incubuit Boreas, suprema cacumina nutant, Et tremule frondes stridentem mouentur ab aura. Ergo illi inter se summum de rebus agebant.

3 At Deus Amosidem ad se vocat: egredere (inquit) Tuque puerque tuus de tot modo prolibus vnus Qui superest, regi que actutum occurrere pauenti: Ad fullonis agrum, quæ se vicina coarctat Piscina, & rapidas vomit arcta canalibus undas.

4 Atque hæc pauca refer: lacrymosis parce querelis, Siste metum, neque te torris perterreat ardens Iste, minans bisida dirum face luridus ignem. Siste metum: nam mox tenues soluetur in auras Innocuus, sensimque senescens flamma peribit. Nam quod Romelia natus genitore Phaceas, Effraideque tribus, Rasisque Syraque cohortes Consilium contra me teque inire nefandum, Talia iactantes: Nunc tempus postulat, eamus O socj, somnoque grauem inuadamus Iudam, Hæc dudum manibus deuota est victima nostris, Pellamus regno, sacra euertamus auita, Iamque deus regnum & templum simul occupet alter, Rex bonus & fortis, forti Tabæle creatus. Irritum ego (dicit Deus ipse) & inutile reddam. Illa etiam (quod tu minimè nunc vere) Damascus, Illa caput Syriae & mater turrita beate,

Egregia & propria poetica comparatio.

Tropologiam huius loci per te à diui Hieronymi & a Hieronimo mentariis.

Hæreticorum consilia, Chronologicæ huius expli cationem repetere ac mentariis D. Hieronymi.

Cap. 7.

1 Et factum est in diebus Achaz filij Ioathan filij Ozia regis Iuda, ascendit Rasin rex Syria, & Phacca filius Romeliae, rex Istaël in Ierusalem ad preliandum contra eam, & non potuerunt debellare eam.

2 Et nuntiauerunt domui Dauid dicentes: Conuenit Syria cum Effraim: & commotum est cor eius, & cor populi illius, sicut mouentur ligna syluarum à facie venti.

3 Et dixit Dominus ad Esaïam: Egredere in occursum Achaz tu & qui derelictus est Iasub filius tuus ad extremum aqueductus piscinae superioris in via agri fullonis.

4 Et dices ad eum: Vide ut silcas, noli timere, & cor tuum non formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasim, & Syriae, & filij Romeliae.

5 Eo quod consilium inuenit Syria contra te pessimum, & filius Romeliae dicentes:

6 Ascendamus ad Iudam, & insicremus eum, & euellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabael.

7 Hæc dicit Dominus: Non stabit & nõ erit istud.

8 Sed capite Syriae Damascus, & caput Damasci Rasin, adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Effraim esse populus:

F 4

Et

*Et bonus hic Rafir princeps rectorque Damasci,  
 9 Et dux Effraidum Samaritarumque Phacæas:  
 Et Samaritæ ipsi celo terrisque minantes,  
 Vix (nec vana fides) tria lustra decemque videbunt  
 Incolumes, ab eo quo nunc hæc scribimus anno.  
 Credite promissis Domini, si vestra manere  
 Regna, simul vestros cordi est seruare nepotes.*

9 Et caput Effraim  
 Samaria, & caput Sa-  
 marie filius Romeliq.  
 Si non credideritis,  
 non permanebitis.

10 Et adiecit Domi-  
 nus loqui ad Acham  
 dicens:

11 Pete tibi signum  
 à Domino Deo tuo  
 in profundum infer-  
 ni, siue in excelsum  
 supra.

12 Et dixit Achaz,  
 Non petam & non  
 tentabo Dominum.

13 Et dixit: Audite  
 ergo domus David.  
 Nunquid parum vo-  
 bis est molestos esse  
 hominibus, quia mo-  
 lesti estis & Deo meo?

14 Propterea dabit  
 Dominus ipse vobis  
 signum. Ecce virgo  
 concipiet & pariet fi-  
 lium, & vocabitur no-  
 me eius Emmanuel.

15 Butyrum & mel  
 comedet, vt sciat re-  
 probare malum, &  
 eligere bonum.

10 *His marmor vates mouisset, & anea corda:  
 Sed super hæc, Deus ipse Deus dignatur Achamum  
 Affari Oshaden: " & vt hac fidentiùs (inquit)  
 Credas, teque fidemque tuam non pignore nullo  
 Astringas, age quid possim præstare velimque,  
 Quando ita vis, tandem signo experiare petito:  
 Seu celo postcas dabitur, seu vis magis orco.*

12 *Nec me signa mouent tua (retrulit ille) nec vlla  
 Signa petam, nec quid possis tentare velis-ve  
 Nunc vacat, ambigui vt iacta est, eat alea fati.*

13 *Mouit magnanimum regis vox impia vatem:  
 Ergo (ait) ad populum versus notosque tribules:  
 Non satis O magni domus inclyta Dauidis, olim  
 Legatos magni fuerat violasse Tonantis,  
 Nè presentem ipsum, & per se coramque mouentem  
 Importuni homines, celo terrisque molesti  
 Adiiceretis adhuc & mente resellerè & ore?*

14 *Sed tamen inuitis signum memorabile vobis  
 Ipse dabit, celo & terris memorabile signum.  
 Ecce diem celeres sacris urgentibus hora  
 Voluent optatum, quo Virgo intacta sine vlllo  
 Semine, plena Deo, nec tactus passa viriles,  
 Concipiet, parietque marem matuta puellum,  
 Quem tu Diua parens (nam tecum semper in arcibus  
 Rebus erit) proprio Emmanuelelem nomine dices.*

*Non illi aërium corpus per viscera matris  
 Casta fluet, velut acta fluit syphonibus vnda:  
 Sed verum ex puro genitricis sanguine corpus  
 Accipiet, sese humana vestire figura  
 Virgineosque implere sinus dignatus, & artus  
 Confluere in paruos, qui dextra concutit orbem.*

15 *Ille fauos mellis, lac ille, & molle butyrum  
 Paruus edet, sed melle tamen mollique butyro  
 Cùm factus vescetur homo, ne quæso priorem  
 Naturam sublimem illam nullique Deorum,  
 Nulli hominum notam, quæ nec falsi aquoris vnda,  
 Nec*

Verumq; per-  
 tinet ad typū  
 mortis & af-  
 fectus domi-  
 nica: qui  
 enim ascendit  
 ipse est qui  
 descendit.  
 Ephes. 4.

Emmanuel,  
 id est, nobilitū  
 Deus  
 Apollinarij  
 error qui hu-  
 manā Christi  
 naturam, af-  
 sumptionem  
 quendam ex  
 cælis aut aëre  
 deluabat  
 Theophyl.  
 1. Cor. 1. c. 15.

*Nec terra immensa spatiis erebō-ve profundo,  
 Nec celo capitur, positurum credite (magnum  
 Quippe nefas) mansit semper semperque manebit  
 Aeterna aeterni sapientia visque parentis.  
 Qua iustum iniusto, atque equum discernet iniquo,  
 Olim olim Deus, ante noui noua semina mundi,  
 Aeuu expers, sorti nequaquam obnoxius vlli:  
 Nulla illum veteris tangent contagia furti:  
 Nec quam hominū generi princeps generator inuissit,  
 Antiqua suberunt in eo vestigia noxæ:  
 Sed nostrum nascens non dedignabitur orbem  
 Verus Homo, verus pariter Deus, Vnus vtrumque.*

16 *At verò, prius ille Patris quàm missus ab arce  
 Terris se tradat moribundo corpore septum,  
 Fāsque nefāsque bono sapiens discrimine signet;  
 Instituâtque homines non vnquam audita monendo.  
 Vtraque Iudæis nimium vicina colonis  
 Et Syria, atque nouis malefida Samaria rebus,  
 Ipsi etiam reges, tuus horror Iesica pubes  
 Funditus insolita consumpti clade peribunt.*

17 *Quoque minus dubites, fient hæc omnia, quando  
 Assyrius magno victrices agmine turmas  
 Bellator pauidum duce Numine vertet in hostem.*

18 *Aureatum Domini tibi munere sacra redibunt  
 Fortunata Sion, tua si bona noscere discas,  
 Qualia nec patrum nec anorum prisca tuorum  
 Vidit ab annorum longis decursibus etas.  
 Ex quo bis quina diuiso corpore regni  
 Secessere tribus opulenta Sebastis in arua,  
 Et seruum serua sibi constituere tyrannum.*

19 *At tu Hebraeæ modum rebus seruare secundis  
 Nescie, subuertes cuncta hæc, nec tempore longo  
 Tam florente statu rerum letabere: namque*

20 *Tempus erit (nec longa mora est) cùm sibila vindex  
 Omnipotens horrenda dabit, sonus ibit in auras  
 Terribilis, quem clara Pharos, Nilusque recedens  
 Et Ninus Assyria celeberrima gloria gentis  
 Audiet: excita venient ad classica muscæ,  
 Et vespa populatrices, tabanisque volucres.*

21 *Per loca culta ruent magno stridore, cauāsque  
 Implebunt valles, campōsque petrāsque niuosas.  
 Et scabras rupes subiectaque rupibus antra,  
 Arboribus plantisque lues herbisque satisque.*

a Samaria e-  
 lim Hebræis  
 dicta Mar-  
 cone, G. c. 13  
 Samaria po-  
 sita ab Ae-  
 marmo rege  
 qui post Za-  
 mare regna-  
 uit, Samaria  
 siue Samaritæ  
 dicta Sami-  
 ri, de quo  
 Amarmus  
 morem eme-  
 rat, in quo  
 vrbis sita est.  
 Ioseph. Ant.  
 lib. 8. cap. 7.  
 b per Assyriū.  
 Theglaphalaf  
 farum & Sal-  
 manasarū in-  
 telligit, qui  
 Rafim & Osea  
 Phacæa suc-  
 cessorem ex-  
 terminarunt  
 c Seruus hic,  
 Hieroboamus  
 est filius Na-  
 bathi, Reg. 1.  
 cap. 10.  
 d Aegyptij &  
 Assyrij per  
 vespas hic &  
 muscæ defi-  
 gnatur, quoru  
 Agyptij, duce  
 Pharaone Ne-  
 chao, regem  
 Iosiam ceci-  
 derunt: Assyrij  
 duce Nabu-  
 cho-donosore  
 sub Iechonia  
 Hierosolymā  
 incendunt.  
 Paralip. 2.  
 cap. 35.  
 Fer hæc depi-  
 lationē intel-  
 ligimus, nil  
 forte, nil pul-  
 chrum, nil quod  
 virtutē i-  
 piet, in tota  
 Iudæa reli-  
 quum sit.

16 Prius enim quā  
 sciat puer reprobare  
 malum & eligere bo-  
 num, derelinquetur  
 terra quam tu dete-  
 staris à facie duorum  
 regum suorum.

17 Adducet Domi-  
 nus super te & super  
 domū patris tui, dies  
 qui non venerunt à  
 diebus separationis  
 Effraim à Iuda cum  
 rege Assyriorum.

18 Et erit in die illa:  
 Sibilabit Dominus  
 muscæ quæ est in ex-  
 tremo fluminū Aegy-  
 pti, & apæ quæ est in  
 terra Assur:

19 Et venient, & re-  
 quiescent omnes in  
 torrentibus vallium,  
 & in cauernis petra-  
 rum, & in omnibus  
 frutetis, & in vniuer-  
 sis foraminibus.

20 In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in hisqui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum & barbam vniuersam.

21 Et erit in die illa: Nutriet homo vaccaam bouum, & duas oues:

22 Et prae vbertate lactis comedit butyrum: Butyrum enim & mel comedit omnis qui relictus fuerit in medio terrae.

23 Et erit in die illa: Omnis locus ubi fuerint vites mille argenteis, & in spinas & in vepres erunt.

24 Cum sagittis & arcu ingrediatur illuc, vepres enim erunt & spinas in vniuersa terra.

25 Et omnes montes qui in saculo farrigentur, non veniet illuc terror veprium & spinarum: & erit in pacuam bouis & conculcationem pecoris.

50 PARAPHR. IN ISAIAE  
20 Nec satis exhaustum pœnæ Deus esse putabit,  
Vltro etiam Assyriis pacta mercede tyrannis,  
Quos ripa Euphrates vobis metuendus utraque  
Diuidit, ancipiti conduxet acumine ferrum,  
Quo caput & mentum, totumque à vertice corpus  
Deglabret fœdè, atque ad talos depilet imos.  
Desertas faciet terras, desertaque rura,  
Rarus erit putres qui vertere vomere glebas,  
Qui saturare fimo, qui sulcis credere possit  
Semina: squallebunt inarati sentibus agri,  
Et quæ nunc canis flauescunt mesibus arua,  
Pascua erunt, herbis nullo cultore renatis,  
Maiori gratum pecori, gratumque minori,  
Si modo suppetere: abiget feras omnia victor.  
Nullaque tondendis pratis armenta relinquet.  
21 Felix ille nimis, cui bucula fortè superstes,  
Aut ouis, aut latitans sub agresti caprea culmo  
Raptoris dextram felici euaserit astu.  
22 Ille quidem (nam multa dabit tum gramina tellus,  
Nescia frumenti, multosque ignaua per annos)  
Pro Cerere & letis fœcundi frugibus anni,  
Lacte famem miseram solabitur atque butyro.  
Cætera turba feras quam non debeuerit ensis,  
Felices sese fortunatosque putabunt,  
Si melle excusso foliis, aut lacte seroso  
Aegram inopi victu possint producere vitam.  
23 Quid colles olea pingui Bacchoque virentes,  
Quid vineta canam multis mutata talentis  
Aurea nunc, sed tunc agrestibus horrida dumis,  
Antra futura feris? En nunc ubi vinitor vnam  
Colligit, aut vincti baccam sub mole trahenti  
Comprimit, informis quondam stabulabitur vrsus  
Immanis-ve leo, aut nocturnus latro latebit.  
24 Ab mihi: ne quis eo nisi telo instructus & arcu  
Commeet, aut vepribus loca tecta peragret inermis.  
25 Sed neque per tumulos, neque pingues vberè cæpos,  
Aut montes celsos, aut frugiferas conualles,  
Vomeris vsus erit, rastris-ve grauis-ve, ligonis.  
Non miser omnino cui curuis vnguibus aruum  
Scalpere contigerit, victumque parare diurnum,  
Syluestri saturans ventrem radice litrantem:  
Cætera deformis situs & deserta vetustas  
Obruet, & passim virgulta enata replebunt:

Fames & vastatio, bellorum pedissequæ.

Cap. 8.

LIB. I. CAP. VIII. 51  
Quæ carpent tauri nullo custode vagantes,  
Et pecudum genus omne teret domitumque ferumque.  
Abnuerat dictis præbere fidelibus aures  
Plebs populisq; simul patreque atque ipse tyrannus:  
Cum Deus haud temerè sperni sua numina passus  
Me vocat, & tandem dat talia iussa vocato:  
Parce senex populis mysteria sancta prophanis  
Pandere, namque illos tali non dignor honore,  
Quin potius fidei monumentum nobile nostræ,  
Magno inscribe libro, castaq; nouaq; papyro.  
Fige stylum humanum, venturæque sæcla doceto  
Promissis me stare meis, populoque fideli  
Veloci-prædam celeri-spoliumque daturum:  
Nam quem mox mittam, tali cognomine gaudet.  
Iamque venit: testes hæc signent scripta citati,  
Zachariæque Barachides, Vriæque sacerdos.  
Namque ego vatem ipsam accessi, quæ tempore partus  
Maturo natum enixa est, quem iussus ab alto  
Veloci-prædam celeri-spoliumque vocavi.  
Nec verò hoc illi nomen sine numine nostro  
Contigit: ille prius patrem matremque citere  
Quam possit puer, Assyrius ruet omnia late  
Mœnia palmifera victor turrata Damasci,  
Et Samaritarum spolijs potietur opimis.  
Atque hæc pœna manet genus Israël profectum  
O vates (nec enim tibi fata arcana silebo,  
Adiecit Dominus) quod aquas Siloëntis ab alta  
Labentes leni cum murmure rupe Sionis,  
Et sacram Solymam veterumque palatia regum,  
Hic ubi perpetuam sedem imperiumque locaram,  
Posthabuere Rasis Samaritanique Phacææ,  
Diuitiis, regni que meo siue numine partis:  
Serui degeneres, aternæque secula digni  
Seruire, & dominos ferre & mutare frequenter.  
Pro quibus admissis Deus en Deus agmina vindex  
Innumera, armatasque equitum peditumque cohortes  
Quas celer Euphrates quas mittit eous Orontes,  
Hæc nunquam frustra suspecti, denique totam  
Assyriam, pompa cultuque & diuite gaza  
Spectandam, sæni ductu auspicioque tyranni  
Impete fœdi fragas violento effundet in oras.  
Ille velut torrens hybernis imbribus auctus,  
Aggeribus-ve ruens effractis spumeus amnis,

Sub hac figura rursus describitur partus virginalis.

Siloë font est & Sionis radice defluens, non iugibus aquis, sed certis horis ebulliens: Ecclesiâ significat. Alter Mesopotamiae, alter Syriæ fluius: Vtrique regioni olim Assyrii imperitauerunt.

Cap. 8.

1 Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandæ, & scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe, & cito prædare.

2 Et adhibui mihi testes fideles. Viuum sacerdotem, & Zachariam filium Barachæ.

3 Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomē eius, Accelera spolia detrahe festina prædari.

4 Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum.

5 Et adiecit Dominus loqui ad me dicens:

6 Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloë quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin & filium Romeliæ:

7 Propter hoc adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, reges Assyriorum & omnem gloriam eius. Et ascendet super omnes riuos eius, & super vniuersas ripas eius.

Quæ

G 2

Quem

Quem nulla moles, obstacula nulla morantur;  
Trans montes, vallésque cauas, crassásque paludes,  
Trans saltus siluásque nigras, fluuiósq̄e tumentes  
Signa feret properè collectis viribus ingens;  
Præueniétque sui famam, velocior alis  
Fulguris, aut torto balearis verbere fundæ.

<sup>8</sup> Pèrque tuos fines latè Iudæa vagatus,  
Oram omnem quanta est victricibus obteget armis.

Ipsam etiam regni caput affectabit, & arcem  
Dive tuam Emmanuel bello tentabit aperto.

<sup>9</sup> Sed frustra. Furor est iniusta laceßere bella,  
Inq̄ Deum armari: cõeant in fœdere reges

Quotquot habet tellus; Austro iungare trionis

Cultor hyperborei; descende remissus Eoo

Vesper, & unanimes in prælia mittite turmas:

(Audiant hæc quisquis numero confidit & armis,  
Et quisquis nostro longè serit orbe remotus.)

Illius egregias virtutes claræque facta

Inuictæque manum fusi stratique per agros

Clade fatebimini vestra: <sup>10</sup> Deus vtilis vobis

Propositum mentemque adimet, Deus optima vertet

Consilia, & rapidis dabit irrita ferre procellis.

Scilicet ille Deus nobiscum dimicat, illi

Perpetuos casõ debebimus hoste triumphos.

<sup>11</sup> Euentura cano: dudum mihi certa futuri

Facta fides: Deus ipse Deus dum plurima patrat

Fortia, ne recto deflectere tramite vellem,

Edocuit sæpe ista diu multumque monendo.

<sup>12</sup> Heu fugite, õ pueri, grex õ mihi semper amate,

Concipere indomitos scelerata mente furores:

Quales hæc populi noua factio coniurati

Nunquam non animo coquit & spurco euomit ore:

Nec vos interea moueat consponsa malorum

Seditio, nec ad hunc strepitum paueatis inanem:

<sup>13</sup> Tantũ ipsum armorum Dominũ bellique potentem

Percolite, & digna ter sanctum dicite laudè.

Hic vester terror, vester paup̄ vnicus esto,

Vester amor: sic fiet vt illo mente recepto,

Integritas vitæ nunquam mutanda sequatur,

Paxque animi dulcisque quies memorabile donum.

<sup>14</sup> At domui Israël, domui infelicis Iudæ,

Et Solymas quicunque tenent (loca perfida) sedes,

Pro duce proque astro portum monstrante petitem,

Rupis

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

8 Et ibit per Iudam inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ õ Emmanuel.

9 Congregamini populi & vincemini, Audite vniuersæ procul terræ, Confortamini & vincemini, Accingite vos & vincemini.

10 Inite consilium & dissipabitur, loquimini verbum & non fiet, quia nobiscum Deus.

11 Hęc enim ait Dominus ad me. Sicut in manu forti erudit me ne irem in via populi huius, dicens: 12 Non dicatis coniuratio. Omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timore eius ne timeatis aut paueatis.

13 Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse paup̄ vester & terror vester, & erit vobis in sanctificationem.

14 In lapidem autem offensionis & petram scandali duabus domibus Israël, & in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalẽ.

In tentationibus promittitur victoria. Mysterium illud Vincemini ter repetitum.

Initium sapientie timor Domini.

Christus fatus est Iudæis in scádalum, Gentibus autẽ in iustitiã, 1. Corinth. cap. primo.

Elegit Dominus stultum mundi & infirmum, vt confunderet sapientes & fortia. 1. Corinth. cap. 1.

Rupis erit vice nauifraga, scopulique sub vnda  
Sub breuibúsq̄e vadis ad funera certa latentis.

<sup>15</sup> Plurima in hunc turba impinget, collisq̄e fœdè

Frangetur, laqueoque velut deprensa tenaci

Aut oppressa graui nec opino proruta casu

Concidet, heu nunquam vasto emersuraprofundo.

<sup>16</sup> Ergo age quandoquidem me contempsere volentes,

Signatum legis sacra clausumque volumen

Aufer ab indignis, Vates, melioribus illud

Iamdudum tradi stat pectore fixa voluntas.

Sic faciam (dixi) manet eternumque manebit

Iste liber clausus, cunctisq̄e erit: inuia charta.

Pagina sacrata, <sup>17</sup> donec Deus Israëli

Auersus Deus, hic quem gentibus audio saepe

Promitti, adueniat mundo letabile sydus.

<sup>18</sup> Ille ego nunc adsum presens, quid queritis ultra?

Ecce ego nunc, nec solus ego, sed quos mihi magnus

Donat habere pater, qui igniti fulmine verbi

Terrifico, & signis memorandis dogmata falsa

Isacidum ritusque feros aliquando retundent,

Non alium expectate. Adsum quem misit ab alto

Bellipotens Dominus, cultor custosq̄e Sionis.

<sup>19</sup> Me tantum, non falsiloquos audite susurros;

Neu vestra monitis, pateant mendacibus aures,

Quæis vos fas contra, magicas accingier artes

Inuuant, & ad astrologos & vana remittunt

Ventriloqua responsa senis, manes. ve profunda:

Excitos erebo, calumque reuisere parca.

Inuita, incantantis anus stridore coactos:

Ne, quaeso vos õ pueri, ne talibus vnquam

Credite portentis: <sup>20</sup> Deus est qui numine solus

Momenta atque vices rerum veritque regitque,

Scilicet ille sacris per publica vota vocatus

Legitimus, dubiisque piè de rebus ab omni

Consulius populo, facta euentura recludet,

Seu viuos tangant, seu dudum lumine cassos,

Fas nulli dubitare fidemque negare loquenti.

Cætera qua terram circaque cadauera tristis

Sacra superstitione reperit, non sacra, sed esse

Imperia, & vltori scitote odiosa Tonanti.

Lex etenim vetat, & patribus iussa edita nostris:

Qui contrã sentire audent, erroribus actos

In sanis, lux destituet, verique serenus

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

15 Et offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur, & irretientur & capietur.

16 Liga testimoniũ, signa legem in diuiculis meis.

17 Et expectabo Dominum qui abscondit faciem a domo Jacob, & præstolabor eum.

18 Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus in signa atque portenta Israël a Domino exercituum qui habitat in monte Sion.

19 Et cum dixerint ad vos, Querite a Pythonibus & a diuinis qui stridunt in incantationibus suis. Nuaquid non populus a Deo suo requirit pro viuus ac mortuis?

20 Ad legem magis & ad testimonium. Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, nõ erit eis matutina lux.

Et matutinus fulgor, nō xque orta tenebris  
Tartareis, ductum pedibus regimēque negabit.

Et transibit per eā, & corruet, & esuriet; & cum esuriet, irascetur, & maledicet Regi suo & Deo suo, & suspiciet sursum.

Et terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebrae, & diloluitio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

Cap. 9.

Primo tempore alieuiata est terra Zabulon & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanē Galilica gentium.

Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnam; habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gētem & magnificasti latitiam; latrabuntur coram te sicut qui latatur in messe, & sicut victores capta præda, quādo diuidūt spolia.

Iugum enim oneris eius & virgā humeri eius & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian.

Illi precipites nullo impellente ferentur  
Auiā per, salebrāque scabras, abruptāq; saxa.  
Deficiet victus, turpisque sequetur egestas,  
Quæ miseris bilem in nares irāmque ciebit  
Pectoribus: tum iusta ferent conuitia reges,  
Diiq; impostores, manēque haud ritē vocati.

Frustra oculis lucem calo terraque requirent,  
Nox illam densa eripiet, tenebrāq; perennes,  
Horror ubique & ubique metus exanguis in artus  
Peruadet (ferale malum) genua agræ fatiscunt,  
Nec sauo dabitur finis - ve modus - ve dolori,  
Quam diu homo affixi calum calisque parentem  
Negligere audebunt, sua somnia vana secuti.

At non æternum pietas oppressa iacebit,  
Sed Domino cali terras lustrante resurget.  
Tum primi populis animi, verāq; redibunt  
Virtutis sensus & libertatis amantes.  
Prima iugum excutiet Zabulon, quam lata sequetur  
Nephtalis Assyrii primæ crudelia quondam  
Vincula seruitij experta, mox ad mare gentes  
Quæ trans Iordanem Galileia regna frequentant,  
Exilient posito ad lucis noua signa veterno.

Et populus longo torpens qui tempore densis  
Sederat in tenebris, & opaca mortis in umbra,  
Ex oriente die præclara luce fruatur.  
Quam leto lux illa tuæ Dux optime mentis,  
Quamque salutarī terris felicibus ortu  
Fulserit, aucta docent radiati gaudia mundi;  
Quisque nouos sibi post tenebras gratatur honores:  
Non secus ac gelidæ post horrida frigora brumæ,  
Verisq; æstatisque metus, latatur agellum  
Maturis flauum prospectans messor aristis,  
Aut miles sacris affigens postibus arma,  
Captiuamque domum reuehens post prælia prædam,  
Militiæ creperos gaudet memorare labores.

Magna quidem causa est, & qua non iustior vlla  
Latitiæ: nam tu Deus, o Deus, æthere ab alto  
Despiciens terras, crudelis dura tyrannū  
Imperia, & solium & virgam exactoris acerbi,  
Qui genus humanum iam dudum victor iniquis  
Legibus, & magna saeuus ditione premebat,

Fregisti,

Cap. 9.

Ex his tribus plebibus que Apolloniorum fuerunt, quod & Martheus euangelista innuit. Cum enim de eorū vocatio ne agit, primū per fines Zabulon & Nephtalim Ierum deducit: postea quemadmodum illos delegerit, prudenter subiungit. Vide ca. 3. ubi hunc ipsum locum citat. secundum litteram hæc facta sunt, & zechia regnante, cum misisset ad decem tribus israel hortaturos ut relictis impiis superstitionibus, ad veram pietatem & veri Deicultū redirent. Vide Iosephū Antiq. lib. 9. ca. 10.

Exactor hic Satanæ est & equitū eius.

Fregisti, sine cade fugans, sine sanguine vincens:  
Vt quondam Gedeon Madianica castra crepante  
Collisorum utrum fudit, strauitque fragore.

Scilicet omne malis stabilitum auctumque rapinis  
Imperium, quas vis & sector cogit acerbus,  
Distringens ciues hastam gladiumque per omnes:  
Non secus ac vestis fædo polluta cruore,  
Quæ nequit amne laui, rapidis datur ignibus vri,  
Concidet horribili excisum euersumque ruina.

Hostibus eueniat nostris sub principe tali  
Seruitium tolerare diu, durōsque labores:  
At nobis qui iura dabit puer editus ecce est,  
Filius en datus est nobis, qui sceptrā paternā  
Suscipiet, regnumque humeris imponet auitum.  
Nomina multa feret nulli vsurpanda, sibi que  
Propria, nam toto admirabilis orbe feretur,  
Summāque consilij consorsque caputque paterni,  
Idem cui princeps in stauratorque futuri,  
Qui referet nobis primo concessa parenti  
Munera, iamque genus mortale in pristina reddet,  
Ignotas optata vias ad sidera pandens.  
Quinetiam pacis princeps authorque salutis,  
Paxque adeo nostra haud aliena voce feretur.

Imperium Satanæ. Regnum Christi. Egregius locus cōtra Marnichæos. Vide Cyrillum. Sex nominib; vocandum, author est hic Hieronymus. Nec bina iungenda, vt admirabilis cōsiliarius, Deus fortis, sed singula separata legenda vocabula.

Pacem nostram vocat alibi Apollonius.

Rede ad infirmitatē vates & Samariæ excidium.

Id prædixit futurū Iacob Gen. cap. 49.

Illius imperium non sol oriens - ve cadens - ve,  
Non rigor arctoi boreæ, non finiet Auster:  
Sed solio impositus Dauidis, pace quieta  
Perpetuāque beans terras calumque profundum,  
Iustitiāque regens populos, sua sceptrā per auum  
Firmabit, cunctisq; bonus dominabitur annis.  
Hæc Deus armipotens faciet rata, gentis amore  
Percitus ingenti nostræ, meritoque rebelli  
Inensus populo, simulatæque muta colenti.  
Imperij sedem fato decreuerat olim  
Mansuram sine fine tibi fortissime Iuda,  
Haud unquam mendax Dominus, generique tuorum  
Sceptrā manu dederat, soliumque immobile regni:  
Sed veluti sanctis fatorum legibus, vlli  
Fas hominum foret obniti, menti que suprema  
Vilis homo passet decretas vertere sortes,  
Regnum vsurpauit genus Israëlē profectum,  
Et diuina simul fraternāq; iura resoluit  
In sauro (bis quinque tribus) gens acta furore.  
Audiat hæc igitur quæ iuuenis eloquar ore.

Effrai-

Quia omnis violenta depredatio cum tumultu, & vestimentū mixtū sanguine erit in combustionem & cibum ignis.

PARVVS enim NATVS est nobis, & Filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, & princeps pacis.

Multiplicabitur eius imperium, & pacis nomen erit finis super solium Dauid, & super regnum eius sedebit vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, a modo & vsq; in sempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.

Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Iuda.

Et sciet omnis populus Effraim & habitates Samariam, in superbia & magnitudine cordis dicentes.

Effraide & que simul Samaritanis & que colonus, Iactantes tumido (solutum sibi) talia corde: Nunquam erit ut toties fusi totiesque fugati Tandem aliquando suas cessent extollere vires, Signaque vicinæ victricia gentis adorent?

10 Lateres ceciderunt, sed quadris edificabimus: Sycomoros succiderunt, nos autē cedros immutabimus.

10 Nam si illi latere & limo sua mœnia cocto Præcingunt ruitura breui, nos marmore lecto, Nos ebore excelsas tollemus ad æthera moles, Quas nullæ possint iactu superare sagittæ: Et si sycomoris humiles agrestibus audent Aedificare casas; nos alta palatia cedro Imputre pœnemus sæclis mansura futuris: Et nobis audent sese componere tandem?

11 Et eleuabit Dominus hostes Rasim super eum, & inimicos eius in tumultum vertet.

11 Hæc illi. Interea fati sortisque futura Ignaris Deus ecce nouum Deus exciet hostem, Assyrium, Rasim fuerat qui nuper amicus. Ille omnem implebit subitis terroribus oram, Perque vrbes per agrisque fugâ trepidumq; tumultum Incutiet: funesta Syris ad bella vocatis, Quaque orbem Titan radiis aspergit eois, Et noctem occiduo seram deducit ab axe, Arma Palestinis magno sociantibus auctu.

12 Syriam ab Oriente & Philistiniam ab Occidente, & deuorabit Israël toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Non feret effusas vno simul agmine turmas Turba pauens, sed erit victoribus esca cruentis Ille ille Israëlæ fatuus, tot regibus olim Finitimis terror, populus, tot gentibus olim Imperitans, dum sacra Dei ritusque manebant.

13 Et populus non est reuersus ad percussorem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.

13 Nectamen aut dira permotus strage suorum, Aut nec dum vltoris placata territus ira, Dextramque exertam aspiciens ictumque minantem, Vel serò sapere, & Dominum se vertere ad ipsum Auctorem cladis volet armorumque potentem, Et veniam votis seramque exposcere pacem. Vsq; adeò cæcæ rabies aget effera mentes.

14 Et disperdet Dominus ab Israël caput & caudam incuruantem & deprauantem die vna.

14 Hanc igitur facem populi sordis & que rebellis Proiciens abs se delebit funditus, vnoque Et caput & caudam curuatam demetet ictu Terribilis monstri, quo non crudelius vllum Per nemora & saltus, per agros vrbesque venenum Spargere lethiferum, variâque inducere formas, Et nunc alta sequi magno sublimè volatu, Nunc imis gradiens in ventrem serpere terris, Vtrobique nocens, nulliusque inscia fraudis

Bellua,

Arrogantia & superbia Israelitarum quorum typus hæretici agnuntur.

Bellua; qua magno cadet hostia casa Tonanti.

15 Occidet & longo nuper venerabilis vsu Albâque honorandis velatus tempora canis, Occidet & vates, misero mendacia cantus Falsaque pro veris obtrudere verba popello.

Hæreticos intelligit hic D. Hieronymus.

16 Laudatque simul laudatorisque peribunt: Hi, quod venali fudere placentia lingua; Illi, quod faciles assentatoribus aures Præbuerint, pariter miseri, pariterque profundum In mortis barathrum crudeli funere mersi.

17 Non ergo vltorem sexus-ve atq; ve mouebit, Robora quin lecta pubis florêmq; iuuenta Demetat, & ferro ante diem succidat acuto. Non illi tristem pupilli audire querelam, Non aurem flenti viduæ præbere vacabit. Cur? nullus verum sentit dicit-ve, sed omnes Ore loqui ficto mendacia turpia gaudent, Nequitiâque boni titulo pratexere falso.

P. opterea infesti nondum stat vindicis ira, Sæuit adhuc, ardetque odium, dextrâque coruscant Intentans per inane facem sua fulmina torquet.

18 Vnde repentinus omnis considet in ignes Impietas, velut infelix & vepribus hirtus Ardet ager, flammam cui sponte immisit arator, Haud aliter potis incultos euincere sentes. Mox surgunt nigri sinuosa volumina fumi,

Ferulam ac belluinam animi constitutionem denotat. Impij & hæretici inter se hostiliter affecti, tamen in paradisiis fidis contra iudantem & consistentem Deum amicos edurant. Iudas significat cõcessionem.

19 Et summas densa obnubunt caligine siluas, Et saltus victrix populatur flamma propinquos: Scilicet armipotente Deo iaculante, supina Terratremet, populosque vorant incendia fontes. Quippe nefas nunquam fraternum haurire cruorem Duxerunt, dextras insontum cadere rubentes

20 Tingere ludus erat, prædas agere undiq; pulchrum. Nectamen ingluuiem poterunt placare profundam, Non dextra saturi non sese explere sinistra Contenti, proprios lacerabunt dentibus artus:

21 Ipsi etiam gemini (dictu mirabile) fratres Manasses Effraimque petent per mutua sese Vulnera, mox animis concordibus arma repente Fratris in exitium vertent furialia Iude. Iure igitur magni nondum stetit ira Tonantis: Ardet adhuc, meritoque furit, telumque coruscans Intentat dextra plagam vulnusque minatur.

15 Longæuus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est Cauda.

16 Et erunt qui beatificant populum istum seducetes, & qui beatificantur precipitati.

17 Propter hoc super adolecētulis eius non lætabitur Dominus, & pupillorum eius & viduarum eius non miserabitur: quia omnis hypocrita est & nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

18 Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendet in densitate saltus & conuoluetur in superbia fumi.

19 In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: Vir fratri suo non parcat.

20 Et declinabit ad dextram & esuriet, & comedet ad sinistram & non saturabitur. Vnusquisque carni brachij sui vorabit.

21 Manasses Effraim, & Effraim Manassen, & simul ipsi contra Iudam. In omnibus his non est auersus furor Domini, sed adhuc manus eius extenta.

Et Vos

Cap. 10.

1 Vt qui condunt leges iniquas; & scribentes iniquitatem scripserunt, & iniustitiam,

2 Vt opprimeret pauperes in iudicio, & vim facerent caufae humiliu. populi mei, vt esse, at viduae praedae eorum, & pupillos diriperent.

3 Quid facietis in die visitationis, & calamitatis a longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium, & ubi dereliqueris gloriam vestram?

4 Ne incurramini sub vinculo, & cum interfectis cadatis. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

5 Vt Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea.

6 Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei, mandabo illi, vt auferat spolia & diripiat praedam, & ponat illum in coaculationem quasi lutum platearum.

7 Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita aestimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad intencione gentium non paucarum.

PARAPHR. IN ISAIAE

Vos quoque, qui leges vestris parere rapinis cogitis, arbitrio fixas vestro atque reflexas, Et personata summi sub imagine iuris Tectum immane nefas mendaci inciditis are, Diramanent: Vos dira manent, praetoria quorum Iniustis resonant edictis, sanguineisque

Iudiciis, quibus opprimitur quem sancta tuendum Iustitia, & natura iubet, rerum omnium egenus, Scilicet & populi pars infirmissima vestri, Pupilli, viduae, miseranda vel hostibus ipsis Turba, senes, pueri, nupta innuptaque puella, Ecce suas abigi, capta velut vrbe, trahique Fortunas lugent praedaeq; in parte reponi.

Dicite, (sed frustra moneo ventura notare Tempora) cum vestris lux subserit vltima rebus, Suppliciique dies aderit, longe ante tot olim Signis, tot sacrorum praedictus ab ore, Equis opem vobis aditus feret? ecqua patebit Tutafugare regio? cui tot bona cadibus olim Et latrociniis, & aperta fraude doloque Partarelinquetis? num vos seruare, iugoque Eripere hostili poterunt? num vincula collo Demere? num fixum lateri depellere ferrum? O vanas hominum spes, o fallacia vota! Non erit, vt rerum ignari sortisque futurae Creditis, ast idem simul omnes hauriet ensis, Sexum omnem, genus omnia metens discrimine nullo. Iure igitur nondum tua vindex ira resedit,

Ardet adhuc, meritoque furis, dextraeque coruscum Concutiens telum, plagamque necemque mimaris.

Nec minus Assyrio diras sua fata tyranno Immittent scelerum vltices, fastusque superbi Poenam exposcentes, sit nunc licet ille furoris Ferrea virga mei, mandatque bella capeffat, Et fumibante manu nostras exercent iras.

Illum ego mittebam gentis peccata procacis Vlturum, populique fidem, quibus numine nostro Perfidus abiecto, mutis se aduobuerat aris, Saeue exacturum, praedaeque & opimae trophaea Inde relaturum, calcaturumque rebelles

Vilus more luti: verum ille meiq; sui que Immemor, haud nostris aduertit pectora dictis: Sed regni fines cupidus proferre, malaque

Cap. 10. Hec in iudices tribus Iude, & scribas de du reparat Hierusalem. Hieron. Basilus autem in eos qui indignum cententes maiorum veltigis insistere, auctores nouarum heresed sunt & haberi volunt, detraquet.

Mortis & superni iudicii dies.

Suauis & infolens animi clarior notatur, quam Graeci vocant.

Hac analogice refert ad diabolum refracturum & transueam D. Basilus.

Artissima & elegantissima comparatio.

Sennacheribum intelligit, quo Deus veluti flagello castigat oron in populo suo: praearicatoris punitione vltus est.

Virgam & baculum diuus Basilus inter pretari sepe erit: sit sensus, seotum non esseret, sed cum qui seotum potat.

LIB. I. CAP. X.

Ambitione furens, victricia protulit arma, Vltiora ruens qua nunc intacta volebam.

Sic secum: me ne incepto desistere cursu Victorem? magni reges quem mille sequuntur?

Et quem Carcamis, quem nuper capta Chalane Arphasia Emathiaq; vrbes, quem celsa Damascus, Et Samaraa potens, per maenia diruta curru Quadriungo inuectum magno admiserere pauore?

Si primis belli auspiciis, primoque recentis

Militie tyrocinio clarissima cepi Regna manu, indigetisque Deos captiuamque sacra Abduxi, non fama idem nunc auctus & armis Funditus excindam Solymos, simulacraque gentis Impia periura pedibus calcabo cruentis?

Pone supercilium venturi nescie fati. Tempus erit, cum te ventosa haec verba mouentem, Et vanas tumido iactantem pectore voces, Iam tum securis Solymis, & monte Sionis Cunctis defuncto bellis, bellique periculis, Arguet omnipotens Dominus, coramque retundet Regalem huc fastum, atque oculos nimis alta tuentes.

Nam que non in eum conuicia profudisti? Num celo hac ego, num superis decora incluta rerum Debeor? quisquam hominum, quisquam de gente Deorum Audeat hinc aliquam laudis decerpere partem?

Solus ego indomito victricis robore dextra, Consilioque potens, asperrima bella peregi. Effeci ne qua post hac de limite gentes

Bella gerant: me tota tremat ter maxima tellus.

Illam ego quam magna est armis complexus in arcum Exiguamque velut nidum, regna obuia regnis Inuoluens mixtis nullo obfistente coegi Compreffique manu, sic quondam lubricus anguis

Ceruleus-ue draco, nidum nidoque relicta Oua videns, tortis sinuat vestigia gyris, Mox paruum inuoluit spiris ingentibus orbem: Mater abest, densa-ue latens sub fronde, nec alis Nec rostro (prohibet metus ingens) damna suorum

Vindicat: ille auidam tepida ova recondit in aluum, Et pastus repetit quod nuper liquerat amrum.

Hac miser exctas: at nescis, impie, nescis, Ridiculum fore, si caesam sectamque perire Materiem adscrabat sibi serra, grauis-ue securis

59 8 Dicit enim: Nutquid non principes mei simul reges sunt?

9 Nunquid non vt Carcamis, sic & Chalane? & vt Arphad sic Emad? Nunquid non vt Damascus sic & Samaria?

10 Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Ierusalem & Samaria.

11 Nunquid non sicut feci Samaria & idolis eius: sic & faciam Ierusalem & simulachris eius?

12 Et erit cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Ierusalem, visitabo super fructu magnifici cordis regis Assur, & super gloriae altitudinis oculorum eius.

13 Dixit enim: Infortitudine manus meae feci, & in sapientia mea intellexi. Et abstuli terminos populorum, & principes eorum depredatus sum. Et detraxi quasi potens in sublimi residentes.

14 Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudine populorum. Et sicut colliguntur oua quae derelicta sunt; sic vniuersam terram ego congregavi, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os & ganiret.

15 Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut serua exaltabitur contra eum a quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui vtiq; lignum est.

Ambi

H 2

Aut



*Aut sculpti calicis tornum sibi vindicet artem,  
Sculptor emque sua defraudet laude? quis autem  
Aut clauam ferat, aut gladium de vulnere facto  
Iactantem, & cæso decus hoste referre volentem?*

16 Propter hoc mittet Dominus dominator exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloria eius succensa ardebit quasi cõbustio ignis.

17 Et erit lumen Israël in igne, & sanctus eius in flama, & succendetur & deuorabitur spina eius & vepres in die vna.  
18 Et gloria saltus eius & Carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur. Et erit terrore profugus.

19 Et reliquiae ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos.  
20 Et erit in die illa: Non adiciet residuum Israël, & hi qui fugerint de domo Iacob inniti super eo qui percutit eos, sed innitentur super Dominum sanctum Israel.  
21 In veritate reliquiae cõuertentur, reliquiae inquam Iacob, ad Dominum fortem.

15 Propterea Deus ille Deus, dominusque Deorum Bellipotensque Deus, cui calum, terra, salumque seruit, & inferni nutant caua mœnia mundi, In terras rutilo demittet ab aethere fontes Aligerum vltorem, qui pingua corpora pubis Assyria in nihilum rediget tenuemque fauillam. Tantaque erit subito vis insita fulminis igni, Vt tenui afflatu flammæque latente per artus Vestibus illæsis perque ossa rigentia vadat.

17 Ipse autem vindex Deus Israël, & ingens Gloria iam dudum flamma crepitante coruscus, Per spinas vepresque furens desecuet, ut nil Ritè repurgatum non sit, celeri que piatum Supplicio, quod deinde sequens mirabitur etas.  
18 Ac velut in siluis aut præcipiti Carmelo Si fortè incautis pastoribus excidit ignis, Ille latens, foliis, & sicco fomite pastus, Pineæ mox victor comprehendit robora, perque Stridentes ramos, perque alta cacumina vento Incumbente furit, rursumque relapsus ad ima Totum à stirpe nemus, flammis reptantibus vrit. Sic quondam Assyrius numerofo milite fretus, Et gazis diues, prædisque superbus abactis Corruet, horribili Domini consumtus ab ira. Ipse metu profugus ductor decora alta, vetusque Imperium spatio noctis vertente relinquet.

19 Reliquias verò tanti modo regis, & orbem Post se ducentis iam nullas penè vel infans Vel blasus numero poterit comprehendere certo.  
20 Tum verò quisquis satus Israël, superstes Assyriam incensis Solymis euaserit hastam, Non monitus posthac fictis confidat amicis, Hostibus ad primos motus de more futuris; Sed pugnante Deo misera obsidione solutus, Se seruatori Domino suæque omnia credat.  
21 Nec verò ad Dominum ficta pietate redire Se simulent, sed toto animo peregrina fugantes Sacra, Deum fortem libertatisque datorem Latè alacresque colant, collapsaque templa reponant.

Ne

Refert hunc locum D. Hieronymus ad nobilem illam ciadem quæ cetero octoginta quinque milia Assyriorum interfecta esse legimus, quo loco ait Hebræostradere, Assyriorum corpora vestibus illæsis ab igne fuisse consumpta. Vepres & spinas intellige malitiam Assyriorum. Comparatio.

Omnia hæc ad Ezechiam à Sennacheribo Assyrio obsecum referuntur.

Vide Theophylactum in epist. Pauli ad Rom. cap. 9. ubi citatur & explicatur hic locus.

Hoc toto serè varicatio pro Assyriis intelligit diuus Hieronymus hæreticos & diabolum.

Oleum ferè in diuinis scripturis misericordiam Dei significat.

22 Ne dubita Israël, manifesta renuntio vates. Namque tuo è populo æquoreas qui vincit arenas Hostibus addicto, paruas sed semine multo Antiquam aucturas stirpem sobolemque nepotum Reliquias Dominus leget, & seruabit in æuum; Si modo stent pactis, nec aberrent tramite iusso.

23 Nec longis ad eum tortis-ve an fractibus itur: Concisam ipse viam plana regione docebit. Iustitia sternens iter, & sermone fideli Confirmans, quem terra breuem licet, audiet omnis. Felix auditum penitus qui pectore condet Insistetque nouo constans sibi viuere ritu.

24 Quod minus dubites, Deus his sua firmat ab alto Bellipotens promissa, meoque hæc nuntiat ore: Parce metu gens lecta mihi, quæ monte Sionis Tutæ sedes, non te celsa ferus arce mouebit Assyrius quatiens hastam, non accola Nilæ Deiciet saenas acuens in bella secures.

25 Tempus erit, iam iamque instat, cum totus in iras Effusus, iusto permittam frena furori. Et rabiem hostilem pœnis vlcerscar acerbis: Sanguineoque sequar fugientia terga flagello.

26 Qualis eram magna cum nuper clade perempti Vim Madianitæ nostram sensere ducisque Ipsorum, infelix Zabæus, & acer Orebus Ad silicem & duras allisi corpora cautes Strauerunt albis lapidosos ossibus agros, Vnde loco manet æternum per secula nomen.

At tibi seruitij non sit presentius vllum Decussi signum, libertatisque propinqua. Quam cum post regna Aethiopum prætentatæ, rubro Littora curua mari, Phariâque hostilibus vrbes Tentatas armis, in te & tua mœnia vires Verterit ille suas Solymis extrema minatus.

27 Tum trito demes adamantina vincula collo, Excussumque iugum diuino munere franges, Dulci oleo vulnus quod torum fecerat ungens.  
28 Ecce venit: pacem Solymi sperate coloni Promissam: Ecce venit, iam Nilo ponè relicto Ayothum præteruehitur, Magroniæque arua: Transit & ad Magmas, vasis subsistere iussis, Urget iter, raptimque agiles in prælia turmas Sæua trahit, Gabea vix fessus subsidet, & iam

22 Si enim fuerit populus quasi arena maris, reliquiae conuertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam:

23 Consummatio enim & abbreviationem faciet Dominus Deus exercituum in medio terræ.

24 Propter hoc dicit Dominus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion ab Assur. In virga enim percutiet te, & leuabit baculum suum super te in via Aegypti.  
25 Adhuc enim medicum paululumque, & consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum.  
26 Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb: & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Aegypti.

27 Et erit in illa die: Auferetur onus eius, & iugum eius de humero & collo tuo, & putrescet iugum à facie olei.  
28 Veniet in Ayoth, transibit in Magron, apud Magmas commendabit vasa sua.  
29 Transferunt cursum Gabaa, sedes nostram obstupuit, Rama Gabaa Saulis fugit.

H 3

Iamq;

*Iamq; mora impatiens, Ramamq; Gabamq; relinquit,  
 Ciue Gabam quondam illustrem notamque Saulo.  
 19 Ab vereor, ne quid nuribus lacrymabile vestris  
 Gallimi eueniat: tibi consule parua Laysa.  
 20 Namque Medemenici dudum fugere coloni:  
 Vos verò inga qui colitis prærupta Gebini,  
 Ne trepidate, Nobe iam substitit, 21 & procul urbem  
 Subiectam, murosq; sacros, ipsumque Sionis  
 Montem oculis haurit, & spe se pascit inani,  
 Multa animo voluens immania barbarus hostis.  
 22 At Deus armipotens (nec erit mora longa) furentē  
 Vanāque iactantem frustim confringet, ut utrem  
 Aut fragilem illisamq; sono resonante lagenam.  
 Ac veluti Libano quā densior arbore saltus  
 Surgit odorata, si iussu forsam herili  
 Incubuit manibus duris agitata securis:  
 Aut noxum iter miles, 24 syluāque morante negatum  
 Ferro aperit, cadit ieta ilex, cadit ieta cupressus,  
 Procumbunt pinus, ponunt sua culmina cedi,  
 Nudatusq; suos vertex lacrymatur honores:  
 Haud aliter calo quondam capita alta ferentes  
 Sublimēsq; duces, populorum terror & horror,  
 Fædē proiecti crassa tellure iacebunt.*

19 Hinni voce tua  
 filia Gallim, attende  
 Laysa, paupercula  
 Anatoch.  
 20 Migravit Medemena:  
 Habitatores Gebim  
 confortamini.  
 21 Adhuc dies est ut  
 Nobæ stetur. Agita-  
 bit manū suam super  
 montem filie Sion,  
 & super collem Ierusa-  
 lem.  
 22 Ecce dominator  
 Dominus exercitū  
 confringet in terrore.  
 Et excelsi statura suc-  
 cidentur, & sublimes  
 humiliabuntur.  
 23 Et subuertetur cō-  
 dēla saltus eius ferro:  
 & Libanus cum ex-  
 cellis cadet.

Descriptio e-  
 legis felliman-  
 tis exercitus  
 Assyrij, & ad  
 obediētiā So-  
 lyn orū pro-  
 perantis.

Beati pauperes  
 spiritus  
 quoniam ipsi  
 Deum vide-  
 bāt. Et iterū,  
 Beati pacifici,  
 quoniam ipsi  
 filij Dei vo-  
 cabuntur,  
 Matth. 5.  
 State circum-  
 sincti lum-  
 bos vestros in  
 veritate, & in-  
 duite loricas  
 iustitiæ. Ad.  
 Ephes. 6.

Pulchritudinis  
 loci tropolo-  
 giam tractat  
 D. Hieron.

Cap. 11.

Cap. 11.

1 Etegre dicitur virga  
 de radice Iesse, & flos  
 de radice eius ascēdet.

*1 Sæcla reflorescent melioribus aurea futis:  
 Promissis que fides aderit vel sera vetustis:  
 Namque saluari cōeuntia sydera fluxu,  
 Et conspirantis fauor & concordia cæli  
 Nobile Iesseo deducunt stipite germen,  
 Vnde nouus subito flos veritice surget honore,  
 Et crescens super as per se nitetur ad auras,  
 2 Quem circumfusus diuina spiritus aura  
 Semper alet, semper presenti numine presens  
 Firmabit, largus, plenus, totusque, nec vllas  
 Didit in partes riuo septemplice diues  
 Ille fluet, bona cuncta vehens, vtrōque profuadens.  
 Namque isto diuina fluet sapientia fonte,  
 Visque potens veri falsiq; bonique malique  
 Notitiam, & rerum causas aperire latentes.  
 Hinc immota Dei penitusque abstrusa Tonantis  
 Consilia, hinc robur magnaq; potentia dextra  
 Virtusque erumpet, totum diffusa per orbem.  
 Hinc omnis pietas, hinc omnis denique rerum*

2 Et requiescet super  
 eū Spiritus Domini,  
 Spiritus sapientia,  
 Spiritus intellectus,  
 Spiritus cōsiliij & for-  
 titudini, Spiritus sci-  
 entia & pietatis.

Germen sine  
 virgam di-  
 uinam Mariam  
 intelligit Ec-  
 clesiā.

Notio

*Notio proueniet. mens hic proiecta Deūmque  
 Docta timere suum pleno torrente calores.  
 Hauriet insolitos, & tata liquecet in ignes:  
 Hic flos ille, hominum superūmque aterna voluptas,  
 Numeribus diues, cum calo missus ab alto.  
 Iustitiam terris vi pulsa, & fraude reducet,  
 Iusque dabit latè mundo, non cereus auro  
 Alterutram flecti in partem, suada-ve moueri:  
 Mellita illecebris, lingue-ve volubilis arte,  
 Orantum vultus aduertet, & ora virorum:  
 4 Verum inconcusso iustique bonique tenere  
 Prædamnatam inopis sub iniquo iudice causam  
 Restituet, mortalis opis miseratus egentes:  
 Et pro mansuetis, cæli quibus annuit arcem,  
 Pugnabit, vincetque, cadet passim impia turba,  
 Crudelēsq; homines, terraque parente creati  
 Aruatagent magnis cumulata stragis aceruis,  
 Eloquij irifido diuini fulmine tacti.  
 5 Quippe Deo armatura fides, qua more triliticis  
 Lorica renes munit, lumbosque fluentes  
 Aurea pax illo terras moderante vigebit,  
 Perque omnes rerum partes concordia gliscet  
 Perpetua, & vinculis solido ex adamante reuincta.  
 Quique prius nullo poterant mitescere cultu,  
 Iam posito cicures discent mansuescere rictu:  
 6 Ipse lupus montes & deuia lustra relinquens,  
 Lanigero mixtus pecori comitabitur agnos,  
 Iam non sanguineus, pratōque cubabit eodem.  
 Pardusque exutus maculosum tergore crinem,  
 Cum teneris iam non frendens stabulabitur hædis.  
 Et leo cum vitulis ouibusque impune vagatus,  
 Nocte domum rediens septis claudetur isdem.  
 Consuescentque regi simul, & puerilia blandi  
 Imperia accipient, ductūmque sequentur herilem:  
 7 Fætāque cum catulis deformibus vrsavirentem  
 Cum boue tondebit pratīs communibus herbam.  
 Quæq; prius crudo pascebat viscere ventrem,  
 Nunc fœnum & paleas stans ad præsepia mandet.  
 8 Quinetiam virus serpentibus excidet atris,  
 Somniferaq; puer securus ad aspidis antrum  
 Ludet, & immissa per caca foramina dextra,  
 Eludet vanum basilisci impune furorem.  
 Nulla necans morsu fera, nulla potente veneno*

3 Et replebit eū spiri-  
 tus timoris Domini.  
 Non secundū visionē  
 oculorum iudicabit,  
 neque secundum au-  
 ditum aurium arguet.

4 Sed iudicabit in ius-  
 titia pauperes, & ar-  
 guet in æquitate pro  
 mansuetis terræ. Et  
 percutiet terram virga  
 oris sui, & spiritu la-  
 biorum suorum in-  
 terficiet impium.

5 Et erit iustitia cin-  
 gulum lumborū eius,  
 & fides cinctorium  
 renū eius.

6 Habitabit lupus  
 cum agno, & pardus  
 cum hædo accubabit.  
 Vitulus & leo & ouis  
 simul morabuntur, &  
 puer paruulus minas-  
 bit eos.

7 Vitulus & vrsus pa-  
 scentur: simul requi-  
 escant catuli eorum.  
 & leo quasi bos coin-  
 edet paleas.

8 Et delectabitur in-  
 fans ab ubere super-  
 foramina aspidis: Et  
 in cauernam regum  
 qui abiectus fuerit,  
 mittet manum suam.

Noxia,

9 Non nocent, nō  
occident in vniuerso  
monte sancto meo.  
Quia repleta est terra  
scientia Domini, sicut  
aquæ maris operietur.

10 In die illa radix  
Iessē qui stat in signū  
populorum: Ipsum  
gētes deprecabuntur,  
& sepulchrum eius  
erit gloriosum.

11 Et erit in die illa,  
adiiciet Dominus se-  
cundo manum suam  
ad possidendum resi-  
dūū populi sui, quod  
relinquetur ab Assi-  
riis, & ab Aegypto, &  
à Phetros, & ab Ae-  
thiopia, & ab Elam,  
& à Sennaar, & ab  
Elath, & ab insulis  
maris.

12 Et leuabit signum  
in nationes, & cōgre-  
gabit profugos Israël.  
Et dispersos Iuda col-  
liget à quatuor plagis  
terræ.

13 Et auferetur zelus  
Ephraim, & hostes  
Iudæ peribunt. E-  
phraim non emula-  
bitur Iudam, & Iudas  
non pugnabit contra  
Ephraim.

9 *Noxia, nulla meo mala gramina monte legentur:  
Omnis enim quanta est caelestia munera tellus  
Imbibet, & sanctis replebitur ebria succis.  
Non secus ac rupto cūm spumeus obice pontus  
Cuncta superfuso tegit hauritque obuia fluctu.  
Nempe huc sydereis erumpens nubibus almi  
Notio vera Dei, diag, scientia mentis  
Impluet, & terras felici rore rigabit  
Vipereas passim pestes à stirpe reuellens.*

10 *Tum flos ille nouus, felix Iessæ propago  
Conspicuum latè calo caput eriget, in quem  
Quotquot erunt velut in signum sublime salutis  
Propositumque scopum spectabunt, orag, verient  
Spe pleni solida, quam mox rata vota sequentur:  
Nam licet ille graui percussus sydere, lassum  
Inflexa ceruice caput pro tempore ponet,  
Et prono tenerum deflectet pondere corpus,  
Contingens ima summum radice flagellum,  
Mox tamen exsurget dulci recreatus ab aura,  
Iam non mortalis nullisque obnoxius Austris  
Omnibus aternos terris spirabit odores.*

11 *Quòdque breui & semel occiderit, nec turpe, nec illi  
Crimen erit obrum-ve sus, sed gloria magna,  
Gloria nullo vnquam senium passura sub auro.*

12 *Tum quoq, tēpus erit, cūm rursus ab aethere dextrā  
Porriget omnipotens, miserique misertus Iudæ  
Reliquias toto dispersas colliget orbe.*

13 *Assyriamque omnem lustrans, Niloticæque arua,  
Quasque serunt terras Parthi, quas gemmifer Indus  
Tempora pennatis redimitus nigra sagittis,  
Coetilibusque ambit Babylon celeberrima muris,  
Et quas à reliquis circumstagnante diremit  
Oceano natura parens, aut longior atas,*

14 *Conspicuum Solyma signum proponet ab arce,  
Ad quod quadrifidi cunctis ex partibus orbis  
Ad certam coeant exploratamque salutem  
Israëlitida profugi, sparsig, per orbem.*

15 *Isaci dum proceres, quos corpus coget in unum,  
Tum postliminio reduces, & fœdere iunget  
Concordi, (nec enim posthac Ephraimus ad arma  
Adiiciet funesta manus) & pace ligabit  
Aeterna. timeant ergo qui nominis huius  
Se iactant hostes, nam magna clade peribunt.*

Interea

Prædica-  
tio-  
nis, euan-  
gelici  
sacramen-  
tum.

Ab sit mihi  
gloriarī nisi  
in cruce Do-  
mini nostri  
Iesu Christi.

Signum sine  
vexillum cru-  
cis Christi.

Interea dictante Deo legēque ferente,  
Conueniet nullo pax dissoluenda tumultu  
Inter vtrāque tribum, ponent odia aspera tandem,  
Mutua nec fodient repetito pectora ferro,  
Nec bellis acuent ultra ciuilibus enses:

14 *Sed iunctis animis dispartitōque labore,  
Prima Palestinis indicent bella colonis:  
Mox velut alati maria omnia peruolant,  
Prædatōque ferent celebres oriente rapinas:  
Instituent passim leges, & Marte subactis  
Iura dabunt, morēque etiam ritusque nouabunt  
Sacrorum: vox missa plagas exhibet in omnes;  
Audiet, & si quem palmetis diues Idume  
Detinet umbriferis, & quem deserta Moabi  
Gaudentem rapto scopulos montibus abducat:  
Audiet, & nati in morem data iussa capeffet.*

15 *Quamuis gentilis, tamē hactenus improbis Ammon,  
Atque adeo ut Phariis sacra hac vulgētur in oris,  
Ipse Deus linguam, Deus ipse latrantis Anubis  
Euellat, cali Domino maledicere suetam,  
Increpituque graui commoti numinis ore  
Fœcundo latè stagnantem flumine Nilum,  
Diductum in tennes septena per ostia riuos  
Mulctabit: gemet ille suo spoliatus honore,  
Siccæque calcari pedibus vada flebit inultis.*

16 *Tali calle mihi lectas ab origine gentis  
Reliquias (ait Omnipotens) educere certum est,  
Qualem olim Hebrais Pharios fugientibus agros  
Gurgitis eoi memini struxisse per vndas.*

Cap. 12. *Tum tu parue meo grex factus munere liber,  
Ni malè gratus eris, tantōque indignus amore,  
Hoc mihi adoras carmen recitabis ad aras:*

17 *Te pater alme canam, quanquam mihi cognitus ipse  
Terrear, ut nequeam te dignas dicere laudes,  
Te memorare iuuat tamen, aternūque iuuabit.  
Nam quis te melior? quis iustas promptior iras  
Ponere, & immeritos venia donare petita?  
Sanè ego postquam à me tua nunc deferbuit ira,  
Auersusque furor, solatia dulcia sensi,  
Et noua firmato rediit fiducia cordi.  
Degeneres procul ergo metus, procul este timores  
Attoniti: Deus ecce meus, Deus ecce meorum  
Et decus & columen rerum, Deus ecce salutis*

14 Et volabūt in hu-  
meros Philisthūm  
per mare, simul præ-  
dabūt filios oriētis:  
Idumæa & Moab  
præceptū manus co-  
rum, & filij Ammon  
obedientes erunt.

15 Et desolabit Do-  
minus linguam ma-  
ris Aegypti, & leuabit  
manum suam super  
flumen in fortitudine  
spiritus sui: & percu-  
riet eum in septem  
ritibus, ita vt transeant  
per eum calciati.

16 Et erit via residuo  
populo meo qui felici-  
tus est ab Assyriis,  
sicut fuit Israeli in  
die illa qua ascēdit de  
terra Aegypti.

Cap. 12.  
1 Et dices in die illa:  
Confitebor tibi Do-  
mine, quoniam ira-  
tus es mihi: conuersus  
est furor tuus, & con-  
solatus es me.

2 Ecce Deus seruator  
meus, fiducialiter agā  
& non timebo: quia  
fortitudo mea & laus  
mea Dominus, & fa-  
ctus est mihi in sa-  
lutem.

Ammon hic  
de populo  
Iudææ finiti-  
mo intelligi-  
tur, qui ex fi-  
liis Lochi pro-  
gnatus erat.

Hymnus &  
gratiarum  
actio.

I • Et

*Et libertatis vegeta non futilis auctor.*

3 Haurietis aquas de fontibus saluatoris in gaudio.

1 Vos ergo gentes hac ad noua sacra vocatae  
 Latitia vatiſque diem hunc celebrate frequentes,  
 Quasque suo seruator aquas de fonte propinat,  
 Prodigus, & finem seruare modumque merendi  
 Nescius, abiectis alacres haurite lacunis.  
 Non opus est pretio, gratis hoc fonte sine villo  
 Munere proluere omnibus arida labralicebit.

*Tum satuni in talem vnanimes erumpite vocem:*

4 Et dicetis in illa die: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. Notas facite in populis adinventiones eius: memoret quoniam excelsum est nomen eius. 5 Cantate Domino, quoniam magnificum fecit: & annunciate haec in vniuersa terra. 6 Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Iſrael.

4 Eia agite o socij Dominum celebremus ouantes,  
 Terrarum Dominum calique crebrius potentem.  
 Illum omnis sexus, aetasque & lingua per omnes  
 Quas Sol cunq; plagas radiis illustrat, adoret.  
 Dicite quae caelo terraque marique potenter  
 Edidit, & fando populis vulgate remotis:  
 5 Magnificumque Deum sublimemque numen ad astra.  
 Tollite: inque adeo imprimis quicumque Sionis  
 Aurea templa colis, Dominum venerare Deumque  
 Olim sorte tuum, nunc vero munere magno  
 Per cunctas terrae diffusum habitabilis oras.

Fontes Saluatoris Evangelicam doctrinam significant.

VATICIN

LIBER SECVNDVS.



ACTENVS hac super atherei peragenda parentis  
 Promissa, & terris aliquot post secula  
 Christum

*Mittendum, Amosides praesaga voce canebat.*

Cap. 13.

1 At nunc fata quibus diuini mole furoris  
 Obruta procumbet Babylon, fœdèque iacebit,  
 Quasque reposcenti dignas luet impia pœnas  
 Iustitia canimus. Tu Spiritus alme canenti  
 Os animumque moue: nil te sine possumus omnes.  
 2 Quisquis es infesti praecurrere numinis iras  
 Vltrices solitus, terrasque & regna ruinis  
 Deuota horrificis vero tentare timore,  
 Sive hoc aligera funguntur munere mentes,  
 Seu vos o dira tali gaudetis honore,  
 Quas pater ipse Deum magnas sibi legit in iras,  
 Ite, secate vagum stridentibus aëra pennis;  
 Turrigerique huius nebuloso in vertice montis,  
 Qui super impositas moles sublimis, & astris  
 Aemulus imperium totius concipit orbis,  
 Ventura cladis funestum extollite signum,  
 Lethalique sono pennarum, & vocis acuta  
 Terrifico clangore, metum mortalibus agris  
 Insolitum incutite, & mentes turbate labantes.  
 Ecce etenim ruptis stridenti cardine portis  
 Irrumpit captam victor crudelis in urbem.

3 Namque ego (ait Dominus) vanas ne forte putetis  
 Esse minas, lectam populis è mille iuuentam  
 Ad sacrum exciui bellum, forteſque coegi  
 Sub noua signa viros, iussos mea damna, meorumque  
 Vlisci, prorsusque meum satiare dolorem.

4 Audin? ut intonsi montes, campique resultent  
 Armorum sonitu, regumque ducumque fragore,  
 Innumeras post se gentes populóſque trahentum?  
 5 Scilicet ad Domini fera classica bellipotentis,  
 Extremis coiere duces à finibus orbis,  
 Egregij bello, fama super athera noti,  
 Quorum operâ & dextras, famulatiq; arma parata  
 Vindicta impendet, laxansque furoris habemas,  
 Totam quanta patet, latè populabitur oram.

Medorum exercitus hic intelligitur, quæ ad Babylonis subuersionem suscitaturum se Deus comminatur.

Cap. 13.

1 Onus Babylonis quod vidit Iſaias filius Amos.

2 Super montem caliginosum leuate signum: Exaltate vocem; leuate manum, & ingredientur portas duces.

3 Ego mandati sanctificationis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.

4 Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium; vox sonitus regum & gentium congregatarum. Dominus exercituum precepit militibus belli: 5 Venientibus de terra procul: A summitate caeli Dominus, & vasa furoris eius, ut disperdat omnem terram.

6 *Uulate, quia prope est dies Domini: quia vastitas, à Domino veniet.*

7 Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescent & conteretur.

8 Torfiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebit: Vnusquisque ad proximum suum stupebunt, facies combuſtae vultus eorum.

9 Ecce dies Domini venit crudelis, & indignationis plenus & iræ furor: que ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.

10 Quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo.

11 Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum; & requiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

12 Preciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.

6 *Venit summa dies, & inevitabile fatum:*

*Flete senes, ululate nurus, plorate puella, Vasta repentino reddet Deus omnia casu. Nec procul hinc tempus, quum victa labore iuventus Assiduo, turres & propugnacula linquet, Et frustra dextras victori tendet inertes,*

7 *Pacemque orabit: soluentur frigore membra Omnibus, & modo tam violento turgida fastu Corda virum, magno prostrata timore iacebunt.*

8 *O dulcem (si fas conferre) puella dolorem, Quem primo pragnans fert facta puerpera factu: Nulla fuga ratio, spes nulla salutis opis-ve Succurret miseris: sua quisque metu externatus Confususque animos vultusque, urgente periculo Consilia abiiciet, nequicquam aliena requirens.*

9 *Ecce dies Domini venit crudelis, & iræ Funesta plenus: fugite hinc, furor ecce propinquat, Sæua sedens super arma furor celestis, & alto Horrida de calo tempestas ingruit, agros Et terras olim denastatura beatas, Nec super vllus erit de tot modo millibus, omnes Aut ferrum aut vindex absument flamma colonos: Tantum nempe potest maiestas læsa Tonantis Aetherei, mare cui calumque & tartara nutant.*

10 *Quis sortem illius cladis, quis funera fando Exaquet: tantæ-ne animis celestibus iræ? Tantus ubique timor, tam Panicus horror ubique Pectora concutiet fatalis conscia pœna, Vt miseris agrisque metu mortalibus omnis Lux erepta, oculus tenebras inducat inanes, Solque die feruens medio, cecidisse repente, Et pernox possit tenebrescere luna videri.*

11 *Has mihi terra nocens, ceterum licet urbibus altum Sustollas turrata caput, tecumque feroces Mille trabas populos, validis habitata colonis, Has mihi (ait Dominus) solues tamen impia pœnas. Faxo ego, ut hic fastus calo inuidiosus & astris, Periura ambitio, seuoque superbia vultu Palleat, & summa cadat haud rediuiua ruina.*

12 *Non animas pretio appenso, gazæ-ve redemptas Servare, aut vitam dabitur mercede pacisci, Ferrum omnes, ferrum absument, victorq; cruentus Vindictam gemmis potiore ducet, & anno.*

*Vig.*

13 *Vig. Deo fieri credas hæc cuncta iubente, Singulaque illius servire elementa furori, Ipsi etiam calorum orbis, cameratæque mundi Regia, presentis Domini sub mole fatiscunt, Et longo suspensa metu mortalia corda, Ne cali terræq; ruat compago, diemque Supremum terris diuina det ira, timebunt. Tum sibi quisque fuga celeri pedibusque salutem Ambiguam queret: fugientia barbarus hostis*

14 *Terga premet: velut umbrosis cum forte molossos Immisit siluis venator, & ecce repente Excite linguunt secreta cubilia dame. Quaque nemus sonat horridicis latratibus, & quæ Iq; reditque canum fremitus, clamorque virorum, Pallantes, nulloque duce, ignaræq; viarum, Diffugiunt, pars tuta tenet, pars retia rara Induitur: sic nota quibus diuortia, calles Hostibus auersos ostendent, forsitan illi Tecta paterna petent: redeuntibus obuia coniux Et dulces nati dextras & brachia tendent.*

15 *Est alios, quos aut error, casus-ve, Deus-ve, Aut peritura urbis damnata in sede manendi Importunus amor victori obiecerit hosti, Barbaricus frustim concisos demet et ensis.*

16 *Flete piæ matres, aderit qui pignora vestra Rapta sinu, duris furia a mente satelles Cotibus allidet, rorabunt sanguine vepres Innocuo, & teneris sternentur compita membris. Templâ Deum, regumque domos, priuatæque tecta Diripiet dirus miles, milæque pudicæ Abreptas thalamis matres genialibus, ante Ora maritorum mæstissima captiuorum Substernet sibi, femineo nequicquam ululatu Testantes superos, violatæque iura querentes.*

17 *Namque ciente Deo venient ad clastica Medæ, Aspera gens Medi, gens intractabilis armis, Non pacem vendent auro, non tela recondent Muneribus fracti, sed inexorabile ferrum, Puberibus prius enectis, in paruula stringent Corpora, perque artus teneros fera vadet arundo, Maternique uteri disrupta per ilia, fetus Ante diem expellet (dirum scelus) immaturos.*

18 *Hæc te fata manent Babylon, hic exitus in stat,*

Comparatio elegans & huic vati frequens & familiaris.

Explicat hic sese, & nominatim Medos se exciturum comminatur.

13 Super hoc cælum turbabo, & movebitur terra de loco suo; propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius.

14 Et erit quasi damula fugiens, & quasi ovis, & non erit qui congreget: unusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.

15 Omnis qui inuentus fuerit, occidetur; & omnis qui superuenierit, cadet in gladio.

16 Infantes earum allidentur in oculis eorum, diripiuntur domus eorum, & uxores eorum violabuntur.

17 Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non querant, neque aurum velint: 18 Sed sagittis paruulos interficiant, & lactantibus uteris non misereantur, & super filios non parcat oculus illorum.

19 Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclita in superbia Chaldaeorum, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram.

O nimium longos orbi dominata per annos  
Chaldaei regina soli, non alter ab illo

Quo Sodome quondam perit meretricisq; Gomorra,  
Ambæ diuini prostratae fulminis igne.

20 Non habitabitur  
vsque in finem, & noa  
fundabitur vsque in  
generationem & ge-  
nerationem: Nec po-  
neri ibi tentoria Arabis:  
nec pastores requies-  
cent ibi.

20 Ast ubi turrigerum telo caput icca trifulco

In cineremque altum prolapsa nigramque fauillam

Funditus occiderit, nullis habitabitur annis

Illa ingens Babylon, nec restaurata resurget,

Sed desolata eternum & deserta iacebit.

Ne verò, ne fessus ibi tentoria pastor

Figat Arabs pecori-ve umbram, fontana-ve quarant

Pocula vicini pastores, ducite saluos,

Dum licet, hinc ad tuta greges. 21 hoc plurima saltu

Bellua damnato stabulabitur, atque ubi regum

Tecta ebore atque auro nunc stant operosa, dracones

Cristati, nidumque feri ponent struthiones.

Hic etiam sera ducent sub nocte choreas

Capripedes Satyri, tectique pilis Siluani,

Monstraque multa alia humanas terrentia mentes.

22 Saepè etiam carmen strix importuna per umbram

Ferale, & tristes in-culminibus desertis

Siridebunt vlula, responsabuntque bifformes

Sirenes: Celeri fuge nauita litus amarum

Remigio, ceraque aures occlude tenaci.

23 Iamque dies, alterq; dies, irudentibus horis,

Pronoluent celeri fatalia tempora motu,

Et rata, quæ populis verus denuntio vates,

Efficient: venietque dies labentibus annis,

Cum Deus omnipotens posita iam mitior ira

Respiciet placido Iudæam lumine gentem,

Dispersamque leget variis è partibus orbis

Pubem Israël, tutaque in pace reponet,

Ad dulcem reuebens patriam charosque penates.

Multus eos iunctis animis opibusque sequetur

Aduena, Diisque retro abiectis, quos amè colebat,

Hebraeos auidè ritus morèmq; sacrorum

Hauriet, ad seros quos transferet inde nepotes.

24 Non inhonorus erit populi comitatus eunius

In patriam, cum sacra canens, tabulasque vetusti

Fœderis ad Solymas referet feliciter arces;

Muli illum populi, multi deducere reges

Certatim optabunt, donisque onerare superbis.

Ipsè triumphantis Iudæa per oppida cultu

21 Sed requiescēt ibi  
bestiæ, & replebuntur  
domus eorum draco-  
nibus: Et habitabunt  
ibi struthiones, & pi-  
losi saltabunt ibi.

22 Et respondebunt  
ibi vlulæ in ædibus  
eius & sirenes in de-  
lubris voluptatis.

Cap. 14.

1 Prope est vt veniat  
tempus eius, & dies  
eius nō clongabitur.  
Miserebitur enim  
Dominus Iacob, & e-  
liget adhuc de Israël:  
Et requiescere eos fa-  
ciat super humum  
suam. Adiugetur ad-  
uena ad eos; & adhæ-  
rebit domui Iacob.

2 Et tenebunt eos po-  
puli, & adducent eos  
in locum suum. Et  
possidebit eos domus  
Israël super terrā Do-  
mini in seruos & an-  
cillas. Et erūt capien-  
tes eos qui se cepe-  
rant: Et subiicient  
exactores suos.

Sirenium etiā  
meminit hoc  
l. co tradu-  
ctio quam se-  
quitur Cyril-  
lus: quas Sire-  
nes idem Cy-  
rillus inter-  
pretatur ani-  
malia stauit-  
er loquentia,  
quorum in  
numero dicit  
Hebræos ha-  
bere noctuā.

Cap. 14.

Significat tē-  
p. s. quo Cy-  
rus Cambysis  
Persarum rex  
captiuum po-  
pulum redire  
permisit. Et-  
dix. 1. cap. 1.

Religionis &  
fidei Christiā-  
næ in gentes  
propagatio.

Inuictus

Inuictus, captiua virum post se agmina ducet,  
Quos dominos nuper fuerat perpeffus iniquos:  
Chaldaeq; nurus, versa vice, matribus ibunt  
Seruitum Hebrais; & qui modo saeuus & atrox  
Exigit à miseris infanda tributa colonis,  
Vestigal inssus pendet crudele vicissim.

3 Tum tu chara Deo magni soboles Iacob,

Seruitij vinclis exuta, metuque tyranni,

Cum Solymos olim longo non tempore visos,

Et patriam, patriam iam libera facta tenebis,

Chaldaei reputans fatum miserabile regis,

4 Præteritos tali solabere carmine casus:

En quò denenit tanti modo nominis ille

Terrarum metus, & popularum terror, & horror?

Quàm subito euersas tabulas, fractamque repenti

Fisci exactoris feralem vidimus hastam?

5 Scilicet indomiti contriuit sceptrum tyranni

Bellipotens Deus, & fasces virgisque minaces;

6 Libera seruili tundentes verbere terga,

Fregit & insontum strictas in colla secures.

7 Interea terras pax leta secuta per omnes,

Securo retulit tranquilla silentia mundo,

Postquam tu miserande iaces; iam pinus, & vlmus,

Iamque abies siluis crescit quæ plurima nostris,

Et Libani natæ frondoso in vertice cedri

Celsus assurgunt, lætisque per aëra ramos

Expandunt, ex quo tibi lumina ferreus urget

Somnus, & aternam recubas Phlegetonte sepultus.

9 Quinetiam, dum teloca nocte silentia functum

Excipient, & nigra palus Acherontè refuso

Absciderit reditum, vasto rex Plutus ab antro

Proferet os, conchamque inflans lugubre sonantem;

Signa canet: venient exciti ad signa gigantes,

Occurrētque tibi regesque, ducisque tyrannique

Horribiles quondam populus, dum vita manebat;

Nunc umbra tantum, & tenues sine corpore vitæ.

10 Vtq; procul cernent pauitantem, & dira trementem

Supplicia, vno omnes his vocibus ore laceffent:

Venisti tandem, tuaque intoleranda Tonanti

Impietas huc nostra sequi vestigia insit,

Durum iter: ecce iaces lethali saucius icter,

11 Tèque eadem quæ nos tenet irremediabilis vnda,

Dix, o dic, quo vana tui fiducia tantis.

Sib' horum  
nominum ar-  
bitribus intel-  
ligit reges &  
principes  
quos rex Ba-  
bylonicus  
bello perfe-  
quebatur.  
Elegans fi-  
ctio poetica,  
quam etiam  
hic agnoscit  
diuus Hiero-  
nymus.

3 Et erit in die illa cū  
requiem dederit tibi  
Dominus à labore  
tuo, & à concussionē  
dura, & à seruitute tua  
qua seruisti;

4 Sumes parabolam  
istam contra regem  
Babylonis; & dices:  
Quomodo cessauit  
exactor, qui uicit tri-  
butum?

5 Contriuit Dominus  
baculum impiorum,  
virgam dominantium.  
6 Cadentem populos  
in indignatione pla-  
ga insanabili, subiici-  
entem in furore gen-  
tes, & persequentem  
crudeliter.

7 Cōquieuit & sinit  
omnis terra, gaudia est  
& exultauit.

8 Abietes quoque læ-  
tate sunt super te &  
cedri Libani; Ex quo  
dormisti non est qui  
succidat nos.

9 Infernus subter te  
conurbatus est, in oc-  
cursum aduenus tui  
fufcitauit tibi gigantes.  
Omnes principes ter-  
ræ surrexerunt de fo-  
lis suis, omnes prin-  
cipes nationum.

10 Vniuersi respon-  
debant & dicent tibi:  
Vulneratus es sicut &  
nos, & nostri similes  
effectus es:

11 Detracta est ad in-  
feros superbia tua:  
Cōcidit cadaver tuū,  
subter te sternetur ti-  
nea, & opertimentum  
tuum erunt vermes.

Præsi-

*Præsidis opibus modo subnixæ recessit:  
Nempe iacet manes subito demersa sub imos.  
Fœtidus ossa cinis tua sunt, graue-olensq; cadauer  
Allambunt vermes, animam felice piorum  
Sede procul pulsam styx interfusa cœrcet.*

12 Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui vulnerabas gētes?

13 Qui dicebas in corde tuo: In caelum ascendam: super astra Dei exaltabo solium meum, & sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.

14 Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.

15 Verumtamen detraheris in fundum lacu.

16 Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teq; prospiciet: Nunquid iste est vir qui cōturbavit terram, qui concussit regna?

17 Qui posuit orbem defertū, & vrbes eius destruxit, & vinētis nō aperuit carcerem.

18 Omnes reges gentiū vniuersi dormierunt in gloria, in domo sua:

12 *O quàm præcipiti detrusus ad infima salu,  
Amissum frustra lugebis Phosphore calum?  
Phosphore Phæbeo quondam speciosior ortu,  
Ecce iaces terra illisus qui gentibus horror  
Nuper eras, ferrōque ignique impune per omnem  
Debaccharis nulli non noxius orbem.*

13 *Tu-ne etiam in superos immania sepius ausus,  
Hæc tecum tacito demens sub corde sonabas?  
Terra mihi fors an fuerit satis hæctenus: at nunc,  
Nūc quoq; stelliferū (quis enim prohibebit) olympum  
Propugnante Deo frustra conscendere certum est,  
Et solium super astra meum radiosa locare.  
Monte sacro residere placet, qua parte serenus  
Flat Boreas, qua parte caput per nubila celsum  
Porrigit, & longè montes supereminet omnes:*

14 *Hic ubi sacra mihi statuam instauranda quotannis,  
Pârque Deo (si non maior) terrâsq; fretūmq;  
Et calum, regni consors utriusque, tenebo.*

15 *Talia iactantem frustra, vanâsq; vomentem  
Ore minas Deus arripuit, dextraque rotatum,  
Misit ad infernas tormento fortius undas.*

16 *Fama tui casus: infelicissime rerum,  
Finitimas vrbes monstri nouitate mouebit:  
At quibus id coram dabitur vidisse, stupebunt  
Attoniti, penitūsq; oculis in tartara fixis,  
Quoque iaces merisus fundōque volutus in imo,  
Inclinabundi aspicient, ac talia dicent:*

*Te-ne igitur talem aspiciamus? tu barbarus ille  
Terrarum prædo? quantum mutatus ab illo,*

17 *Quem debellatus, quacunque extenditur orbis  
Et deleta vrbes, concussâque regna tremebant  
Victorem? tu-ne ille ducum qui captâ trahebas  
Colla superborum? & longo pædore necabas?  
Et calum viuus, & terram morte solutis  
Demebas frustra? nec enim caruere sepulchri*

*Supremo (quanquam velles) communis honore:  
Sed patriis positi tumulis in pace quiescunt,  
Nec morte indecores, nec vita fonte notati.*

Mōtem hunc intelligit interpretes templum Hierosolymitanū, vbi Nabuchodonosor voluit adorari.

At te

Tradunt Hebraei, filium Nabuchodonosoris, Euilmerodacum nomine, quō Chalæis fidem ficeret, eum fato concessisse, eius cadaver in ducentas partes diuisisse, & totidem auiibus dedisse deuorandas.

19 *At te hominū, diuinūq; odiū, nec terra, nec vnda,  
Nec caelum commune sinu post fata fouebit;  
Sed veluti trunci deformis inutile lignum,  
Proiciere feris fœtente effossus ab vrna.*

*Hoc hæres tuus, hoc funesto pignore regnum  
Asseret ambiguū natus, populisq; cadauer  
Ostendet tabo fluidum, mox plurima sectum  
Ieiunis auiibus tradet per frustra vorandum.*

*At dispersa tuo per campos funera iussu  
Colliget, & lectis terram super osibus altam  
Iniiciet: tua confortem cum plebe sepulchri  
Non habitura locum, miluique aquilæq; vorabunt.  
Iure quidem: nam te, scelere vno eodēmq; tuūmq;  
Infelix genus, & populum patriamque patrēsq;  
Extinxi, ô miseris, caput horum & causa malorum.  
Heu stirpem inuisam, nomēque genūsq; pudēdum,  
Postera te nunquam celebrabunt secula, nunquam  
Fama loquetur anus, sed edax obliuio fastis  
Eximet, & memori penitus deradet ab æuo.*

21 *At vos victores, teneris ne parcite natis,  
Sed rapite ad cadem, patrum peccata suorum  
Morte soluturos, namque hos adulescere diuinū  
Fata vetant; nec enim patrimonia auita tenebunt,  
Nec patrias implebunt successoribus vrbes.*

22 *Surgam ego (ait Dominus) qui iusta motus ab ira  
Bella manu lethumq; gero: Surgam (inquit) & illud  
O Babylon toto orbe tuum memorabile nomen  
Funditus euulsum terris abolebo, tuâsq;  
Reliquias ducens victrices ipse cateruas  
Persequar, & tota gentem cum stirpe necabo,  
Ne possit generis lapsi sarcire ruinas.*

23 *Ipsam autem sedem, qua nunc turrata superbit,  
Magnorum ostentans aurata palatia regum,  
Spinosis hirtus setis habitabit echinus;  
Multaque præterea variarum monstra ferarum.  
Cætera, non hominum vestigia, non animantum  
Admittent, sed nigra palus, innabile cœnum  
Mole superfusa pigrarum voluet aquarum.  
Planitiesque omnis demersa liquecet in undas,  
Nec fulicis celebres, mergis nec edacibus aptas.  
His ego te, Babylon, meritam grauiora, piabo  
Supplicis, totâmq; ruam, verrâmq; per aurâs.*

24 *Quoque minus dubites, cladisq; hæc signa futura  
Certa*

19 Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis: pollutus & obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta lacu quasi cadaver putridum.

20 Non habebis confortium neq; cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, & populū tuū occidisti. Non vocabitur in æternum lemmen pessimorum.

21 Preparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum: non consurgent neque hereditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatū.

22 Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum: & perdat Babylonis nomen, & reliquias & germē & progeniem, dicit Dominus.

23 Et ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam terens scopâ, dicit Dominus exercituum.

24 Iurauit Dominus exercituum dicens: Si non vt putauit ita erit: & quomodo mente tractauit,

K

Certa scias vero prædici numinis ore,  
 Assyrius Solymas qui nunc circumsidet arces,  
 Ibit in exemplum, de quo memorabile pœna  
 Molutur genus armipotens sic fatus ab alto:  
 Per me, pèrque meum nulli violabile numen  
 Iuravi, faciámque ratum quod mente peregi  
 Præcepique mea: non sim Deus, & mea posthac  
 Sacra colat nemo, templis-ve imponat honorem,  
 Si non Assyrium hunc urbi temploque minantem  
 Excidium crudele meo, vanisque tumentem  
 Viribus, hoc ipso quem castris occupat agro,  
 Hisque suburbanis, quos undique milite clausit  
 Montibus, ingenti prostratum clade, cruentis  
 Calcaro biungis, infectaque sanguine rura  
 Corporibus, galeisque virum constrauero, & armis,  
 Seruilibusque meos exemero compede ciues.  
 Talibus exemplis, gentes quacunque rebellem  
 Induerint animum, vel si coniuret in unum  
 Terra omnis, certum est vlciscier: hæc mihi fixa  
 Est, & erit semper, semperque immota voluntas.  
 Quis reuocare manum extentam, quis flectere iussa  
 Audeat, aut possit decreta infringere nostra?  
 Hac super Assyrio, super & Babylone canebam,  
 Non falsus vates, quo tempore mortuus Achaus,  
 Imperium nato sceptrumque reliquit habendum.  
 At tu mutatum frustra latabere regem  
 Allophylæa nurus, spes cerè pascis inanes,  
 Si cecidisse tuum dormitorem hoc funere credis.  
 Exorietur enim colubri huius ab osibus vltor  
 Regulus, haud tantum natis, vestrisque timendus  
 Coniugibus, sed & ipsi etiam per inane volantum  
 Alituum generi: non si ardua præpete penna  
 Astra sequi tentes, dirum os euadere possis,  
 Afflatu pollem auras corrumpere solo.  
 Tum sua Iudæus tutò seret arua colonus,  
 Securisque metet, quas non ingratus abundè  
 Reddet ager segetes, placidæque in pace recondet,  
 Depulsoꝝ famis paupertatisque timore,  
 Instituet dulces epulas, fusuque per herbam,  
 Cum natis, cum coniugibus, vernisque redemptis,  
 Te miserorum hominum protectorumque parentem  
 Læta voce canet, Deus ô sator optime rerum,  
 Quod procul hoste siti, sola nostra audacter aramus,  
 Quod

25 ita eueniet: Vt cõ-  
 tetam Assyrii in ter-  
 ra mea, & in monti-  
 bus meis conculcem  
 eum: & auferetur ab  
 eis iugum illorum, &  
 onus illius ab humero  
 illorum tolletur.

26 Hoc consiliũ quod  
 cogitavi super omnẽ  
 terram, & hæc est ma-  
 nus extẽta super vni-  
 uersas gentes.

27 Dominus exerci-  
 tuum decreuit, & quis  
 poterit infirmare? Et  
 manus eius extenta, &  
 quis auertet eam?

28 In anno quo mor-  
 tuus est Achaz, factũ  
 est onus istud.

29 Ne læteris Philis-  
 tæa omnis tu, quonia  
 cominuta est virga  
 percussoris tui. De ra-  
 dice enim colubri e-  
 grediatur regulus, &  
 semen eius absorbens  
 volucrum.

30 Et pascetur pri-  
 mogeniti pauperum,  
 & pauperes fiducia-  
 ter requiescent, & in-  
 terire faciam in fame  
 radicem tuam, & reli-  
 quias tuas interficiã.

Achaz mo-  
 riens regnum  
 filio Hefechig  
 reliquit.

Nabo & Me-  
 daba nobiles  
 ciuitates Moa-  
 bitarum.  
 In Nabo ido-  
 lum Chamus  
 consecratum  
 erat, quod  
 Beelshigor in  
 scriptura no-  
 minatur.

Rasura apud  
 veteres etiam  
 ethnicos, sym-  
 bolum vultus.  
 Vide Europi-  
 dum in Alce-  
 stæte.

Quod lati metimus, quod tuti condimus, istud  
 Munus opusque tuum est: te nos authore paratis  
 Vitimur & frumur. At te, & genus omne tuorum,  
 Barbare, dira fames, & iners vastabit egestas,  
 Reliquiasque fames quas non exhanserit, ensis  
 Absumet: <sup>31</sup> plorate vagi per compita ciues,  
 Dicite cum gemitu, & femineo ululatu:  
 Ecce Philistæi prostrata est gloria regni.  
 Namque vides vstis vt fumus ab urbibus exit,  
 Fumus ab aduerso in nubes Aquilone volutus,  
 Nilque intactum ignis, complexus cuncta, reliquit.  
<sup>32</sup> Ite Palestini, migrate, nonasque subinde  
 Exilia exiliis mutantem querite sedes,  
 Obuius & si quis vos fortè rogauerit hospes,  
 Cur vestri Solyma cecidere super site muri,  
 Dicite, (nam miseris etiam fas dicere verum)  
 Nempe Dei fundata Sion seruatæque dextra,  
 Spemque fidemque suam non frustra credidit illi,  
 Quo duce perpeius mansura est sospes in annos.  
 Vos quoque pars Arabis fortunatissima regni,  
 Pœna, Moabita, factis manet aqua nefandis.  
 Nocte repentino ruet expugnata tumultu,  
 Illa, illa Arepolis, murus tutelæque vestri  
 Et caput imperij, vigilique tacente, nec vllas  
 Insidias hostis perferentente dolosi,  
 Somno sopitam victor peruadet in arcem.  
 Quæ fuga, quæ rerum trepidatio, quis vagus ille  
 Palantis populi montes concursus ad altos?  
 Heu miseri frustra fugitis Dibonis ad urbem,  
 Nequicquam ad Medabem cum femineo ploratu  
 Sacrificamque Nabem planctus geminatis inanes,  
 Hic ubi templa nouo surgunt de marmore centum,  
 Centum fumantes ara, totidemque ministri  
 Vota Chamo faciunt vestro, pacemque cruore  
 Nequicquam fuso exquirunt: non ille supremum  
 Imperio excidium, urbi ignem, murisque ruinam,  
 Non ferrum potis est iugulis auertere vestris,  
 Olim truncus iners, nunc fabra factus ab arte  
 Fædum & semifero signum mirabile rictu.  
 Per fora discinctæ current, per compita matres,  
 Crinibus heu matres rasis, innuptæque tonsis  
 Virgo comis, sexum metus, etatemque periculum  
 Confundet, fugient quamquam tardante senectæ

31 Ulula porta, clama  
 ciuias. Prostrata est  
 Philistæa omnis. Ab  
 Aquilone enim ve-  
 niunt fumus, & non est  
 qui effugiat agmen  
 ciue.

32 Et quid responde-  
 bitur nunciis gentis?  
 Quia Dominus fun-  
 dauit Sion, & in ipso  
 sperabunt pauperes  
 populi eius.

Cap. 15.

1 Onus Moab. Quia  
 nocte vastata est, Ar  
 Moab conticuit: Quia  
 nocte vastatus est mu-  
 rus, Moab conticuit.

2 Ascendit domus &  
 Dibon ad excessu in  
 planctum, super Na-  
 bo & Medaba Moab  
 ululabit. In cunctis  
 capitibus caluitiũ, &  
 omnis barba radetur.



Longæui patres, & pectus ad usque fluentem  
Canitiem, mento (visu mirabile) vellent.

<sup>3</sup> In triuis eius accin-  
cti sunt sacco: super  
tecta eius & in pla-  
rcis eius omnis vlulatus descendet ad  
fletum.

<sup>3</sup> Publicus attonita luctus resonabit in vrbe:  
Hos triuis, illos mediis vlulare plateis  
Accinctos sacco, & turpantes puluere vultus  
Cernere erit, pars tecta metu sublimia scandet,  
Pars cellis gemitum committere credet, & aniris  
Tutius, & fletura specus descendet ad imos.  
Nunc hoc, nunc illud dubiis, aliudque sedebit,  
Aut que tuta petant, aut que suspecta relinquunt.

<sup>3</sup> Quippe ubi supremis urgemur cladibus, omne  
<sup>3</sup> Consilium frustra est, praecepta trahit omnia casus.

<sup>4</sup> Clamabit Efebon &  
Eleale, usque Iasa au-  
dita est vox eorum.  
Super hoc expediri  
Moab vlulabit: ani-  
ma eius vlulabit sibi.

<sup>4</sup> At vero Eleale populis opibusque superba,  
Et Cereris, Bacchi que ferax Efebusa, suorum  
Conspersa lacrymis, qua non extrema tulere?  
Quas non irato iactarunt aethere voces?  
Audiit horrendos planctus lamentaque Iase  
Cultor littorea, iugaque intremuere remota:  
Ipse animum abiectis despondens turpiter armis  
Miles, & in lacrymas muliebri more solutus,  
Commisissas arces, & credita claustra relinquet.

<sup>5</sup> Cor meum ad Moab  
clamabit. Vectes eius  
usque ad Segor vitula  
conternantur. Per ascē-  
sum enim Luith flens  
ascēdet, & in via Oronaim  
clamorem con-  
tritionis leuabunt.

Quis tum animus turba imbelli, qua spes ve salutis?  
<sup>5</sup> Certè ego, quamquã hostis populi, ritusque sequentis  
Diuersos, nostraque etiam-num cade calentis  
Fata canam, lacrymas nequeo cohibere fluentes.  
Inuitis miserande Moab tua funera praesens  
Prosequor exsequis: dum quanta clade futurum  
Vt pereas, longè ante diem praesagio vates.  
Non procul ille dies, cum vectibus impete ruptis  
Horrisco, & regni claustris hinc inde refractis,  
Tota Moabitis victoribus ora patebit.  
Fimibus à citimis, florentis ad usque Segorra  
Maenia, qua veluti letos equa trima per agros  
Luxuriat modo, & exultim ludique salitque,  
Mox pubem fletura suam, florè que iuuenta  
Hostili gladio, prima à radice recisum.

Quam grauis ascensu captis, quam durus & asper  
Callis erit, iuga qui surgente Luytica clino,  
Et montes aperit saxosos, vnde sequestro  
Vertice, dextrorsum Assyriam, leuà que Moabi  
Ostentat regnum speculis Oronais ab aliis?  
Quis gemitus, quis clamor erit iuueniumque senumque,  
Cum paruo flexi circumacta luminis, illinc

Cernere

Efebò & Elea-  
le ciuitates  
sunt prouin-  
ciae Moabiti-  
ca. Iasa oppi-  
dum, quod mari  
mortuo im-  
minet, termi-  
nus Moabita-  
rum.

Cernere erit dominas vrbes, hinc indice fumo

<sup>6</sup> Collapsam in cineres patriam, versosque penates,  
Nemridaque excisam, fontesque & flumina sicca,  
Et latos herbis campos, & florida prata  
Consumpto penitus emarcida facta virore?

<sup>7</sup> Non erit infandis vindicta remissior ausis,  
Adueniet pede non claudo par pœna furori:  
Namque illos, versis victrix Babylonia fatis,  
Immani ferrì sub pondere colla grauat  
Instar agent pecudum, per difficiles conualles,  
Quas multus torrens, & circum densa salicta,  
Et limosus ager, tristisque vligine plenus  
Impediet, fundoque palus suspecta latente.

<sup>8</sup> Hic gemitus renouare suos, hic sidera rursum  
Vocibus insanis, non auditura ferire,  
Horrissonus clamor fines peruadet in omnes,  
Nulla expers cladis regio: mœstissima flebit  
Gallis equum domitrix, vlulabit maxima frugum.  
Mater Elis, ducique suos lugebit agrestes,  
Et fodere, & sulcis doctos immittere fontes.

<sup>9</sup> At tu vndas Dymon, Dymon ingrata Tonanti,  
Que te praeingunt, miraberis ire cruentas:  
Hac ego lege tuis, Deus ipse, miserrima Dymon.  
Fata cano exulibus. damnata si noua forte  
Tecta solo reparent, tristi fortuna renascens  
Alite, clade noua te rursum adobruet: & si  
Bis vastata, eademque bis instaurata resurgas,  
Vindice me, quem terra tremis, calumque fretumque,  
Expugnata cades toties, totiesque peremptum  
Capta virum coniux, & pignora casa dolebit.  
Atque adèd, ne quis rediuias ponere sedes

Cap. 16. Audeat hic, saeuos deuota per arua leones

Immittam, qui cuncta vorant, vastentque ruantque,  
Vade Moab, tempus poscit (nam plena reliquit

Prædator stabula Assyrius) pactosque tributis  
Nominè, pro vita, pro libertate redempta

Coge agnos, dominoque tuo centena repende  
Isacidum Regi lactantes millia fetus.

Hunc numerum Petrae Arabes, (ni fallor) abundè  
Sufficiant, serua pactas ex fœdere leges,

Si potis es, gregibusque datis, missisque Siona,  
Solue fidem dubiam, & te fœdis fragi exime probro.

<sup>2</sup> Ne facias, audum prouidit cautior hostis,

K 3 Namque

Nemrim oppi-  
dum est su-  
pra mare i-  
mortuum.

<sup>6</sup> Aquæ enim Nem-  
rim deserta erunt, quia  
aruit herba, defecit  
germen, omnis viror  
interiit  
<sup>7</sup> Secundum magni-  
tudinem operis & vi-  
sificatio eorum: ad tor-  
rentem salicum du-  
cent eos.

<sup>8</sup> Quoniam circuibit  
clamor terminum  
Moab: usque ab Gal-  
lim vlulatus eius usque  
ad puteum Elim cla-  
mor eius.

<sup>9</sup> Quia aquæ Dymon  
repletæ sunt sanguine:  
ponam enim super  
Dymon additamētum:  
his qui fugerint de  
Moab, leonem, & re-  
liquis terræ.

Cap. 16.

<sup>1</sup> Emitte agnum Do-  
mine dominatorem  
terræ de Petra deserti:  
ad montem filiae Sion.

<sup>2</sup> Et erit: sicut auis fu-  
giens, & pulli de nido  
anulantes: sic erunt  
filiae Moab in trans-  
fensu Arnon.

Namque tuas populator opes, prædãque sub hasta,  
 Seu pecus hæc fuerat, seu libera corpora, certis  
 Addixit dominis, sua quemlibet, ut cecidit sors,  
 Fecit herum, quem turba sequi captiua iubetur:  
 Scilicet ista grauis discessio fiet, auaris  
 Armonis in ripis, teneramque à matre puellam  
 Diuidet, & patri natum uxori que maritum  
 Eripiet. qualis tempestas cum furit ingens,  
 Implumes nido pullos, fugiente parente  
 Abripit, & raptos Notus huc disturbat & illuc,  
 Nequicquam infirmis plaudentes aëra pennis.

3 Ini consilium, coge  
 consilium. Pone quasi  
 noctem umbrã tuam  
 in meridie. Absconde  
 fugientes, & vagos ac  
 prodas.

Disce igitur fati iam non ignare futuri,  
 Disce, nisi ferus es, miseris succurrere tandem.  
 Respice te, casusque tuos instare tremisce,  
 Accipe consilium, nec vera monentibus aures  
 Obstrue. Si quondam cum te tua fata merentem  
 Urgebunt, aliquam meritò sperare salutem  
 Possè cupis, miserorum hominum miserare vicissimam  
 Fortunam, inque vicem misere scere discite vestri.

4 Habitabunt apud te  
 profugi mei Moab:  
 esto latibulum eorum  
 à facie vastatoris. Fi-  
 nitus est enim puluis,  
 & consummatus est  
 miser, defecit qui cõ-  
 calcabat terram.

Ecce umbram, tutumque petit Iudæa latebris  
 Fessa locum, ne claude sinum crudelis auarum,  
 Ast umbra noctis que caua sub nube receptos  
 Occule, Barbaricus donec deferueat æstus,  
 Depositum neu prode tuum, sed fida penes te  
 Sit profugis mora parua meis, tuaq; latebra.  
 Nec te ceptantem facinus memorabile, vano  
 Barbarus iste metu versum deterreat hostis:  
 Nam veluti puluis vento raptatus in auras,  
 Vanescet subito, consumptus vindicis ira,  
 Vixque superstes erit de tot modo millibus vnus,  
 Terra quibus calcata nequit satis esse, suorum  
 Funera qui patriis miseranda renunciet oris.

5 Et preparabitur in  
 misericordia solium:  
 & sedebit super eum  
 in veritate in taber-  
 naculo Dauid. Iudi-  
 cans & querens iudi-  
 cium, & velociter redi-  
 des quod iustum est.  
 6 Audiuimus super-  
 biam Moab: superbus  
 est valde. Superbia ei-  
 us, & arrogantia eius,  
 & indignatio eius,  
 plus quam fortitudo  
 eius.

At regni sceptrum Hebræi sellamque beatam,  
 Quam pede iurarat miles calcare prophanus,  
 Restituet Deus armipotens, miseratus ab alto  
 Isacidum gentem, præscioque reponet honori  
 Legitimus puer hic, nullaque euectus in altum  
 Ambitione locum, proauit a sede sedebit,  
 Davidis genus ipse, senique simillimus ipsi,  
 Os, animum, atque fidem, populis in pace regendis.  
 Vix est, ut pectus liuens, tumidumque veneno,  
 Consilium sanum admittat, monitumque salubres.  
 Si petis exemplum, non longè exempla petentur,

Nota

Hæc ad Eze-  
 chiam refe-  
 runt pieque,  
 quæ ad Chri-  
 stum etiam  
 possunt perti-  
 nere.

Nota superque satis, fandoque audita Moabi  
 Sæuities, & qua sine more superbia turget,  
 Supra homines, supraque Deos: sed quicquid inani  
 Voce sonoque crepat, terris iratus & astris,  
 Nil solidum tinnit, nil firmo robore fultum:  
 Ille quidem magnum spiratque sonatque, sed intus  
 Aut nihil aut minimum certe polletque potestque,  
 Distentis similis quos spiritus viribus inflat,  
 Quos, si quis leuiter pungat, redduntur inanes.

Ergo leui cadet impulsu, nec differet ultra  
 Vindictam Dominus, sed fastum, & torua minacis  
 Signa supercilij, pallentia vertet in ora,  
 Liuentisque genas, suffusaque lumina fletu.  
 Quos referat querulis plenas ululatus vrbes?  
 Quos patres, matresq; vaga, quos innuba virgo,  
 Colla comasque sinens tremulis iactarier auris,  
 Alter in alterius pectusque sinumque refundent.

Ite viatores, celerique per auia cursis  
 Fulminei victoris iter praeuertite, & illis  
 Qui coctos lateres lentoque bitumine iunctos,  
 Cementoque graues moles, fossasque profundas:  
 Hostibus opponunt, hæc tristia nuncia ferte:  
 Ecce suburbanis Esebusa barbarus ignes  
 Delicis miles, Sabamaq; immisit auaros,  
 Viti ferosque manu colles, ferroque proteruus:  
 Funditus excidit victor, populatus odora  
 Latam olea, latam Baccho crudeliter oram.  
 Et tenera matres cum prole, flagellaque, & ipsas  
 Malleolos, passim huc calcatas sparsit & illuc:  
 Teque Iasera potens, (monumentum triste furoris  
 Supremumque sui) cursu subuerit eodem,  
 Vnde cruore satur, transmissa flumine, præadam:  
 Rettulit ingerentem, cum sospite milite sospes.

Proflumina,  
 textus habet  
 mare: quod  
 non raro pro  
 quouis fluuio  
 apud propheta-  
 as ponitur.

Quam iuuat hic, adeoque iuuat tua funera Iasera,  
 Turrata ô Iasera, præscioque colonia Gadi,  
 Viti feris que tuam Sabame celeberrima siluis  
 Deplorare vicem? lacrymas Esebusa fluentes,  
 Tuque parens frugum Eleale, ne spernite vatis,  
 Quas ego funereo vobis cum carmine libo.

O miseris, quibus inter opus, gratumque laborem,  
 Dum plenis mitem vindemia cordibus uiam  
 Calcandam præ alis rubeum spumantibus infert,  
 Vni que nigra fluunt lacubus gaudente magistro,

7 Idcirco ululabit  
 Moab ad Moab, vn-  
 uersus ululabit. His  
 qui latantur super mu-  
 ros cocti lateris, loqui-  
 mini plagas suas.

8 Quoniam suburba-  
 na Esebon deserta  
 sunt, & vineam Saba-  
 ma domini gentium:  
 exciderunt: flagella  
 eius usque ad Iazer:  
 peruenerunt in deserto:  
 propages eius relictae  
 sunt: trasserunt mare.

9 Super hoc plorabo  
 in fletu Iazer vineam  
 Sabama. Inebriabo te  
 lacryma mea Esebon:  
 & Eleale. Quoniam  
 super vindemiam tuam  
 & messem tuam vos  
 calcantium intuit.

Et

Et letis cantante bonum prouentibus annum,  
 Dumque per æstatem, segetes robustaque farra  
 Prosterunt rapidis messoribus vsti,  
 Et superaturas expectant horrea messes,  
 Heu malè præuisus supra caput irruet hostis,  
 Tela manu, flammâsque gerês. <sup>10</sup> Quàm versa repète  
 Omnia! Carmelo quæ nuper gleba feraci  
 Certabat, dulcique suos in pace colonos  
 Carminibus frugum viniq; vocare datorem,  
 Et gyro choreas deducere lata videbat,  
 Obstupuit subito, viso prædone, simulque  
 Conticuit buxus, vocemque inflata repressit  
 Tibia, præcipitiq; fuga vindemitor altos  
 Proripuit sese in calles, & præla reliquit,  
 Haud vnquam latum dicturus, ut antea, carmen.  
<sup>11</sup> Quas ego cum clades, venturâque fata renouo,  
 Corintus trepidat, commotâque viscera magno  
 Insolitâque micant motu, lugubrèque quiddam, &  
 Triste fremunt: doleo, doleo (mibi crede) tot olim  
 Casuras vrbes, tot cocto mœnia saxo  
 Condita, barbaricis non suffectura lacertis.  
<sup>12</sup> Non votis onerare Deos, non thuribus aras  
 Profuerit suffire nouis, non edita magno  
 Templa labore sequi, præuertet inutile velox  
 Officium victor, mediòque in limine templi  
 Sacrificos ante ora Deum mactabit inertes.  
<sup>13</sup> Fatorum hac summa est periture Moabe tuorum.  
 Nec tibi mendaci credas ab aruspice dictum:  
<sup>14</sup> Nam Deus, hac dudum fatus Deus, irrita nūquam  
 Esse sinet: quòque addubites minus, en tibi certus  
 Author adest, nostròque eadem denuntiat ore:  
 Tu memori iussus, quæ profero, mente teneto.  
 Quartus ab hoc, gens infelix, tibi fatifer annus,  
 Nam tres indulsit tantum tibi Parca Decembres,  
 Parca seuera dies numerans, & tempora signans,  
 Ut qui debet opus certa mercede diurnum:  
 Nomen, & illustrem qua tangis sidera famam  
 Expunget, memoriq; tuum deradet ab ævo  
 Et decus, & titulos: populus qui littoris Afri  
 Par fabulo est, mox nullus erit, similisque relictis  
 Qui, quamuis avidas, fallunt quandoque legentum  
 Dextras atque oculos, decerpta vite, racemis.

<sup>10</sup> Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit: vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueverat; vocem calcantium abstulit.

<sup>11</sup> Super hoc venter meus ad Moab quasi cythara fonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris.

<sup>12</sup> Et erit: cum apparuerit quod laborauit Moab super excelsis, ingredietur ad sancta ut obsecret, & non valebit.

<sup>13</sup> Hoc verbū quod locutus est Dominus ad Moab extunc.

<sup>14</sup> Et nunc locutus est dicens: In tribus annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo. Et relinquetur in eo sicut racemus paruus & modicus nequaquam multus.

Epilogus eorum quæ dicta sunt à capite decimo quinto.

Vititur infra eadem comparatione.

T<sup>16</sup>

Cap. 17. <sup>1</sup> Tu quoq; tam facilis (quâquam sine crimine nostro)  
 Vndique delectas in nos armare cohortes,  
 Hostibus & nostris socias coniungere vires,  
 Non impune ferēs fatis deuota Damasco:  
 Namque dies feralis adest, quo corruet illa  
 Deliciarum altrix, luxûsque magistra profundî,  
 Non vrbs, sed lapidum, & camenti informis aceruus.  
<sup>2</sup> Tum quascunque vides spatioso Aroëris in agro  
 Turrigeras arces, pubenti pascuus herba  
 Collis erunt, campûsque virens, ubi sæpe per arua  
 Incustodita ludent pecorosa bidentes.  
<sup>3</sup> Tum nihil externos sociali fœdere reges,  
 Profuerit iunxisse tibi, miser Ephremita:  
 Euerisa quid enim sperare licebit ab vrbe?  
 Ipsa suo cedit regno Syriâque Damascus,  
 Degenerique gerens immania vincula collo,  
 Et vultum tristi suffusum puluere turpem,  
 Seruitij iugum idem (nam sic decreuit ab alto  
 Bellipotens Deus,) inuita ceruice subibit,  
 Cui prius indecores humeros submiserat ille  
 Egregia Israël fama super athera notus.  
<sup>4</sup> Ergo sub Syria tumulo, bustòque Damasci,  
 Iam prorsus nulla, aut tenuis cineractaque gentis  
 Gloria Iudæa mutos petet obruta manes:  
 Pinguiâque, & validas quondam iactantia vires  
 Corpora, funus idem, atque idem populabitur ignis,  
 Iamdudum longis contabescencia morbis.  
<sup>5</sup> Quàm paucas post se messor Raphaenus aristas,  
 Dum sternit segetes & farrea demetit arua,  
 Præterit ignauis sequi-tantum è plebe legendas,  
<sup>6</sup> Quàmque ferè nullas attentus vinitor vinas  
 Lecta sagax oculis lustrans, & omissa retractans;  
 Quàm pauca excussa superant ex arbore bacca,  
 Quas anus ad varios non prodiga colligit vsus,  
 Húcque illucq; oleam exagitât, furcâque bicorni  
 Deicit à summo pendentem vertice fructum,  
 Et si quo nequirit peringere pertica, quinque  
 Tres-ve minus-ve manent, agrè mussansq; recedit:  
 Tam raros, numeròque etiam Samara minore,  
 Orba, suos ciues (sic fata vlticia poscunt)  
 Flebit ab Assyrio deuastatore relictos.  
<sup>7</sup> Felices ter relliquias, queis lumen ab alto  
 Aethere diffusum, tenebras dissoluēt opacas,

Aroë vastitatem & folitudinē significat. & ita autem nomen regionis in Syria.

Ephraim accipitur hic pro decem tribubus.

Ironice accipiendum, vterque voluit omnes interpretes.

De decem tribubus hæc rursum intelligenda.

Raphaim valis late patens & fertilissima. Sunt autem hic tres egregiæ similitudines à re rustica desumptæ.

Samaritam incolebat decem tribus.

Cap. 17.

<sup>1</sup> Onus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina.

<sup>2</sup> Derelictæ ciuitates Aroë gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui extereat,

<sup>3</sup> Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco. Et reliquæ Syriæ sicut gloria filiorum Israël erunt: dicit Dominus exercituum.

<sup>4</sup> Et erit in die illa: Attenuabitur gloria Iacob: & pingues carnes eius emarcescent.

<sup>5</sup> Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget, & erit sicut quærens spicas in valle Raphaïm.

<sup>6</sup> Et relinquetur in eo sicut racemus: & sicut excussio oleæ duarum aut triū oliuarum in summitate rami: siue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dominus Deus Israël.

<sup>7</sup> In die illa inclinabitur homo ad factorem suū, & oculi eius ad sanctum Israël respicient.

L

Mon-

Monstrabitque Deum: sordebunt protinus arae

8 Et non inclinabitur ad altaria quae fecerit manus eius & quae operanti suat digiti eius: non respiciet lucos & delubra.

9 In die illa erunt civitates fortitudinis derelictae, sicut aratra & fegetes quae derelictae sunt a facie filiorum Israel, & erit deserta.

10 Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantatione fidelem, & germen alienum seminabis.

11 In die plantationis tuae lebrusca, & mane semen tuum florebit: ablata est messis in die hereditatis, & dolabit graviter.

12 Vae populorum multitudini ut multitudo maris sonantis, & tumulus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum.

Beibelides, mutique cadent altaria Dani. Mox iter ad Solymos angustaque templa capessent, Sanctus ubi colitur Deus, in quem sponte tueri Gaudebunt iusti, rectos ad sidera vultus Tollentes, duosque suos, ignobile plasta Figmentum, pede calcabunt, lucosque relinquent.

Qualis Amorreae quondam trepidatio gentis, Et fuga faeda fuit per agros, perque oppida, & vrbes, Dum messem ille metu infectam, duru aliter aratrum Semiruto fugiens ad montes linqueret aruo: Cum populus rubri domitor maris, & superatis Desertis Arabum, torrentis more, patentes Formidabile per campos diffunderet agmen, Obuia cuncta fugans, sternensque ferensque ruensq: Non minor Assyrio clades impendet ab hoste Infelix Samara tibi, cui nulla resistent Maenia, congestis nec propugnacula densis Aggeribus, cedent vrbes, campestria cedent Oppida, fumiferos omnis plaga sidet in ignes.

Hac adeo ex illo tibi debita tempore crede, Quando oblita Deum, seruo duce, perfida sacris Descisti patriis, ritusque secuta prophanos, Et semper surda ad monitus, & sponte reluctans, Nunquam inducti animu, semel ut respicere velles, Et meminisse Dei, cuius ope praesidioque Haecenus incolumis, sospesq:, & salua stetisti.

Ergo terra tuo non responsura labori Deposita fallat, semenque fidele, vel imbre Corruptum nimio, nimis vel solibus vstum, Agricola miseri votum, & spem ludat inanem. Fors sit, ut in messem surgat maturaque farras, Hostibus illa tamen violentis debita crescent, Iamque trabas poscens vannonisque & tribula messis, Praeda alienigenis erit, esuriente colono, Nil profecturis sua damna gemente querelis: Et tua, felici quamvis sata sidere, vitis, Ibit in agrestem mutata repente labruscam, Et tantum florem ostendet, frondisque comantes Scandentis primo perituras sulcis ab aestu.

Ipsae suas etiam clades, sua damna vicissim Sentiet Assyrius, quanquam nunc milite terras Occupet, vna mare iratum resluentibus undis,

Stridet

Vaticinium istud ad litteram impletum est temporibus regis Hezechiae. Vide lib. 2. Paralip. cap. 30. & 34.

Hieroboam intellige.

Haec ad Assyrios & Sennacheribum pertinent.

Stridet, & horrificos sonitus ad littora iactat, Castrorum immani fremitu late omnia inundet:

13 Nam simul hunc rapido citius torrente ruentem Increpitum vindex Deus, & subsistere iussum Perculerit solo vultus fulgore minacis, Sape fugam voto circumspiciet inani: Sed veluti vento glomeratus puluis in altum Tollitur, inque leues a turbine verritur auras: Sic ruet, atque eadem teget arua cadauere nudo,

Quae nunc armatus, viuisque, valensque premebat. Quam vero templo supremam urbi que putabant Attoniti noctem Solymi, (quis crederet?) illa Ipsa hosti fatalis erit, iam maenia scalis Prendere, iam tectis ignes inferre paranti. Nam quae mane dies clarum radiante sequetur, Famosa campos ostendet cade rubentes.

Tanti noster erit sanguis, cuicumque petetur Armis iniustus, tanti vis, atque rapina Crudeles, & furta in nos patrata luentur. At tu dissimili (mirum & scrutabile nulli Consilium Domini) prorsus ratione peribis, Auxilij gens larga tui, festinaque turmas Intempestiuo socias promittere pacto: Va tibi, quae reducem sisstris crepitantibus Apim Concelebras, crotalos & inania cymbala pulsans, Amne superba sacro tellus, quem nobile munus Aethiopes mittunt ignotis fontibus ortum.

Tempus erit, magno cum frustra optaueris emptum, Legatos a te Iudeo littore missos Heu nunquam accepisse domo, nulla que trementes Classe onerasse undas, nec trans mare vecta papyro Auxilia undisonum populis misisse prophanis.

Quis fremitus, quae popa ducis, quis plausus ouantis? Publicus incuruo cum stans in littore praeco Prosequitur proceres, classemq: salutat euntem? Ite bonis auibus, date vela, impellite remos, O ala volucres, promissa que soluite nostra, Eripite, eripite attritum, variisque subactum Cladibus hunc populu, quem quodam fata timendum Finitimis voluere suis, nunc versa retrorsum, Omnibus exponunt terraque marique periculis; Nulla salus illi, vestris nisi missa lacertis, Nequicquam caelo auxilium, fractisque supremam

Epiphonema cum conuentione. Cap. 18. Minatur Aegyptiis vastitatem, propter auxilium Iudaeis praestitum.

Verba sunt prosequenti & bene ornantium auxiliariis copiis ab Aegypto Iudaeis missis. Impiorum persuasiones quibus teneant pios & fideles auertere a fide in Deum, in quem blasphemant.

13 Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum. Et fugiet procul, & rapietur sicut puluis montium a facie venti, & sicut turbo coram tempestate.

14 In tempore vesperae & ecce turbatio: in matutino & non subsistet. Haec est pars eorum qui vastauerunt nos, & fors diuipicentium nos.

Cap. 18.

1 Vae terrae cymbalo alarum quae est trans flumen Aethiopiae:

2 Quae mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam; ad populu terribilem, post quem non est alius: ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diriperunt flumina terram eius.

Rebus opem expectat: tristi dum vanus adorat  
Voce Deum nunquam visum, precibusque fatigat,  
Iam nullus, iam penè truci prostratus ab hoste est.  
Torrentem hunc cobibete viri furere ultra, seroque  
Cunctaque sternenti; vestras opponite moles.  
Ille quidem hac, eademque vno simul ore fremebat  
Gens Pelusiaci cultrix lasciva Canopi.

3 Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cum cleuatum fuerit signum in montibus videbitis, & clangorem tubæ audietis.

4 O miseri, rerum ignari, cladisque propinqua,  
Sollicitique parum quid crastina sole reducto  
Hora vehat, vestris nimium ne fidite muris,  
Quos Nilus claris ripam prætextus utramque  
Vrbibus in calum mirandis molibus effert;  
Externi veniunt hostes, noua bella propinquant,  
Nile tuum fractura caput, cornique superbum;  
Ecce repercussas aduerso sole phalanges  
Triste micans ferri fulgor de montibus altis  
Eminus ostendit: procul en crispantibus auris  
Lene fluunt sinuosa ducum vexilla, viamque  
Agminibus signant prælato pila dracone;  
Et iam terribili sonitu tubæ verberat aures:  
Et dubitatus adhuc vestris iam finibus hostem

4 Quia hæc dicit Dominus ad me: Ego quiescam & confidabo in loco meo sicut meridiana lux clara est, aut sicut nubes roxis in die messis.

Immissum? ergo isthac animis aduertite dicta,  
Quæ mihi rex superum, vobis ego tristia pando:  
Non ego sollicitus posthac tua damna videbo,  
Nihilicola infelix, sed sede quietus ab alta,  
Securusque animi, cedes spectabo tuorum.  
Quamquam dum vestras victor populabitur vrbes  
Singula prospiciens; tam clarum cernam & acutum  
Quam sol, cum medio micat axe innubilus, aut cum  
Manè refert sudum roseo messoribus ortu.

5 Ante enim messem totus effloruit, & immatura perfectio germinabit: & præcidetur eius ramusculi falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscindentur & excutietur.

6 Et relinquentur simul auibus montium & bestiis terræ. Et æstate perpetua erunt super eum volucres & omnes bestię terrę super illum hyemabunt.

6 Et relinquentur simul auibus montium & bestiis terræ. Et æstate perpetua erunt super eum volucres & omnes bestię terrę super illum hyemabunt.

Nam velut ante diem maturaque tempora flores  
Intempestiuo properos quæ germine profert  
Arbor, ab irato truncatur membra colono,  
Mæstaque abortiuu sternunt pomaria rami,  
Huc illuc sædè sparsi quacunque putator  
Sæuit vlciscens elusum falcibus annum:  
Præcoqua sic pubis Phariæ præsegmina mucro  
Barbarus excindet, campisque inhumata relinquet,  
Dulce feris epulum, dulce alitibus montanis:  
Quos nec hyems abiget, nec torrida solibus æstas,  
Dum quod edant, tanta vel frustum è strage super sit,  
Nam penus hic (quamuis alios, aliisque recentes  
Conuinas, rapidisque fames de montibus altis

Vatis exhortatio, cum graui comminatione.

Comminatio Dei irati, & populi cladet non aduertentis.

Hoc dictum, ne puremus Deum nec videre nec curare mortalia.

Elegans & aptissima comparatio.

Præcoquam, præcoquam, & præcoquum, Latine dici author est Nonius Marcellus.

Nare

Nare trahet nidor) quouis (ussfecerit anno.

7 Editæ damnatas tam sædæ exempla per vrbes  
Mutabunt populorum animos, patriasque reducent  
Hebræis leges, & sacra domestica: tum gens  
Vel serò tandem resipiscere doctæ, suoque  
Conciliata Deo, quem sponte reliquerat olim,  
Inq; peregrinos consenserat impia ritus,  
Gens præstans aliis, gens formidabilis hosti,  
Dæque Dei præsentis ope secura, nihilque,  
Vt prius, horrescens latè exundantia regum:  
Arma propinquorum, tuò iuga celsa Sionis  
Ascendet, iuga sacra Deo, repetitæque præscò  
Dona ferens ritu, renouatas sistet ad aras,  
Atque intermissos Domino instaurabit honores.

Cap. 19.

Interea, tua te latrantis cultor Anubis  
Impie Niligena, infesto sub iudice pæna  
Dira manet: Deus, ecce, Deus nube alite vectus,  
Tempestas velut atra tuos descendet in agros,  
Pérque fera ingentem effundet, per culta procellam.  
Non feret atberi flammantia numinis ora  
Semiferum vaga turba deum, mirabitur Isim:  
Puluina excussam mystes succinctus ab aureo,  
Cateraque euerfis simulacra iacere columnis  
Quisquis iter Pharia faciet regione viator.  
Tum pavor attonitas mentes & frigida sternet  
Pectora, pérque omnem sese circumferet oram.

Non desunt qui auctores sunt, descendente in Aegyptum Christo cum diuina matre, omnia idola Aegypti corruisse.

2 Namque ego quem penes est creperi fortuna duelli,  
Qui belli dispenso vices, quem mille sequuntur  
Vltrices scelerum, quacunque incedo, cohortes,  
Mutua (ait Deus) vnanimes in prælia fratres  
Armabo, litèque seram, quibus omnis apertas.  
Immani rabie Pharos exardescet in iras:  
Committam ciues cum ciuibus, vrbibus vrbes,  
Et vicos vicis, & regna potentia regnis:  
Mobile scindetur studia in contraria vulgus,  
Quemque. sue rapient scelerata in prælia causa.  
Non ratio, non consilium, non vota valebunt:

Hæc nos videmus, nec respicimus. Post mortem Christi certum est omnia toto orbe terrarum oracula desisse; cuius rationem vt reddat Plutarchus, frustra se torquet libro peculiari super ea re edito.

\* Mox versi ad tripodas, & diuina oracula suorum,  
Nequicquam responsa petent: cortina tacebit,  
Nec sua diuinus solutum in præcordia numen  
Accipiet, muto Pythone irrisus abibit  
Consultor, nec ab auguribus vocem exprimet vllam,

L. 3

Incer-

7 In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuiso & dilacerato. A populo terribili, post quæ non fuit à gète expectante, expectante & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

Cap. 19:

1 Onus Aegypti. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum. Et commouebuntur simulachra Aegypti à facie eius. Et cor Aegypti tabescet in medio eius.

2 Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, & ciuitas aduersus ciuitatem, & regnum aduersus regnum:  
3 Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius: & confiliu eius præcipitabo. Et interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & Pythones, & Ariolos.

*Incertusque sui, miser omnia fata timebit.*

4 Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, dicit Dominus exercituum.

5 Et arefcet aqua de mari, & fluuius desolabitur atque siccabitur.

6 Et deficient flumina, & attenuabuntur atque siccabuntur riuus aggerum. Calamus & iuncus marcescet.

7 Nudabitur alueus a fonte suo: & omnis sementis irrigua siccabitur: arefcet, & non erit.

8 Et crebrent piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum; & expandentes rete super faciem aquarum, emarcescent.

9 Confundentur qui operabantur liam, plectentes & textentes subtilia.

10 Et erunt irrigua eius flaccida, omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.

11 Stulti principes Thaneos: sapientes consilij dederunt consilium inaspiciens. Quomodo dicitis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regum antiquorum?

12 Vbi sunt nunc sapientes tui? Annuncient tibi quid cogitauerit Dominus exercituum super Aegyptum.

4 Interea immitti meritos male meque perosos

Addicam domino aeternum, seruosque tyranni

Crudeli astringam imperio, iussisque superbis.

5 His etiam cum malis accedet egestas,

Truxque fames & cunctarum penuria rerum:

6 Namq. (quod haud unquam visum, fando-ve relatum

Lagai meminere senes) arefcet ab ipso

Fonte rapax Nilus, solitam neque voluet aquarum

Congeriem in campos, sperata messis alumnam.

7 Nil opus aggeribus fluuium cohibere tumentem,

Iam nullas, quibus auctus, aquas, erumpat, habebit,

Et vada sicca nouo durefcet sole, nec vllum

Ripa feret iuncum, aut calarum fluuialis arundo,

Ipsaque marcescet defecta humore papyrus.

8 Flete senes, quibus innocuum modo retia victum

Tensa dabant, piscesque hami fallentis ad escam

Captiui, lugete quibus piscosa fluentia,

Squamigerosque effosa greges viuaria claudunt,

9 Et qui subtiles gracili de stramine telas

Texitis, albenti filum componere lino,

Et filo docti raros connectere casses;

Vestra ars, o miseri, vester labor omnis abibit

10 Irritus, exhaustis qua vos aluisse solebant

Piscinis, fluuiisque nouo feruore perustus.

11 Nec verò cecis Deus hac prescire magorum

Præsulibus, quos Memphis alit, quos Thansis adorat,

Consiliis-ve dedit prescita auertere sanis.

Errauit fœdè hic sapientia lapsa, suamque

Prodidit irrisam falsis euentibus artem.

Vos, quibus indocta iocus est imponere plebi,

Qui reges iactatis auos, qui sanguinis istud

Sorte dari vobis memorabile munus amica

Fingitis, & serie per secula multa perenni

Transire in seros ab auis, patribusque nepotes;

Dicite quas tandem Phario sua fata tyranno

Scitanti ambages, aut qua responsa canetis?

Quid feret insano trepidus consultor ab ore?

12 Ab miser, ab vbi sunt, quos vsu auoque peritos

Mirabare viros? num pramonitoribus illis,

Iam iam erupturam prescisti numinis iram?

Haud ita cornigeri cultor mitrate iuuenti,

Qui Thanim Memphimque tenes ditioe superbam,

Haud

Semirus sub regibus & tyrannis. Fames, extreme omnia necessitarum humanarum.

Olim apud Aegyptios iam sacrorum & oraculorum gentile erat, & a patribus transibat ad filios.

Apostrophe ad tyrannum.

Ingens Reip. vulnus, cum magistratu, & doctrina Evangelica dispensatoribus mentem cepit Deus.

Haud ita: <sup>13</sup> namque tuos subita vertigine vates Perculit armipotens Dominus, mentemque cerebro Subuerso eripuit, ne vera & sana viderent, Consiliisque suis patriam ciuesque inuarent,

14 Incertos, inopes animi, rationis egentes, Attonitosque magis, quam qui superante Lyæo Ebrius, & vomitu Mareotica vina reiectans, Non capite officium, pede non faciente, vacillat:

15 Talis erit tota Aegypto lymphaticus error, Nam capite a primo, turba popularis ad ipsam Extremam faciem, tenerisque puertiae ab annis Ad plenum aetatis robur, validamque iuuentam,

Nullus erit patriam qui sustentare labantem Consilio-ve manu-ve queat: metus & pauor omnes: Consternabit iners, totque olim fortia bello

16 Pectora, femineo constricta horrore glacescent:

Quippe Dei manus irati, telumque minantis,

Immittet gelidum tremefacta per ossa timorem,

Consciisque horribili pulsabit corda tremore,

17 Vile etiam nuper nomen victoris Iudæ

Auditum tantum Phariis (quis credere posset?)

Gentibus horror erit, quin & meminisse nocebit,

Quando recordanti magni miranda Tonantis

Gesta, repente metus frigentia membra subibit.

18 Fortunata vrbes, qua quinque ex omnibus iram

Effugient, & mite iugum Domini armipotentis

Suscipient, utroque illi sua nomina dantes,

Mutabunt Phariam Chanaanæo idiomate linguam:

Atque adeo inter eas fortunatissima prisca

Condita qua seclis, claro se nomme iactat

Aetherei Solis: nam mox enersa videbit

Centum illic qua Sol deus aurea templa tenebat;

Et vana morem ritumque superstitionis

Ad Dominum solis lunæq. reuersa, relinquet.

19 Tum media Aegypto, perque omnes illius oras,

Mansuri, votis communiibus, armipotenti

Certatim Domino tituli ponentur, & ara,

20 Nobile diuini monumentum, & pignus amoris

In respicientem Nili stagnantis alumnum.

Nam simul ac duris oppressi casibus, alto

De celo auxilium, lacrymis, pacemque rogabunt,

Audiet orantes genitor, mitietque potentem

Propugnator em, seruator emque benignum,

13 Stulti facti sunt principes Thaneos: emarcuerunt principes Memphicos: deciperunt Aegyptum angulum populorum eius.

14 Dominus miscuit in medio eius spiram vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens.

15 Et non exit Aegyptus opus quod faciat caput & caudam incuruantem & refrigerantem.

16 In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt & timebunt a facie commotionis manus Domini exercituum, quia ipse mouebit super eam.

17 Et erit terra Iudæ Aegypto in paucorum: omnis qui fuerit illi recordatus, pauebit a facie consilij Domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam.

18 In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas Solis vocabitur vna.

19 In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius.

20 Et erit in signum & in testimonium Domini exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis, & mittet eis seruatorem & propugnatorem qui liberet eos.

Vaticinium hoc ratum fuisse, apertissime patet ex historia sacra.

Heliopolis, clara Aegypti ciuitas.

Quæ

Qui tot iactatos fatis, tot funera passos  
Seruitio eripiat, iusti si que reuendicet armis.

21 Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, & Aegyptij cognoscet Dominum in die illa. Et colent eum in hostiis & in muneribus. Et vota vouebunt Domino & soluent.

22 Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam. Et reuertentur ad Dominum & placabitur & sanabit eos.

23 In die illa erit via de Aegypto in Assyria. Et intrabit Aegyptus in Assyria, & Assyrius in Aegyptum, & seruient Aegyptij Assur.

24 In die illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio. Benedictio in medio terrae,

25 Cui benedixit Dominus exercituum dicens: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrius, haereditas autem mea Israel.

Cap. 20.

1 In anno quo ingressus est Thartan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam.

Multa tamen purganda prius resecandaque restant  
Quam noua concordies pax uniat aurea terras.  
Ecce aliud signum, quo non praesentius vllum,  
Nec dum etenim causas irarum animo expuit omnes,  
Armipotens genitor celo demisit ab alto.  
Nam vati Amoside, quo Thartan barbarus anno  
Littoream obsedit missu Sargonis Asotum,  
Obsessamque manu cepit, captamque cruentè  
Diripuit,

Non est acceptio personarum apud Deum.

Vocationem Gentium, & euangelij praedicationem & equalem cum Iudaeis ius praedicit hoc loco Propheta. Ecclesiae concordis typus, aduersus quam non praevalebunt portae inferi.

Diripuit, subito Deus astitit, ipse per athram  
Delapsus liquidam Deus, & sic farier orsus:  
Vade Deo vates charissime, teque sueto,  
Nec mora, (nam Deus est qui precipit), exue sacco,  
Laxati si que pedem vinculis i nudus utrumque.  
Paruit extemplo vates, vestemque reliquit,  
Et pede utroque lubens sandalia laxa resoluit,  
Incessitque palam Iudaea per oppida nudus.

3 Cui Deus: En signum cladis ferale futurae:  
Nam velut à plantis ad summum verticis usque  
Attoniti nudum Solyms videre Prophetam,  
Trèsque adeò soles, passim & sine more vagantem,  
Sic Phario, sic Aethiopi lacrymosa propinquat,  
Continuas quam tres hyemes patientur, egestas.

4 Namque per Aethiopas per regna Canopica victor  
Assyrius, longo grassatus Marte, feris si que  
Agminibus letam populans crudeliter oram,  
Omniavastabit, desolata omnia reddet,  
Nilque nisi cineres, fumumque relinquet inanem:  
Ibunt captivi, miseranda infletaque turba,  
Nudi cum patribus nati, nudaeque puella,  
Non mammis strophium dabitur, non vile tegendis  
Inguinibus linum, discinctas si que solutas  
Per sua castra nurus traducet barbarus, & que  
Casta verecundis oculis natura videri  
Sancta lege cauet, laxis nudata patebunt,  
Dedecus o Aegypte tuum opprobriumque perenne.

5 Tum grauis attonitum terror torquebit Iudam,  
Quam fragili sua spes reputantem & gloria nuper  
Constiterat subnixam loco, dicetque, rubore  
Confusos oculos pallentiaque ora notante:  
Hoc cunctis tam solidum, quò nos confugimus olim  
Praesidium? o spes fallaces & inania vota!

Quando erit, ut nostros ferro flammis si que penates  
Vrentem Assyrium iunctis in praelia turmis  
Pellamus? subito nimis insidiosa labantem  
Mutavit fortuna fidem! Proh inuida fata,  
Quae super vlla fuga, quae spes super vlla salutis?

Cap. 21.

Haecenus haec: Iam tepus equos ad omnia reuertit,  
Desertis si que mari fumantia colla lauare.  
Ad te igitur quae more freti furis importuni,  
Regnatricis Asiae, & tua fata suprema redimus.  
Qualiter horribiles, longo iam cautior usi

2 In tempore illo locutus est Dominus in manu Esaiæ filij Amos dicens: Vade & solve saccum de lumbis tuis, & calciameta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus & discalciatus.

3 Et dixit Dominus: Sicut ambulavit servus meus Esaias nudus & discalciatus, trius annorum signum & portentum erit super Aegyptum & super Aethiopiam.

4 Sic minabitur rex Assyriorum captivitatē Aegypti, & transmigrationē Aethiopiae. Iuvenem & senem, nudam & discalciata discoperis natibus ad ignominiam Aegypti.

5 Et confundentur & timebunt ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua.

6 Et dicit habitator insule huius in die illa: Haecine spes nostra ad quos confugimus in auxilium, ut liberaret nos à facie regis Assyriorum? Et quomodo effugere poterimus nos?

Cap. 21.

1 Onus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt de deserto venit, de terra horribili.

M Pallenti

Pallenti sociis prænuntiet ore procellas  
Nauita, turbatum cum possidet Africus aquor;  
Sic ego, cui veris animum Deus osque repleuit  
Faudicum, diris à gentibus horrida bella,  
Bellatibi, & tristes denuntio numinis iras:  
Namque malis te iam dudum pessum ire, sinistrisque  
Ominibus, non vana fides, sic fata supremus  
Soriitur, duròque vices adamante reuinctas  
Ordine quamque suo voluit, vertitque deum Rex.

2 Visio dura nuntiata est mihi: Qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat: Ascende E'lam, obfide Mede. Omnem gemitu eius cessare feci.

Omnem crede fidem tibi nunc periisse, nec ullis  
Fœderibus, pactis-ve tuam constare salutem  
Posse puta, fidos non experietur amicos,  
Iuratam qui sepe fidem pactumque fefellit.  
Sauaque qui trepidum circumtulit arma per orbem,  
Ambitione furens, regni que cupidine cæcus,  
Idem victoris dextram ferrumque vicissim  
Sentiet, & vita, & regnis spoliatus auitis.  
Tu verò pharetra pugnax, arcuque sonante  
Persa ferox, & equo gaudens vage Mede volucris,  
Falciferos iam tempus adest inscendere currus:  
Obsidione urbem circumuallate frequenti,  
Faxo ego finitimis lacrymas quas improba quondam  
Gentibus expressit, duplicata clade rependat.

3 Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possedit me sicut angustia parturientis. Corruicùm audirem: cõtribarus sum cum viderem.

Quid tibi tunc animi, cum castra inimica repente  
Aduenisse videns, saeuo cingèris ab hoste,  
Rex miser? heu dices: nunc me nunc fata nocentem  
Dira agitant, saeuig premunt sub corde dolores,  
Quales nulla tulit stringente puerpera fœtu.  
Genua labant, famuli, pietas est si qua, labantem  
Erigite, ò vbi sum? quid sum? quid-ve audio? quid-ve  
Infelix video? nimis ab citò molle mihi cor  
Delicuit: sed cur tenebescunt omnia circum  
Tam subito? Nox ò nox ebria, nox temulenta,  
Sola voluptatum nox conscia mille mearum,  
Quod mihi portentum mutata repente, quod omen  
Triste refers? Eia funestas tollite mensas  
O pueri, non ista cibos & pocula poscunt  
Tempora. Vade age tu, speculâque intentus ab alta,  
Dispice nocturnis quid tentent fraudibus hostes.  
Arma viri, arma citò, non conuiualibus ultra  
Indulgendum epulis; superat mea mœnia victor  
Sanguineus, captamque ferox irrumpit in arcem.  
Turribus hac frustra custos nocturnus ab altis

5 Pone mensam, cõtemplare in speculo: Comedentes & bibentes surgite principes, arripite clypeum.  
6 Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade & pone speculatorem, & quodcunq; viderit, annunciet.

Verba sunt Baltazaris regis, cum illi comessanti apparuisset manus in pariete scribens. Daniel. 5.

Voce canet sera; interea bacchabitur intus  
Hostis, & effractis latè ruet obuia portis.  
Nam quid ego non pramonui, cum missus ab ipso  
Numine, & aërio iussus de vertice campos  
Subiectos lustrare oculis, verumque referre,  
Auribus hæc itidem surdis itidemque sonarem?  
Assyrij vigilate viri, ferus imminet hostis.  
Nam video (nec enim fallax me ludit imago)  
Terribili currum per agros volitare patentes  
Turbine, disparibus duo quem iumenta figuris,  
Iuncta pari ternone tamen, rapiuntq; trahuntq;  
Leua asinus freni patiens, dextrâque camelus  
Concordes iugum idem tolerant, stat celsior alto  
In curru bellator, & huc hastilia, & illuc  
Crispat utraque manu: quid adhuc torpetis inertem  
Post epulas toto perstantes pectore somnum?

Persas & Medos significat, Cyrû & Darium reges.

Similis locus est Abacuc 2. cap. Qualè autem oporteat esse eum, qui speculator contitutus est à Domino, eleganter Ezechiel cap. 3. ibi, Filij hominis, speculatore de- di te, &c.

Similis locus alibi in Apocalypsi beati Ioannis.

Vide psalmu 137. Super ruinam Babyloniae, &c.

7 Et vidit currum duorum equitū, adscensorem asini & adscensorem cameli. Et cõtemplatus est diligenter multo intuitu.

8 Et clamauit vt leo super speculam Domini: Ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam sum totis noctibus.

9 Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum. Et respondit & dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculpria deorū eius contrita sunt in terrâ.

10 Tritura mea & filia aræ meæ, quæ audiui à Domino exercituum Deo Israël, omnia annūciaui tibi

11 Onus Duma: Ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte? custos quid de nocte?

Nunquam-ne ò miseri, ad vocem euigilabitis istam,  
Quam leo non vincat Maura traiectus ab hasta?  
Non iniussus ego speculam hanc (mihi credite) seruo.  
Hæc Deus excubias, hæc munia iussit obire  
Peruigili, seu lux, seu nox redit humidâ, cura.  
Ecce (iterum moneo) biuigis se feruidus infert  
Victor equis, totòque acies fugat equore versas,  
Horrendum inclamans, magnòque hæc detonat ore:  
En peritura suis premitur Babylonia fatis  
Quæ meruit, metâque dati peruenit ad eui.  
Non ultra simulacra Deum que muta colebat,  
Auxilio fuerint, sua eos maiore sub hoste  
Iam quoque fata vocant, vt inanis testa terendos.  
Hæc tibi iam dudū, quæ me diuim atq; hominum Rex  
Scire dedit, verus nequicquam annuntio vates,  
O Babylon, sed enim magni arca facta Tonantis  
Cum tritura tui suprema adoleuerit anni,  
Non paleis, sed corporibus sternere cruentis,  
Et passim ingentes mirabere cædis aceruos,  
Funeribus cooperta tuis, & strage tuorum.  
Par quoque palmiferam casus expectat Idumen,  
Cladibus heu nostris latatam semper Idumen.  
Gens merito miseranda suo, quæ celsa Seiri  
Solâque lustra colit, longo suspensa timore,  
Quam sæpè obscura vigilem sub nocte rogabit:  
Quo res summa loco custos? qua parte tuendos  
Suscipimus primùm muros: satim omnia salua?



Quid? vigilum-ne satis nocturna pericula contra?  
 Quid feret insidiis suspecta latentibus hora?  
 Quid nox apta dolis, fraudique accommoda semper,  
 Inuoluens umbra magna terramque polumque,  
 Hostileisque astus? <sup>11</sup> cui contra talia custos:  
 Nox suspecta quidem est, sed non securior atra  
 Nocte dies, tantis miseri ne querite lucem  
 Fune stam desideris, cladem illa nefandam  
 Detegat, & qua nox celabat operta recludet.  
 Antea oportuerat sauum lenire furorem  
 Vindicis, & lacrymis rutilum restinguere fulmen.  
 Nec nunc serum etiam fuerit placare Tonantem,  
 Si modo conuersi, vitam damnare priorem  
 Pacem non ficto veniamque rogabit ore.  
<sup>12</sup> Vosque nohi generis, quos serua filius Abre  
 Ismael Abramides, iaculo metuendus & arcu,  
 Legitimo nunquam patiens concedere fratri,  
 Transscrispsit terris Arabum felicibus olim,  
 Paena manet, studiis minus in nos debita gratis.  
 Ec quo etenim cum nos miseranda vel hostibus ipsis  
 Turba effusa fuga, Dedanim peteremus amicam,  
 Saxaque per rupesque, & precipites conualles,  
 Extorres, laribus profugi, rerum omnium egeni,  
 Heu nimis ingrato iaceremus fessa cubili  
 Membra, super gelida recubantes cespite terra,  
 Auxilio, ec quibus aut opibus inuisis egentes?  
<sup>13</sup> Num vestrum occurrens aliquis, sitientibus undam  
 Praebuit? aut Cerere oblata ieiuna refecit  
 Corpora? num tecto profugos aut vrbe recepit?  
<sup>14</sup> Et tamen instabat stricto fugientibus ense  
 Victor, & emissis feriebat terga sagittis.  
<sup>15</sup> Quare hac, irato vobis a Numinis ore  
 Credite dira cani: non totus mensibus annus  
 Bis sex exactis circumuertetur, & ecce  
 Concidet illa ingens Cedarena gloria gentis.  
<sup>16</sup> Et bona misilibus certare, arcuque sonante  
 Quae superest pubes, victricibus obruta telis  
 Effuso patrios saturabit sanguine campos.  
 Hac iubet ut rata sint, diuumq; hominumq; repertor,  
 Cuius ab arbitrio pendent mortalia cuncta,  
 Regnorum & populorum obitus, ortusque, vicisque.  
<sup>17</sup> Non leuius tecum (si non sum vanus) agetur,  
 O vatum sedes, o vallis amata prophetis:

<sup>11</sup> Dixit custos: Venit mane & nox. Si queritis, querite: conuertimini & venite.

<sup>12</sup> Onus in Arabia. In saltu ad vespertam dormietis in semitis Dodanum.

<sup>14</sup> Occurrentes sitiēti ferte aquam, qui habitatis terrā Aūstri, cum panibus occurrēte fugienti.

<sup>15</sup> A facie enim gladiorum fugerunt, a facie gladij imminentis, a facie grauis prelij.

<sup>16</sup> Hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in anno quasi anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar.

<sup>17</sup> Et reliquiae numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur. Dominus enim Deus Israël locutus est.

Cap. 22.

<sup>1</sup> Onus vallis visionis. Quidnā quoque tibi est quia ascendisti & ru omnis in alta tecta?

De onere Idumagorum plenius scribunt Hierem. c. 49. Hezechiel, ca. 31. Abd. c. 4. & Amos ca. 4.

Dedanim, notos & propinquos interpretatur Hieronymus, quem ego hic secutus sum.

Cap. 22. Vallē visionis plerique volunt dici Hier. Iolyam, quod sit mater & alitrix Prophetarū, quos vidētes scriptura appellat.

Nam

Nam quis te, rebus florentem nuper & armis,  
 Aduersāque acies solo clamore fugantem,  
 Vrbs o fœta viris, vrbs bello & pace superba,  
 Tam nouus hic subitō metus\* externauit, ut alta  
 Tu quoque templa deūm fugiens ascendere velles?  
<sup>2</sup> Perq; aras lucosque, Deo genitore relicto,  
 Rebus opem fractis, vanamque exquirere pacem?  
 Non ferrum, non flamma tuos (absiste moueri)  
 Hauriet indigenas, clara qua proxima morti  
 Fit via digna viris, pecorum sed more iacentes  
 Dira fames lento coget tabescere letho.  
<sup>3</sup> At proceres neque nox, neque turpi subrutus ingens  
 Degenerique fuga murus seruabit, idem omnes  
 Capti seruitium, violentaque vincla subibunt.  
<sup>4</sup> Propterea aternum flebo, procul este molesti  
 Consolatores, nimis altē vulnus adaētum.  
 Impressumq; negat sermone leuariet vllō.  
 Nam quis te, o patria, o Domini domus armipotētis  
 Barbarica incensam flamma considerare in ignes  
 Prospiciens, lacrymis durus sibi temperet vdis?  
<sup>5</sup> Venit summa dies templis, tectisque, virisque  
 Vrbs antiqua tuis, & ineluctabile tempus,  
 Quod praescire mihi Deus & predicere vobis  
 Armipotens voluit, nec longa ambage morari.  
 En inimica ruunt abruptis agmina portis  
 Plurima, perque vias, per sacra prophanaque passim  
 Limina, perque domos, per sanguinolenta domorum  
 Atria, crudeli sternuntur corpora letho,  
 Stratāque quadrupedum soleis calcantur equorum.  
 Luctus ubique, & ubique pavor, gemitusque resultat,  
 Dux ipse ardentem disiectis mœnibus urbem  
 Arduus ingreditur, turma comitantur ouantem  
 Ferrata, flammisque oculos & sanguine pascunt.  
<sup>6</sup> Ante alios, quos misit Elam, quibus omnibus arcus,  
 E q; humero pendet de more pharetra sinistro:  
 Pars biungo vehitur curru, pars terga ferocis  
 Vrget equi, tremuloque fodit calcaribus armos,  
 Hunc gladius, gemmis capulum distinctus & auro,  
 Illum armat clypeus, veteri de poste reflexus  
 Aedus\* Chireæ, qua gens non fortior vlla  
 Scutis, scutatisque viris in prælia missis.  
<sup>7</sup> Quot tua cumque sacras condunt pomœria valls,  
 Heu miseræ valls, neque talibus vsibus aptas,

\*Pœnuū hoc verbo vtitur in eadem significacione pro, dementē fecit.

Historia nota est ex Hieremias, cap. 19. & Reg. 4. ca. vit.

Hæc sunt sanctorū viscera, etiā in punitionibus nocentium.

Futura tanquā presentia prædicat suo more.

Hamitæ iuncti fuerunt Chaldæis in Solymorum oppugnatione.

\*Chireus, idē Hebreis quod scutatus, sicut Arabes, idem quod latro. Expressius hoc dicit Hieremias, ca. 39. Sederant in porta media, &c.

<sup>2</sup> Clamās plena vrbs, frequens ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui tui mortui bello.

<sup>3</sup> Cūcti principes tui fugerunt simul, dureque ligati sunt. Omnes qui inuenti sunt, vincti sunt panter, procul fugerunt.

<sup>4</sup> Propterea dixi: Recedite a me, quia amare flebo: nolite incumbere vt cōsolemini me super vastitate filiae populi mei.

<sup>5</sup> Dies enim interfectionis & conculcationis & fletuum a Domino Deo exercituum in valle visionis: Scrutans murum, & magnificus super montem.

<sup>6</sup> Et Elam sumpsit pharetram, & currum hominis equitis: & parietem nudauit clypeus.

<sup>7</sup> Et erunt valls tuæ electæ plena quadrigarum: & equites ponent sedes suas in porta.

Implebunt rapida densata mole quadrigæ,  
Armati portas equites, incessaque, ne quis  
Exeat, oppositis seruabunt limina telis,  
Cunctaque presidis & multo milue claudent  
Effugia; ast alij captam crudeliter urbem  
Diripient, cupidâsque manus, oculoque procaces,  
Iniicient arcano adyti, & penetrabilibus imis,  
Quæ vidisse nefas erat aut tetigisse prophænis.

8 Et reuelabitur operimentum Iudæ: & videbitis in die illa armamentarium domus factus.

9 Et scissuras domus David videbitis, quia multiplicatae sunt. Et cõgregatis aquas piscinæ inferioris.

10 Et domos Ierusalem numerastis: & destruxistis domos ad inueniendû murum.

11 Et lacum fecistis inter duos muros & aquam piscinæ veteris. Et non suspexistis ad eum qui fecerat eam: & operatorem eius de longè non vidistis.

12 Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum facti.

13 Et ecce gaudium & læticia: occidere vitulos, & iugulare arietes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus: cras enim moriemur.

Arma apparebunt longis congesta triumphis,  
Arma sacris appensa tholis, & postibus aula  
Affixa umbrosæ, iuga quam super ardua, nigri que  
Horrida pinetis, quondam Iesseus heros  
Struxerat armipotens, nullique patere volebat.

Ipsa Sioneo vetus arx in vertice posita,  
Regalè que domus, atque atria longa patefcent,  
Atria diuersis latè inter scissa ruinis.

Heu! quos non astus, quas non verfabitis artes,  
O miseri, vestram si forte vel artibus urbem  
Vel seruare astu sineret Deus! haud ita visum  
Irato: frustra longis syphonibus undam,  
Aut tubulis, caua per terrarum, è valle propinqua,  
Vicinòve lacu, summas ducetis ad arcès;

Frustra recensito per singula nomina ciue,  
Tecta domosque vrbis lustrabitis: omnia frustra  
Expertis, quæ vis hominum, durique labores,  
Arsque dolusque potest (quæ præsidia vnica vobis  
Primaque sunt semper) seu mænialapsa, ruinis  
Tectorum oppositis, reparare pericula poscent,  
Seu vesana sitis liquidas inquirere venas.  
Heu, quia supremum spreuistis adire parentem,  
Flebitis inrisos casu frustrante labores.

Ab fletu tum tempus erat lacrymisque vocatum  
Promeruisse Deum, cum passim tristia vates  
Fata Deo pleni canerent, atque horrida bella:  
Et reges ipsos, populum, patrè que monerent  
Caluitio turpare caput, contundere pugnis  
Pectora sanguineis, saccoque accingere lumbos.

Ecce autem, ô frustra moniti, frustra que monendi,  
Pro gemitu risus, pro tristi gaudia planctu.  
Regisicòque epula luxu sumptique parata,  
Fædâque cura gula, venerisque ferina voluptas,  
Inuasere vrbes mores, pessumque dedere.  
Per fora, per vicos, per campita, perque domorum

Inti-

Ciuitas Dauidis hic intelligitur: sicut ante eum vide Reg. 2. cap 5.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodiam.

Intima caduntur vituli, iugulantur & hœdi,  
Innocentique feris manduntur dentibus agni,  
Vinum omnes, vinum poscunt, it clamor ad auras,  
Pone merum, refer huc, potemus, edamus, amemus:

D. Paulus 1. Cor. 15. in eandem sententiam: Si mortui non resurgunt, comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Quis scit, an adiciant hodierna crastina summa  
Tempora diu superi? Cras (si non omnia vates  
Vana canunt,) moriemur enim, manesq; sub imos  
Detrusti, (si quis sensus post fata) peractos  
Tam citò currentis vitæ deflebimus annos.

At mihi purgatam non raro perfonat aurem  
Fœx horrenda Dei, vox vindicis Armipotentis,  
Dic Solymsis: Nunquamne meum contemnere Numen  
Desinitis, gens effranis, flectique recusans?

Amoriam non quam Cicero reticentiam vocat. Verg. Aeneid. 1. Quos ego, sed, &c.

Quos ego iam. Sed stat sua linqere tempora fatis,  
Nec rerum turbare vices: lux dira propinquat,  
Qua mihi promeritas maturo crimine pœnis.  
Solutis, diro exemplo, cunctisque stupendo,  
Postera quos alius ætas producet in annis.

Hæc Deus ipse mihi, vobis ego non leuis auctor  
Dicta fero, quæ, si sapitis, ne ducite vana.

Multa etiam ad proceres rerum queis credita summa,  
Idem vltor mandare dedit non molliâ iussa.  
Vade (ait) &posito pete regia tecta timore,  
Præfectumque domus, qui nunc elatus honores  
Inuasit primos, qui perfidus omnia turbat,  
Somnaum, patriæ pestem, regni que ruinam  
Aggredere, & duro licet, hæc mea nuntia perfer:

Quid tu hic, aut qua spe, hac indignus sedemoraris?  
Tu-ne peregrinus, nuperque huic astutus vrbi,  
Tu-ne impune meis illuseris aduena regnis?  
Quid struis? O fati sortisque ignare futura:  
Tu nunc, dum Solymsos miserescere ne scius hostis  
Obsidet, & tota sanis sitis vrbe fameseq;  
Iamque faces ad tecta volant, operosa sepulchri  
Fundamenta locas, solitòsque ex marmore montes  
Sumptibus insanis longinqua per æquora vectas  
Extruis: & magnas attollis ad æthera moles;  
Scilicet aurato iaceas vt fornice tectus:

Ast aliter visum diuimq; hominumque Parenti.

Nam te istinc belli violento turbine raptum,  
Vt pullum cauea coquus, abstrahet ille deorum  
Ille Deus, quem tu contemnere sæpè solebas,  
Quoque volet, feret, vt tenuem vir fortis amictum.

Tum,

14 Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum: Si dimiserit hæc vobis iniquitas, donec moriamini, dicit Dominus exercituum.

15 Hæc dicit Dominus exercituum: Vade & ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi. Et dices ei:

16 Quid tu hic? aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi.

17 Ecce Dominus asportari te faciet: sicut asportatur gallus gallinaceus: Et quasi amictum sic subleuabit te.

18 Coronans coronabit te tribulatione: quasi pilam mittet te in terram latam & spaciosam: ibi morieris, & ibi erit curus gloriæ tuæ: & ignominia domus Domini tui.

19 Et expellam te de statione tua: & de ministerio tuo depenam te.

20 Et erit in dicilla, vocabo seruum meum Eliachim filium Helchiam:

21 Et induam illum tunica tua: & cingulo tuo confortabo eum. Et potestatem tuam dabo, in manus eius. Et erit quasi pater habitantibus Ierusalem domui Iudæ.

22 Et dabo clauem domus David super humerum eius. Et aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.

23 Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domus patris sui.

24 Et suspendam omnem gloriam domus patris eius super eum, vasorum omnia genera, omne vas paruum: à vasis creaturarum vsque ad vasa musicorum.

25 In die illa dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus qui fuerat fixus in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit quod pepederat in eo, quia Dominus locus est.

18 Tum, quã nunc frontem redimitam purpura & auro Poplite procumbens suspensò vulgus adorat, Hostis ludibrium redimibit cura, dolorque, Anxietaſque grauis, turpisque obnubet egestas, Denique more pila teretis, per longa rotatum Exsilia, heu toties frustra, totiesque vocata Mors tandem rapiet; moriere in glorijs illa Qua non credideras, infelicissime, terra: Nempe hoc illa ingens claudetur gloria sine, Qua calum alato credis conscendere curru, Dedecori quondam temploque sacrisque futurus, Quã nunc attrectas manibus miserande prophanis.

19 Interea (dicit Dominus, nec fallat) inertem Indignumque tua hac ego te statione graduque Deiciam, pro te satius Helchia Eliachimus Non ex ambitum delectus inibit honorem.

20 Hic tibi detractum dimisso turpiter, atque Exautorato, summi gestamen honoris Me donante feret, notisque micantia bullis Cingula, firmandis munimen renibus aptum.

21 Denique, quodcunque est quod nunc geris ambitione Vique usurpatum, nostro te dignior ille Munere suscipiet, regni que capeſſet habenas, Vir bonus, inque suos vultus animique paterni Municipis, Iudæq. domum, Solymaq. colonos.

22 Illum ego Davidici super aurea limina templi Clauigerum statuam, ius illi cardinis omnis Vertendi dabitur: si quid volet ille reclusura, Continuo foribus dimoto veſte patebit;

23 Si clausum, nulli fuerit contingere sacras Fas impune seras: eius ſecura labore Ocia denique agent omnes, populis que patrisque.

24 Nam veluti paxillus erit, qui pariete firmo Defixus, tortis pendentia ſuſtinet anſis Vasa omnis generis, siue auro splendida puro, Siue magis vili niteant obſcurius ære.

25 Non aliter feret ille humeris plebemque Patrisque, Gloria prima ſui generis, patriaq. ſuperbum Et decus, & columen, & nobile firmamentum.

26 Hunc tamen & casus (vs ne immortalia ſperes Vlla,) licet firmo fidoque in pariete fixum, Confringent aliquando ſui, magna que ruina Concidet & quidquid quondam pendebit ab illo: Sic etenim fore bellipotens Dominus decreuit.

Gravis & horrenda Dei cõminatio in reges, præſidios, & reip. administratores auaros, rapaces, ſupeiſios, & Deum non timentes.

Nota improbos sacerdotes dedecori esse Ecclesiæ.

Functus est Sobnã ſue Somnã officio & munere Eliachim, vt patet infra cap. 36. & 37. & Regum 4. cap. 17. & 18.

Claues Ecclesiæ. Typus Christi.

Eliachim cõ omnibuscepiis perit in vltima captiuitate Baby-lonica. auctoe D. Hieronymus.

Cap. 23.

1 Te quoque qui maneat casus, quid fata minentur, O Phœniſſa Tyros, vastum que turribus æquor Despicis æreus, hoc tristi carmine ſcito.

Flete rates, gemete ò naues, vlulate carine, Quæ qua lux oritur, qua nox ſua ſidera promit, Hinc illinc raras pictus per cœnula velis Aduerſis merces, aliud mare quarite veſtris Sulcandum roſtris: iacet illa vtriusque vorago Solis auara Tyros, gurgis que Aquilonis & Auſtri.

Iamdudum tanta, si mens non laua fuiſſet, Venerat à Cythimo prænuntia fama ruina. Sed nihil admittit veri, cui copia rerum Luxurians, curſuque fluens fortuna ſecundo, Occludit ſurdas ſanis monitoribus aures.

2 Heu quam muti eritis vocem impediende timore, Sidonij Tyryg. viri, quibus inſula diues, Mercatūque vago nullis non cognita terris, Totius orbis opes, Nilique rigantis aristas, Et Libycas meſſes, tranſmiſſo congerit æſtu:

3 Cùm ſubidò incenſis tota naualibus vrbe, Emporium cunctis quondam memorabile terris Abſorptum flammis hoſtili concidet ira.

4 At Tethys, nullis iam claſſibus æquor arari Indignata ſuum: quidnam, ò pulcherrima (dicet) Sidon, ſola mihi Sidon iam nata ſuper ſtes, Multiplici iuuat toties clareſcere partu, Tot natas olim emixam, teneraq. parentis Eductas vtero ad plenam enutriſſe iuuentam; Si mihi natarum que maxima queq. parenti Chara magis Tyros abripitur, ferroque cruento Ante diem primo florens ſucciditur ano?

5 Audiet hæc quanto Aegyptus vicina dolore! 6 Quiſquis es huc ſolitus merces inferre beatas Portitor in felix, verſo remone natantem Flecte trabem, & celeri maria hæc tranſmitte volatu. Hic nihil eſt quod agas, alias tibi quære tuiſque Veſtavis ſedes. at vos, quicumque ſedetis Ad cineres vrbis collapse, fundite fletus, Heu miſera, & fruſtra in patriam pia turba iacetem.

7 An non hi tumuli, campis que hic rudere plenus, Vrbis fuit illa Tyros, priſcis que condita ſæclis, Innumeroſque ſuo repetens ab Agenore ſoles, Aeternos demens ſpe præſumebat honores?

Macedones hoc loco intelliguntur, vt plerique putant, qui multas inſulas habebant in mari Aegeo.

Tharſis ferè habet Hebraica ſcriptura pro mari. Tharſis autè Hebraicis ſignificat chryſolithum, ſiue hyacinthum, qui lapis eſt cœruleus. Vnde nomẽ mari præfertim mediterraneo Tharſis: ad quod alludere placuit, per, cœnula, &c. Simili tropo ſcribens de Tyro Plinius natur. hiſtor. lib. 5. cap. 1. viſus eſt: Tyrus (inquit) olim partu clara, vrbibus genitricis Lepti, Veica, & illa imperij Romani æmula Carthagine.

Veſtura modo ſignificat ipſum actum vehedi, ſiue (vt ita dicam) ipſum veſtionem, modo ſignificat mercedem que vehenti ſoluitur.

Cap. 23.

1 Onus Tyri: Vlulate naues maris: quia vaſtata eſt domus vnde venire cõſueuerat. De Cethim reuelatum eſt cis.

2 Tacete qui habitatis in inſula: negotiario Sidonis. Tranſſetates mare repleuerunt te. 3 In aquis multis ſemen Nili, in eſſis fluminis fruges eius, & facta eſt negotiatio gentium.

4 Erubescet Sidon. Ait enim mare fortitudo maris, dicens: Nõ parturivi & non peperivi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxivi virgines.

5 Cùm auditum fuerit in Aegypto, dolent cum audierint de Tyro.

6 Tranſite maria, vlulate qui habitatis in inſula.

7 Numquid non veſtra hæceſt que gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua: Educent enim pedes ſui longè ad peteginandum.

N Ab,

Te

98 PARAPHR. IN ISAIAE

*Ab, quàm fors aliter cecidit, quàm versa repente  
Fata? peregrinas Deus omnia transtulit oras,  
Et gentem, & gentis noménque decusq; superbum.*

8 Quis cogitavit hoc super Tyrum quodā coronatam: cuius negotiatores principes, inflatores eius inclyti terræ?

9 Dominus exercitū cogitavit hoc, ut detraheret superbiam omnis glorie: & ad ignominiam deduceret viuos inclytos terræ.

10 Transi terrā tuam quasi flumē filia maris: non est cingulum ultra tibi.

11 Manum suam extendit super mare, & conturbavit regna. Dominus mandavit aduersus Chanaan ut contereret fortes eius.

12 Et dixit: Non adicias ultra ut gloriaris calumniam sustinere virgo filia Sidonis: in Cethim transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.

13 Ecce terra Chaldeorum talis populus non fuit. Assur fundavit eam. In captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinā.

14 Vlulate naues maris: quia deuastata est fortitudo vestra.

*Qui fuit ille autem, tam forti pectore & armis,  
Cui licuit tantum sperare, ut vinceret urbem  
Mille coronatam caput arcibus vndiq; celsum?  
Sed quis opes, quis diuitias regalibus aequas,  
Quis prius intactas ausus spoliare tabernas?*

*Non homo, non aliquis mortali semine cretus  
Hoc potuit: Deus ipse Deus, qui prælia dextra  
Miscet, agens telis populos, qui turgida calcat  
Colla superborum, sublimiaque omnia casu  
Præcipitat grauiore, suas factō omnibus illo  
Esse palam voluit vires, numénque tyrannis  
Horrendum, ne quis posthac mortalibus agris  
Spiritus inflaret, mentes animosque moueret.*

10 *Euge creata mari, rapido velocior amne,  
Euge, tuam hanc sedem, patriam, tuam mænia linque.  
Deloricatam quis enim nudamque tueri*

*Iam possit? Domini te dextera perculit alto  
Vulnere, cætera quo trepident formidine regna.*

11 *Namque his fata Tyri Chananitidos aspera verbis,  
Verbis perfidiae quæ post nulla arguet atas,  
Præfatus rerum Deus arbiter humanarum,  
Sic cecinit: Virgo infelix, Sidonia virgo,  
Ecce, vides, cecidere tua lectissima pubis*

*Robora, quotquot erant præstantes viribus, hausit  
Bellum atrax, & adhuc ô rerum ignara, superbis?  
Pone feros animos, tandemque addisce timere.  
Et Cethimum celeri pete per freta carula puppe.*

*Quamquam ibi nulla fuga sedes, nec certa laborum  
Continget requies: instabit euntibus acer  
Assyrinus, Chaldaea trahens mille agmina secum,  
Mille ferens populos, quales Babylonica nunquam  
Terra tulit, regni robur, columénque potentis.*

*Huc traducetur Tyria decus omne iuuenta  
Captiuum, frustra suffossa palatia destens,  
Prostratâsque domos, verso (que à stirpe penates,  
Et madidis oculis respectans saepe tepentes  
Incensa cineres patriæ, fumumque volantem.*

14 *At tu, qui nuper peregrina merce solebas  
Nauta per has fauces oneratam impellere pinum,  
Ni ferus es, pelagique ipsis munition vndis,*

Tyros olim colonia fuit Sidoniorum, vnde hic Sidonis filia vocatur.

Similis fere locus licet in dissimili argumento apud Musæum statim in initio notatij sui, quod inscripfit Leandri & Herus.

Obliuioni traditur Sor septuaginta annis, sicut dicit regis viuis. Sic legit Arias Muncanus, hoc est, quando homo viuere potest, etiam rex qui delitacæ vinit.

Conuersione Tyriam Christum præcinitis versibus vates, de qua Act. A. post cap. 11.

Verbum Dei panis. Hoc est, veterem illam gentilitatem & idololatricam noua Christi & Euangelij agnitione.

*Hoc ipso periisse rogo spes orbis opesque  
Præteriens lituus modo tam memorabile flebis.*

15 *Obruta ruderibus, scrutis oppleta, nec ulli  
Trita homini, nulli pecori calcata per annos  
Septenos decies, (regi quæ meta beato,  
Et regni vitæq; ferè est) neglecta iacebis*

*O Tyros. at postquam spatio reuolutus eodem  
Sol horas totidem, totidemque exegerit annos,*

16 *Tum tibi, tum primùm de sordibus emergenti,  
Squalentique situ (meretricis more relicta,  
Quæ patulis sese cultam, comitâque fenestris  
Ostentans, oculis, nutuque, & voce canora,  
Septius exclusos reuocat iam lenis amantes,)  
Non graue sit citharam de poste refigere sacro,  
Pérque omnes vicos, per publica compita, circumque  
Instaurata urbis pomæria iam rediuiua,  
Suauè sonante lyra deductum dicere carmen,  
Pristina quo cultus monumenta, tuique decoris  
Restituas animis hominum, sensimq; reportes  
Famam illam, & nomen cunctis memorabile terris.*

17 *Nam post hæc eadem decursa decennia septem,  
(Vera loquor) Deus arce Tyrum miseratus ab alta,  
Sedibus antiquis, priscoque reponet honori,  
Amiffas duplicans merces, & dulcia lucra;  
Vnde per ingentes circum omnia littora tractus,  
Mutua sese inter peragent commercia gentes.*

*Non dolus his, non fraus, non subdola captio, verùm  
Prærit alma fides: O térque quaterque beatas  
Merces, quas neque Dis, neque natus Atlantide Maia  
Mercurius sibi sacrabit, nec Mammonis arca  
Mille seris olim signata recondet auari:*

18 *Sed sacrosanctas Domino, summoque dicatas  
Aeternoque Deo, consumet clarior vsus,  
Distribuens pensas tam iusto pondere partes  
Vni-cuique suas, ut nemo queratur egenus,  
Qui non prædulci saturetur pane, nouisque  
Quandocunque volet veteres permutet amictus,*

*Quæ Tyriis, quæ palmifera ventura Damasco,  
Excidia & clades, tempestas quanta beatas  
Instet agris Arabum, quàm sanguinolenta sequantur  
Vicinos nimium populos, semperque rebelles  
Bella Palaestinos, & dulce fragrantis Idumes,  
Balsameos colles, quam tristi sorte, subacti*

N 2

Frana

15 Et erit in die illa: In obliuione eris & Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis viuis. At post septuaginta annos erit Tyro quasi caticum meretricis.

16 Sume tibi citharam, circui ciuitatem meretricis obliuioni tradita: Bene cane, frequenta canticum, ut memoria sit tui.

17 Et erit post septuaginta annos visitabit Dominus Tyrum: & reducet eam ad merces suas, & rursum fornicabitur cū vniuersis regnis super faciem terræ.

18 Et erunt merces eius sanctificatæ Domino. Non condetur neq; reponentur: quia his qui habitauerunt coram Domino erit negotiatio eius: ut manducent ad satietatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

Hac

Fræna orbis Deus Assyrio de rege reposcet;  
 Quæque aliis alia immittet regionibus olim  
 Funera, veridico prædiximus hæcenus ore.  
 At nunc fatalem celi terræq; marisque,  
 Conuulsa mundi magni compage, ruinam  
 Voce rata canimus: mortales credite tandem,  
 Credite mortales, nec perpetua esse putate

Cap. 24.

1 Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget eam, & faciem eius, & disperget habitatores eius.

2 Et erit sicut populus, sic sacerdos; & sicut feruus sic Dominus eius; & sicut ancilla sic domina eius; sicut emens sic ille qui vendit; sicut foenerator, sic ille qui mutuum accipit; sicut qui repetit, sic ille qui debet.

3 Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc:

4 Luxit & defluxit terra & infirmata est, defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ.

5 Et terra infecta est ab habitatoribus suis. Quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, & dissipauerunt fœdus sempiternum.

Ecce, Ecce diem vectus curru sol præpete voluit  
 Supremum celo terræq; marique futurum,  
 Quo tellus Domini dextra concussa rubente,  
 Iam sterilis, iam nuda, suisque orbata colonis,  
 Et feces exuta omnes, purgatæque tandem,  
 In tenues sidat flammis resoluta fanillas.

Illa dies hominum generi suprema, sacratis  
 Aequabit plebem nullo discrimine mystis;  
 Et seruos dominis: emptores, atque danistas  
 Atque pettores exactoresque molestos,  
 Iure pari ad summum trahet abripitque tribunal,  
 Quo reliquatorum turbam, miserôsque alieno  
 Addictos ari, & seruili compede nexos.

At non per partes, ut quondam, terra dehiscet,  
 Aut absorpta mari, aut flammis absorpta peribit:  
 Tota sed heu quanta est, à centro funditus imo  
 Vsq; superficiem summam considet in ignes,  
 Arboribus simul arambustis, plantisque, satisque,  
 Et quidquid vinum vegetumque superstes in illa est,  
 Seu cute, seu pennis squammis-ve pilis-ve tegetur,  
 Omnia vastatrix populabitur iratonantis.

Nam pater omnipotens, qui nutu temperat orbem,  
 Ipse statas posuit metas & tempora rebus,  
 Quæ non ulli hominum, fas nulli inhibere Deorum.

Hæc fatus: magnus terras resonabit in omnes  
 Luctus, ubi fluere & ruere omnia visa repente  
 In chaos antiquum, tremefactæque frugiferentis  
 Fundamenta soli, labefacta mole fatiscunt.  
 Tum demum, qui se populo præstare putabant,  
 Prætumidi fastu, spirantisque alta, suisque  
 Diuitiis nimium freti dum vita manebat,  
 Spemq; decusque, & rem, vitamque, repente relinquunt.

Et merito, quis enim de tot modo millibus vnus  
 Qui terras habitant, non detestabile spreta  
 Exequitur pietate scelus? perit ipsa nefandis

Cap. 24.

Reliquatores dicuntur à I. C. qui integrum alienum nondum exoluerunt: L. L. cuius Titius ff. de adm. & peric. tut. & curat.

Terra, & omnia que in ea sunt opera igne excutentur. 2. Pet. cap. 3.

In superbos diuites & potententes.

Cul-

Cultorum vitiis tellus infecta suorum:  
 Namque omnes cupida sanctam de mente fugarunt  
 Iustitiam, leges ausi temerare paternas;  
 Iusque sacrum, fœdusque datum, mansuræque pacta  
 Per fas, atque nefas nullo violare pudore.

Protinus hinc varia clades, & funera diris  
 Ominibus, longè ante diem præuisa supremum,  
 Absument genus humanum, terræque vorabunt,  
 Vt nulli superent cultores: quippe ubi victrix  
 Impietas animis hominum virtutis amorem  
 Depulerit, scelerique locus, regnumque furori  
 Per terras omnes, oppresso iure, patebit;  
 Quis non fatalem rerum, mundi que ruinam,  
 Auguret heu nimium vates præfagus adesse?

Lugebit viduata comis, spoliata corymbis,  
 Vitis, & autumnis botros, sua dona, negabit,  
 Tristitiam paritura grauem, quibus antea molles  
 Et lætas inter genio indulgere choreas  
 Mos erat, & longas in noctem ducere cœnas.

Ebrius haud illo feriet caua tempore quisquam  
 Tympana, cessabunt rauca vinosa tabernæ  
 Cantica, mutus erit fidicen, citharista tacebit;  
 Vina coronatis solitus spumantia mensis  
 Versibus oblectare nouis & carmine dulci,  
 Nunc exhausta, statim in tristes abitura sapes.

Hoc opus, hæc mundi moles operosa caduci,  
 Quam velut urbem habitant, magna quicunque fruuntur  
 Munere telluris, sensim labentibus annis  
 Deteritur, magna semel occubitura ruina,  
 Cum tectum omne sui viduum vacuumque coloni  
 Attoniti linqunt, & per fora, perque plateas,  
 Vicatim, nullo discurrunt limine tuti  
 Pectora plangentes palmis, seseque malamque  
 Luxuriam feris ululatibus execrantes.  
 Lætitia abscedet procul omnis, & omnia terras  
 Gaudia destituent, celo translata sereno.

Nil medio, nihil extremis habitabitur orbis  
 Partibus: ipsa etiam magni pomæria mundi,  
 Et quidquid tellus, quidquid mare continet, obita  
 Opprimet vna dies, diro concussa fragore,  
 Vna eademque trahens hominesque feræque ruina.  
 Rarus erit quisquis cladem superauerit istam,  
 Rarior excussa remanentibus arbore baccis,

N 3

Rarior

6 Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccatores habitatores eius. Ideoque infaniet cultores eius & relinquentur homines pauci.

7 Luxit vindemia, infirmata est vitis. Eringemuerunt omnes qui lætabantur corde.

8 Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, contineuit dulcedo cytharæ.  
 9 Cum cantico non bibunt vinum, sed amara erit potio bibentibus illam.

10 Attrita est ciuitas vanitatis. Clausa est omnis domus nullo introeunte.

11 Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, tralatum est gaudium terræ.

12 Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas.

13 Quia hæcerunt in medio terre, in medio populorum. Quomodo si pauci oliuæ quæ remanent excussa olea, & racemam fuerit finita vindemia.

Rarior excerpta neglectis vitæ racemis.

14 Hi leuabunt vocẽ suam, & laudabũt: cũ glorificatus fuerit Dominus, hincient de mari.

14 Inuictus numerus tamen, & vi nescius vlla Non coluisse datum fidei sub pignore fœdus, Tum demum liber, victo que animosior hoste, Eriget in calum voces, pœanęque læto Excipiet celsis venientem nubibus illum Regnatorem orbis quasitorẽmque supremum, Aduentum illius celebrem, (pulli in star equini Matrem in odorantis) gestu hincientũque salutans.

15 Propter hoc in doctrinis glorificate nomen Domini, in infulis maris nomen Domini Isiael.

15 Quare agite, o quibus hæc arcano numine diuina Scire datum est, mortis domita, vitæque perennis Auctorem largis laudum cumulate trophæis. Et vos qui terras pelago stagnante direntas Incolitis, procul orbe siti gens extera nostro, Isacidum celebrate Deum, Dominũmque frequentes.

16 A finibus terræ laudes audiuius, gloriam iusti. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi, vix mihi. Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricationes transgressorum præuaricati sunt.

16 Tunc erit, ut vastis spatiosi a finibus orbis, Laus tua, magne Deus, tua gloria magna canatur. Sed quid ego hæc? quis sũ, aut vbi sũ? pro sũme deorũ? Quid video? quã magna mihi, quã cognita nulli Arcana, o genitor, penitusque recondita nudas? Heu me: non ego si per centum ferrea fauces Vox rumpat, scelerum cunctas percurrere formas, Et sceleratorum possim comprehendere pœnas. Quantos ille dies gemitus, quantosque dolores, Quã seros fletus mortalibus afferet agris?

17 Formido & fouea & laqueus super te qui habitator es terrę. 18 Erent qui fugerit a facie formidinis, cederet in foueam. Et qui explicauerit se a fouea, tenebitur laqueo. Quia catatactæ de excelsis apertæ sunt, & concutentur fundamenta terræ.

17 Iam tibi vincula pedes, terra infelicis alumne, Iam tibi colla tenax constringit liuida nodus. 18 Non fuga, nõ latebra miseris, non vlla virũm vis Profuerit: sua quemque manet certissima pœna, Nec, si cui laqueum, strictũm-ve euadere ferrum Contigerit, securus erit, sed carcere clausi, Supplicii omnes variis, (ne quare doceri Quod pœna genus,) æternum sine fine prementur.

19 Cõfractio constringetur terra, conuulsio conteretur, commotione commouebitur.

19 Nam Deus a summa cali bipatente fenestra Commotus, terram fundo quassabit ab imo: Humana aspiciet cuncta, & crudelibus ausis Illa ruet magno prius exagitata tremore, 20 Et poti de more senis, multo que madentis Membra mero, cui pesq; manũque capũtque vacillat, Instabilis fundoque suo matẽ fulta, modo illuc, Huc modo deuerget, tandemque impulsa, nec vnquam Surrectura, grauem, rupta compage, ruinam Supremãque dabit, tam reddita nulla repente, Tam facile a medio dextra sublata Tonantis,

20 Et agitatione agitabitur sicut ebrius. Et auferetur quasi tabernaculũ vnus noctis. Et grauabit eam iniquitas sua, & non adiciet vt resurgat.

Quã

Centum falus & vocatio.

Hic interpretet auctores sunt duo secreta vari reuelata: secretum vitiorũ & secretum salutis: salutis vitiorũ, & vitiorũ iudiciorum.

Bipatentem fenestram intellige oculos iustitię diuinę, misericordes in pios, seueros ac truces in impios: & hoc sibi vult secretum duplex huius vallis.

Quã sua robustus tollit magalia pastor, Cum lux, nocte obita, nouũ iter, noua pascua monstrat, Nempe sua hos illi casus, & funera, dira Impietas pariet, cunctorum causa malorum.

21 Quinetiam pictis variantia signa figuris, Iussa suos olim decurrere quaque per orbis, Insigni specie, miro ordine, lege perenni, Qua non vllũ acies superis ornatior auris Militat, egregium cali versatilis agmen, Sede sua pellet, caloque fugabit ab alto.

22 Quotquot & inferior colitur legionibus aër Spirituum terras inter lunamque vagantum, Perpetuos nostri (fas credere) sanguinis hostes, Precipites actos, & caco carcere clausos, Sulphureoque lacu merfos, Deus ultor in vnũ Constringet vebuti fascem, arsurũque manipulum, Ignibus arsurum æternis sine fine manipulum.

23 Tuna quoque sol vultum confusus & ora rubore Sanguineo signata soror, decus armipotentis Horrebit regale Dei, cum nubibus altis Inuectus, celebrique senum comitatus onantum Agmine, ius sancta cum maiestate supremum Dicturus, Solymis, celsaque Sione sedebit.

Cap. 25.

1 Propterea te sancte parens, te magne canemus Arbitri humani generis, iustissime iudex. Tu mihi carmen eris, vitæ o melioris origo Principiumque nouæ. Te, te, nomẽque tremendum, Et calo & terris, digno celebrabimus hymno.

2 Tu Deus, a prima nascentis origine mundi Tempus ad hoc nostrum, solus miracula magna Patraisti, attoniti quæ suspexere parentes, Tu quascunque sacro leges semel ore tulisti, Et quæcunque tuo decresti pectore fata, (Vera loquor verus) fixa, atque immota steterẽ Semper, & haud vllis variarunt irrita sacris

3 Nam simul insonuit tua vox, pulcherrima mundi Turrigeri facies, tam longo immobilis æno, Tot basibus stabilita, tuis tabefacta lacertis Nil nisi inæquales tumultos, nil præter acervos, Ruderæque ornatu de tam florente reliquit. Tu pater, elisis iaculatus nubibus ignem Munias vrbes, præcinctæque mœnia fossis Et turres, castellæque fulmine deiecisti,

Puturatum quam prætesita suo more canit, quod sero omnes Prophetæ v-surgant.

21 Eterit in die illa: Visitabit Dominus super militiam celi in excelsis, & super reges terræ qui sunt super terram.

22 Et congregabuntur in congregatione vnus falcis in lacum. Et claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur.

23 Et erubescet luna & confundetur sol: cũ regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senũ suorum fuerit glorificatus.

Cap. 25. 1 Domine, Deus meus tu, exaltabo te & cõfitebor nomini tuo. Quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amẽ

2 Quoniam posuisti ciuitatem in tumultu, urbem fortem in ruinam: domum alienorum vt nõ sit ciuitas, & in sempiternũ non ædificetur.

Hoc

Hoc ipso telo tonitruque flagrauit eodem  
Ingens illa domus, qua non populosior vlla,  
Arx alienigenæ gentis, scelerum impia sedes;  
Quæ deleta semel, nullo instaurabitur auro.  
Iure tuas igitur laudes inuicta somabit  
Militiæ pubes, animis quæ fortibus ausa est  
Signa sequi tua, & aduersas contemnere partes,  
Felix ille virum cætus, quos robore duro  
Ter triplicique are armasti, te semper amabit,  
Et meritò colet, & prono reuerebitur ore.

Namque illis validas misisti in pectora vires,  
Cum res angustæ premerent, cum turbine sauo  
Iactati, sortem immeritò paterentur iniquam.  
Tu portus, tu spes in tempestate fuisti,  
Umbræque feruentes aduersus frigida soles:  
Non etenim per se tam saui incur sibus hostis  
Esse pares poterant, nisi tu pater alme tulisses  
Auxilium præsens: nam sicut robora, ni sint  
Alte fixa solo & firma radice ligentur,  
Turbo rapit diuisa iugis, vertitque ruitque;  
Sic nisi munierit nostrum constantia pectus  
Viuida (sancte tuum ò genitor constantia munus)  
Labimur impulsu primo, nec surgere lapsis  
Spes vis-ve vlla super; ni tu porrexeris alto  
De calo dextram, præstoque cadentibus adsis:

Quod facis, & facies semper, ter maxime diuum,  
Non secus indomitos pollensque potensque tyrannos  
Vimque superborum rectæ rationis egentem,  
Consilii que boni expertes infringere vires,  
Quam per hiulca siti riguiq; carentia lymphis  
Arua, viatorem canis æstifer vrit anhelum,  
Aut vitem teneram rapido necat igneus astro.

At postquam manes demersa morte sub imos,  
Ius nullum S atan.as vinculis oneratus habebit,  
Armipotensque Deus partiam pace, renati  
Iamque repurgati susceperit orbis habenas,  
Tum populis sanctum hunc in montem rite vocatis,  
Insignem insigni pompa comit ante triumphum  
Iure suo celebrans, epulum regale parabit,  
Magnificè structis per mille triclinia mensis,  
Apponētque dapes, obsonia pinguia, lectas  
Plurima permiscens cænæ decus adiuicialis  
Fercula, mellitâsque medullatâsque placentas.

Domum alieni-  
noris hoci-  
co intellige  
cæcus & cœci-  
habula impio-  
rum: unde  
septuag. verte-  
runt, ciuita-  
tē impiorum.  
Ecclesiæ quæ  
militari iam  
regnantis in  
Deum suum  
laudes.

Adiuicialis cœ-  
na dicebatur  
cui semper a-  
liquid per  
nouos missus  
adiiciebatur,  
cui aptissime  
comparari  
potest gratia  
Dei.

Et

Et genus omne nouæ bellaria lautitiei,  
Vinæque fusa cadis bene defecata picatis,  
Largus opum promet sine more modòque suarum.

Hoc ipso quoque monte, sacra post singula pompe  
Fercula, per letum faustis prælata triumphum  
Ominibus, currum pileata sequetur eburnum  
Turba virum, laqueo ceruicem & brachia tristi  
Torta catenati, iam dudum ab origine prima  
Quos Deus vno omnes edicto soluet, & illud  
Ingens, horrendum, nulloque domabile ferro,  
Ipse sua scindet vinculum fatale securi,

Et funem abrumpet, textique ligamina lini,  
Aeterno damnans \* absorbtam carcere mortem.  
Tum luctus, gemitusque procul, fletusque faceffent,  
Nulla oculos lacryma, nullus confusa notabit  
Ora rubor, Deus hæc Deus vna eademque litura  
Deterget: procul opprobrium, atque infamia turpis,  
Triste procul toto decedet dedecus orbe.

Hæc rata erunt: Deus est calo qui fatur ab alto.  
O qui plausus erit populi sua dona, suâsque  
Tum demum agnoscentis opes! En (scilicet) ille,  
Ille Deus (dicent) noster, qui vota suorum  
Irrita, nec rapidis spes nostras tradidit austris.  
En Dominus Deus ille Deus, quem profuit arctis.  
Fortiter in rebus diro expectasse sub hoste.

En nostræ pretium fidei, mercèsq; laboris:  
Iam præsto est promissa salus, æterna voluptas,  
Qua fruimur magni præclaro munere regis,  
Veriloquique Dei, <sup>10</sup> miranda potentia cuius  
Omnibus hoc ipso sacclis in monte canetur.

At verò aduersas (quæ plurima turba) phalanges,  
Vt paleæ tenues plaustra crepitante teruntur,  
Comminuet Deus armipotens, <sup>11</sup> frustra q; natantum  
In morem, nunc huc, nunc illuc fessa vicissim  
Brachia tæctantes sterneret: tum gloria vestra  
Occidet, ò reges, fastisq; abrasâ vetustis,  
Et tituli, <sup>12</sup> atque arces, & latis mœnia fossis  
Vallata, in cinerem & fimum soluentur inanem.

Cap. 26. <sup>1</sup> His demum exactis, quæcunque vireta tenebunt  
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas,  
Purus ubi campis pluuio sine turbine ventus  
Spirat, & æterna ver immortalale iuuenta,  
Felicis animæ, fati votique potentes,

Per vinculum,  
peccatum in-  
telligimus  
quo omnes  
Adami poste-  
ri obligantur.  
\* Absorbēt  
mortem vi-  
ctoria, legit  
Arias Mon-  
tanus: id est,  
Absorpta est  
mors in vi-  
ctoria.

7 Et præcipitabit in  
monte isto faciem  
vinculi colligati super  
omnes populos: & te-  
lâ quâ orditus est in-  
per omnes nationes.

8 Præcipitabit mor-  
tem in sempiternum.  
Et auferet Dominus  
Deus lacrymam ab  
omni facie: & oppro-  
brium ab vniuersâ  
terra: quia Dominus  
loctus est.

9 Et dicet in die illa:  
Ecce Deus noster  
istè; expectauim⁹ eū,  
& saluauit nos. Iste  
Dominus; sustinui-  
mus eū, & lætatur  
in salutare eius.

10 Quia requiescet  
manus Domini in  
monte isto. Et tritu-  
rabitur Moab sub eo,  
sicut teruntur paleæ  
sub plastro.

11 Et extēdet manus  
suas sub eo, sicut ex-  
tendit natans ad na-  
tandum: & humilia-  
bit gloriam eius cum  
allisione manuum eius.

12 Et munimēta sub-  
limium murorū tuo-  
rum concident: &  
humiliabuntur & de-  
trahentur in terram  
vsque ad puluerem.

Cap. 26.

1 In die illa cantabi-  
tur canticum istud in  
terra Iuda; Vrbis for-  
titudinis nostræ Sion:  
Saluator ponetur in  
ca murus & antemu-  
rale.

3 Propter hoc lauda-  
bit te populus fortis,  
ciuitas gentium ro-  
bustarum timebit te.

4 Quia factus es for-  
titudinis pauperi; forti-  
tudo egeno in tribu-  
latione sua: spes a tur-  
bine, umbraculum ab  
æstu. Spiritus enim  
robustorum quasi turbo  
impellens parietem.

5 Sicut æstus in siti,  
tumultum alienorum  
humiliabis. Et quasi  
calore sub nube tor-  
rente propagineum  
fortium marcescere  
facies.

6 Et faciet Dominus  
exercituum omnibus  
populis in monte hoc  
conuiuium pinguiū:  
conuiuium vnde-  
miæ: conuiuium pin-  
guium medullatorū:  
conuiuium vnde-  
miæ defecate.

O

Non

Non intermissis pangent hunc cantibus hymnum:

Qui sibi diuitias quondam dum vita manebat,  
Audaci peperere manu, qui bella secuti  
Impia, crudeles insonti sanguine dextras  
Tingere non veriti, ius ausis fasque nefandis  
Iustitiãque ipsam cupida de mente fugarunt,  
Illi vrbes, illi turrita palatia nuper  
Inuitis ablata fleant, mœstique requirant,  
Nequicquam fuso gemitu qua gratia luxus  
Sauitiaeque fuit viuis; qua cura superbas  
Cogere opes, eadem merfos Acheronte sequatur.  
Nos nihil hac tangunt alta iam pace fruentes,  
Et meliore loco postos: vrbs nostra inq̄que  
Arx fundata alto, nullisq̄que obnoxia telis:  
Est Deus, ille Deus, populi tutela salusque  
Vera sui, murusque minas aduersus inanes,  
Et propugnaculum nullo superabile Marte.

2 A perire portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.

3 Vetus error abiit: seruabis pacem, quia in te sperauimus

4 Sperastis in Domino in saeculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

5 Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem.

6 Conculcabit eam pes, pes pauperis & gressus egenorum.

7 Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.

At vos o sancta custodes vrbis, apertis  
Excipite hanc gentem portis, qua conscia recti  
Ius verumque colit, coluitque tenaciter omni  
Tempore: nam veterem iam dudum pectore toto  
Errorem exspuimus, noua iam sunt omnia nobis.  
Quare promissam, genitor sanctissime, pacem  
Seruabis, pacem viuis, & lumine caesis  
Optatam: nam siue mori, siue viuere dones,  
Tu spes semper eris nostra non vana salutis.  
Hic certe Deus est, quem vos sperastis ab alto,  
Felices anima, & saeculis melioribus orta;  
Sed quem, quaso, Deum? non muto stipite sculptum,  
Ast immortalcm, fandi memorem atque nefandi,  
Vlciscique malos, iustosque beare potentem.  
Hic est ille Deus, qui fulminis igne trisulci  
Terribilem armatus dextram, fera colla, trucisq̄que  
Regum ceruices curuabit, & alta tenentes,  
Sublimique loco fissos detruhet ad ima.  
Hic est qui magnas face vindice adobruet vrbes,  
Aequabitque solo, redigetque in pulueris atri  
Congeriem informem. pes proteret inuidus illam,  
Pes inopis, & planta virum non mollis egentum.  
At iustos, duce te mundi per deuia durum  
Carpentes iter, & nulli remeabile viuo,  
Non implexarum diuortia torta viarum,  
Non densi saltus, non difficiles conualles,

Hymnus siue canticum Ecclesiae triumphantis post consummationem saeculi.

Inuidiose dictum in diuites & potentes, ad consolationem pauperum & abiectionem.

A recto

A recto poterunt unquam diuertere calle,  
Sed stabili monstrata semel compendia passu,  
Non hoc, non illo seducti errore, sequentur.  
Atque adeo, si quando pedes offendere nostros  
Contigit, erigimur subito; te nempe paratam,  
Dux bone, dante manum, callẽmque docete relictum.

Et quanquam lapsus non sit leuis, attamen in te  
Sperantes, ductumque tuum, quemcunque laborem  
Ipse iubes, alacres ferimus, semperque feremus:  
Donec (quod votis ardentibus expectamus)  
Nomen ubique tuum, promissis ritẽ solutis,  
Expletãque fide, populo celebretur ab omni.

Interea, seu nox tenebras inducat inertes,  
Seu roseum lux alma diem, te pectore toto  
Quarimus, o hominum superumq̄, aeterna voluptas,  
Te mentes sitiunt unum, praecordia anhelant  
Nostra, Deus nostra custos auctorque salutis.

At non hos ignes, hos puri pectoris aestus,  
Votãque prapetibus caelum affectantia pennas,  
Impia persentit scelerate insania turba,  
Nec nisi cum leges exerces vltor acerbis,  
Iustitia meminere tua scelerumque suorum.  
Frustra, igitur, frustra populi miscrebere talis,  
Alme parens, nihil ille tua mutatus ab ira,  
Aut pietate, bonum postponere perget iniquo,  
Audax, inter eos faciunt qui iusta docentque,  
Omne genus scelerum nullo patrare pudore.  
Iure igitur, qua tanta bonis tam certa parasti  
Praemia, confesso exclusi caetũque piorum,  
Heu, seris lacrymis, sese amisisse dolebunt.

Horrenda consuminatio.

Quare age, summe deum, qui caelo fulmina vibras,  
Crimina perque omnes vlceris omnia gentes,  
Exsurge o vindex, flammantẽmque exere dextram.  
Cur adeo lentus iustas armaris in iras?  
Iam dudum infesta lapidatos grandine, totis  
Fas fuerat per cacarapi vestigia campis.  
Ne te, neu ve tui regni decora alta viderent,  
Sed magis ut videant, imabescantque videndo.

Quis nunquam dabitur (nec enim meruere) fruisi,  
Redde oculos, miseris rumbantur ut ilia tandem,  
Inuidiaque crepent vsti liuore medullas.

Interea nullo pax dissoluenda tumultu,  
Aurea pax, diuim munus, hominumque voluptas,

O 2 Te,

8 Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te: & nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animae.

9 Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in praecordiis meis de mane vigiabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discet habitatores orbis.

10 Misereamur impio, & non discet iustitiam facere: in terra sanctorum iniqua gestit, & non videbit gloriam Domini.

11 Domine exaltet manus tua ut non videant: videant & confundantur zelates populi, & ignis hostes tuos deuoret.

12 Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es in nobis.



Te, pater, aeterno nobiscum fœdere iunget,  
 Ut post exhaustos per tot fera bella labores,  
 Billa quibus lato defungi sine dedisti,  
 Perpetuos tecum iuncti regnemus in annos.

13 Domine Dominus  
 noster, possederit nos  
 domini absque te.  
 Tantum in te recor-  
 demur nominis tui.

14 Moriētes nō uiuāt:  
 Gigantes non resur-  
 rant. Propterea visi-  
 tasti & contriuisi eos,  
 & perdidisti omnem  
 memoriā eorum.

15 Indulisti genti  
 Domine, indulisti  
 genti: nunquid glo-  
 rificatus es? elongasti  
 terminos terræ.

16 Domine, in angu-  
 stia requisierunt te, in  
 tribulatione murmur-  
 ris doctrina tua eis.

17 Sicut quæ conce-  
 pit, cū appropinqua-  
 uerit ad partum dolēs  
 clamat in doloribus  
 suis: sic facti fumus à  
 facie tua Domine:

18 Concepimus &  
 quasi parturimus, &  
 peperimus spiritum  
 iustitiæ. Salutes non  
 fecimus in terra, ideo  
 non ceciderunt habi-  
 tatores terræ.

13 Nam satis atque satis crudeles hæcenus agri  
 Pertulimus dominos, dudum, pater optime, dudum  
 Tam seui imperij pertasum: solue cruento  
 Colla iugo, rursusque tuam bonus assere gentem;  
 Tantum, ut voce tui nostra celebrentur honores;  
 Illi autem dira noti feritate gigantes,

14 Postquam mors anima rigidus absoluerit artus,  
 Aeterna semper morituri nocte premantur,  
 Calcataque tuo pede, protritique, sine ulla  
 Nomine, uiuorum sacro radantur ab albo.

15 Nam quid in ingratos effusa prodigus arca,  
 Heu nisi contemptum, fastumque, minasque tulisti?  
 Num tibi, pro regnis ulla sine limite certo  
 Protensis quacunque patet tellusque fretumque,  
 Gratia vel solo ulla est unquam reddita uerbo?

16 O duros quos nec fors laeta, nec aspera flexit  
 Admonuit - ue simul sapere! O quam rectius illi.  
 Qui te, felices si non, at tempore saltem  
 Quasi uere malo, seuisque doloribus hausti  
 Præq, metu uix mussantes, statuere repente,  
 Mutati, ad tua iussa suos componere mores!

Quod facinus, te dante nouis conatibus auctus  
 Successusque bonos, & continuum incrementum.

17 Nam uelut illa, cui post tot fastidia, primus  
 Mensibus exactis emature scere partus  
 Incipit, & iam iamq, premens erumpere gessit,  
 Fallit inexpertos solo clamore dolores,  
 Mox parit insignem pressura oblita puellum,  
 Matri pertentant tacitum noua gaudia pectus:

18 Sic nos, queis longo de te conceptus ab usu  
 Pœnarum timor est, magno nixu atque labore  
 Vexati, tandem parimus, lætique nouello  
 Iustitiæ fœtu, nostros miramur honores.

Ab pater, omnigenum motorque datorque honoris,  
 Ab utinam, nobis te obstetricante, liceret  
 Edere maturum perfecto tempore partum!  
 Haud ita terrigenum floreret magna per orbem  
 Turba uirum, ad luctam nobis pugnamque relicta  
 Difficilem dubiamque. o terque quaterque beatos,

Qui,

Vexatio dat  
 intellectum.

Qui, ne uicta darent seruili colla catena,  
 Acciperentque ultro dominos diuersa iubentes,  
 Prælegere mori, fusosq, impune cruore  
 Iustitiam propter, uerique tenacis amorem,  
 Sancte parens, animam pro te posuere uolentes!

Nec uero mors illa fuit, sed uita perennis:

19 uiuent illi etenim, uiuent per sacula cuncta,  
 Quos furor insontes inimicus & abstulit ensis.

Ergo agite, o anima felicia munerata passæ,  
 Excutite ingratum clara iam luce soporem,  
 Euigilate uiri, tumuli que emergite mutis,  
 Quos manus iniecto quondam pia puluere struxit,  
 Et lucis laudate Deum uitæq, datorem.

Tu pater, æstiuo ueluti quum languida sole  
 Herba iacet, si forte nouo cum mane resudet

Ros gelidus, reparat rediuiua repente uirorem,  
 Floricomamque aliè & fragrans caput ardua tollat:

Non aliter uita functos, terraque iacentes  
 Magnanimos quondam heroas, pro te oppetere ausos

Erigis, irrorasque nouum per membra uigorem,  
 Membra nigra post hac nequaquam obnoxia morti.

Illa suum in solos ius exercere tyrannos  
 Perstet, & aeterna teneat sub nocte sepultos.

20 Interea saluete pij, mea maxima cura,  
 Iustorum cineres manesque animasq, uirorum:

Dumq, meus totam iustus furor euomat iram,  
 Sedibus inclusi uestris, dulcique parentis

Telluris gremio, lucem expectate propinquam.

21 Ecce etenim (nec longa mora est) descendet ab arce  
 Cælesti Deus altitonans, terrasque nocentes

Terricolasque simul uisitet quæ sit acerbus;  
 Tum sua supplicis homines infanda scelesti

Facta luent dignis, tum iustum terra cruorem  
 Quem biberat quondam, reuomet, cæcosque cauernis  
 Eductos imis, cælo uitæq, remittet.

Cap. 27. 1 Tum quoque ne tanto desit suprema triumpho  
 Laurea, ne uel aliquo metus ullus ab hoste relictus

Victori partum minuat decus, ultima belli  
 Victima fatalis serpens erit improbus ille

Leuiathan, generis nostri certissimus hostis.

Namque hunc immensis sinuantem squammea spiris  
 Terga, quibus terras amplexus & æquora, cælum,  
 Cælum etiam uertere opposito (ni fata resistent)

O 3

Aethe-

Laus & com-  
 mendatio  
 martyij.

Manifestum  
 de resurre-  
 ctione cor-  
 porum testimo-  
 nium.

19 uiuent mortui tui,  
 interfecti mei: resur-  
 gent. Expergiscin: mi:  
 & laudate qui habita-  
 ris in puluere: quia  
 ros lucis, ros tuus: &  
 terram gigantum de-  
 trahes in ruinam.

20 Vade popul<sup>9</sup> meus:  
 in cubicula tua, clau-  
 de ostia tua super te.  
 Abscondere modicum  
 ad momentum, donec  
 pertranseat indigna-  
 tio mea.

21 Ecce enim Domi-  
 nus egredietur de lo-  
 co suo, ut uisitet ini-  
 quitatem habitatoris  
 terræ contra eum: &  
 reuelabit terra san-  
 guinem suum, & non  
 operiet ultra interfe-  
 ctos suos.

Cap. 27:

1 In die illa uisitabit  
 Dominus in gladio  
 suo diro & grandi &  
 forti super Leuiathan  
 serpentem uestem: &  
 super Leuiathan ser-  
 pentem tortuosum, &  
 occidet cetum qui in  
 mari est.

*Aetherea (sue arces mortalibus inuidet agris,  
Hunc (inquam) spumante salo maria alta tenentem,  
Fluctu (sue arrepto sulcantem pectore cetum,  
Armatus gladio Deus, hamataque bipenni,  
Conficiet victor, truncumque relinquet arenam  
Perfossam innumeris repetita per illa plagis.*

1 In die illa vinea  
meri cantabit ei.

*Victorem superi, victorem homine (sue loquentur,  
Littora victorem, vallē (sue lacusque sonabunt.  
Tam longo tandem terrore metuque soluti  
Præcipue mater generosi siluaracemi  
Vitea, solatui pretiumque & causa laboris,  
Optime seruator, caso secunda dracone,  
Cantabit melicum, victori epinicia, carmen.*

2 Ego Dominus qui  
seruo eam, repente  
propinabo ei: ne forte  
visitetur contra eam,  
nocte & die seruo eam.

*Ipse autem pede terga premens immania lauo  
Porrecti in ventrem per bis duo iugera monstri,  
Vixetumque suum aspectans, vnaque rubentes,  
Hinc procul, edico, procul hinc absistite furum  
Turba rapax (dicet) sauoque animalia dente  
Noxia; quam posui pulchro Deus ordine vitem,  
Idem ego seruabo, manibus ne tangat auaris  
Fur, rostro-ve sagax vulpecula rodant adunco:  
Ne-ve suo teneram ledat canis astifer astro:  
Tempestiuus eam, me demittente, rigabit  
Aduersus solem resolutis nubibus imber.*

3 Non est indignatio  
mihī. Quis dabit me  
spinam aut veprem  
in proelio gradat super  
eam, succendam  
eam pauiter.

*Illam ego, siue dies, seu nox eat humida, celo  
Peruigil obseruo, ne qua malus ingruat hostis,  
Insidias hostis non nunquam intentus ad omnes.*

4 An potius tenebo  
fortitudinem meam?  
faciet pacem mihī,  
pacem faciet mihī.

*Inuide quid speras? An me vesane putasti  
Velle meis spinas vepre (sue inducere cultis,  
Aut flamma immissa felices vrere plantas?  
Aut conculcatas pessundare? militibus-ve  
Siluiculis-ve feris populandum pandere septum?  
An non (quod potius reor & sic numine firmo)  
Impendam vires istas roburque, meorum  
Tutela? & vitem quam nos conscuimus ipsi,  
Vt cæpi, seruabo, colam? colet illa colentem,  
Et mecum stabili componet fœdere pacem,  
Pacem quam nullo discordia tempore rumpet.*

5 Qui ingrediuntur  
impetu ad Iacob, flo-  
rebit & germinabit  
Israël, & implebunt  
faciem orbis leuinc.

*Tum demum felix prouentu vinea magno,  
Quique Israeliticis in eam translatus ab oris  
Surculus, & matri feliciter insitus almae,  
Florentes late ramos, & brachia tendent,  
Et\* consimineis implebunt fatibus orbem.*

Ecclesia hic  
sub vinea ty-  
po intelli-  
gitur.

Quæ sunt hæc  
vulpecula, vi-  
de commen-  
tatores in se-  
cundo capite  
Canticorum  
Cantici. Ego  
vulpinantes  
hæreticos  
intelligo, qui  
Ecclesiam de-  
prædantur.  
Aunt hoca-  
nimal à legē-  
dis eius legu-  
lum dici.

\*Hoc est, eodē  
semine nouis.  
Vtitur Colū.  
lib. 1. cap. vit.

Dic

*Dic tu qui magno genus Israël profectum  
Ostentas, & auos iactas ab origine prima,  
Dic age, dic repetens antiqua diaria, num te  
Maior (sue tuos exempla suprema merentes,  
Ille Deus, cuius nescit clementia finem,  
Tam durè est vltus, quàm vos crudeliter illum  
Sanctosque illius quondam lacerastis amicos?  
Non sanè: nec enim pœnis lætatur acerbis,  
Sed certalenis contentus lege, modoque  
Supplicij, leges sic exercebit, vt acrem  
Summi aciem turis clementia læta retundat.*

7 Nūquid iuxta pla-  
gam percussus se  
percussit cum? Aut  
sicut occidit interfe-  
ctos ei?, sic occisus est?

*Ergo modum statuens ira, frenosque furori  
Quamuis iusto adhibens, satis vltor mitis habebit,  
Cum tempus pœnis adierit fatale luendis,  
Ingratum laribus populium pepulisse paternis,  
Exsilioque breui multasse, velutque proteruo  
Abreptos venta, confluctatosque procella,  
Huc illuc varias orbis iactasse per oras.*

8 In mensura contra  
mensuram cum abie-  
cta fuerit, iudicabit  
eam. Meditatus est in  
spiritu suo duro per  
diem æstus.

*Talibus attritos damnis, domitosque, secundè  
Quos res non poterant inflectere, parua breuisque  
Aut famis aut belli clades, pestis-ve, feroces  
Contundet frangereque animos, nuperq. relictum  
Coget iter ressequi: Isacidias, veniamque rogare.  
Scilicet hos fructus à rebus carperet egenis  
Isacidum domus, vt patri, Dominoque Deoque  
Conciliata suo, & magni secunda timoris  
Condonata sibi scetèra audiat omnia gratis:  
Euertatque aras, lucosque, & templa deorum,  
Et simulachra citis succendat saxeis flammis,  
Detque Notis cineres vaga per freta ferre prophanos,  
Sèque suasque Deo soli iam consecret oras.*

9 Idcirco super hæc  
dimittetur iniquitas  
domui Iacob: & iste  
omnis fructus vt au-  
feratur peccati eius.  
Cum posuerint om-  
nes lapides altaris si-  
cut lapides cineris al-  
lidos, non stabunt lucra  
& delubra.

*At rigidi mores mutare, maloque manentes  
Proposito votoque suo, (mihī credite) tandem  
Fumantem patriam, seseque sub hoste videbunt:  
Hoc etenim quodcunque vides, quàm maxima surgit  
Ad celum Solyma, & turritas eminens arces.  
Ostentat muris nimium confisa superbis,  
Nil erit (ò rerum varias hominumque locorumque  
Instabile (sue vices!) nisi collis apricus & herba.  
Atque vbi nunc veterum stant alta palatia regum,  
Marmoreaq. domus, atque aurea curia Patrum,  
Mæsta soli facies, desertaque, & hispida dumis,  
Nulla hominum, pecoris vestigia multa minoris*

10 Ciuitas enim mu-  
nita desolata erit: spe-  
ciosa relinquetur, &  
dimittetur: quasi de-  
sertum. Ibi pascetur  
vitulus, & ibi accuba-  
bit, & consumet sura-  
mitates illius.

Maior

*Maioresque feret: summa pascuntur in arce  
Lanigerique greges, armentaque buccera, celsisque  
Insistent pinnis, illicque cubilia ponent.*

11 In siccitate messis illius conteretur, mulieres venietes, & docentes eam. Non est enim populus sapiens, propterea non miseretur eius qui fecit eum: & qui formavit eum, non parcet ei.

12 Erit in die illa, percussit Dominus ab alveo fluminis usque ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini unus & unus filij Israël.

13 Erit in die illa: Claretur in tuba magna, & veniet qui perdit fuerant de terra Assyriorum, & qui eieci erant de terra Aegypti: & adorabunt Dominum in monte sancto in Hierusalē.

*Hæc equidem fient, nec votis nequere vota  
Profuerit iam tum manifestis prodita signis,  
Cum Cerere exhausta, solitæque negantibus aruis  
Sufficere annonam, vicatim ex sanguine letho  
Corpora demittet famis immedicabile telum.  
Frustra femineis animati vocibus, urbem  
Tentabunt servare mares, vxoribus ipsi  
Imbelles magis, haud tot enim de millibus unus,  
Seu proceres censere iuuet, seu mobile vulgus,  
Aut sapiens aut fortis erit, mens, sensus, inertes,  
Consiliumque inopes, consternatioque relinquet.  
Quare nec parcet Deus illis ipse, sed omnem  
Littore ab Assyrio, limosi ad flumina Nili  
Vastabit ferro flammisque vltimicibus oram.  
At quibus Israël generisque & nominis auctor  
Verus erit, procul Aegypto Assyriaque, beati  
Quod sese extorres, patria occumbente, suaque  
Res olim abdiderant, alacres ad prima canentis  
Signa tuba, Solymos repetent, Dominoque paternis  
Ritibus, hoc ipso reduces in monte, litabunt.*

VATI-

**M** VSA Hebræa gradum iam siste, pedemque citatum  
Huc tandem refer, unde prius digressa fuisti,

*Iamque tuos repete, & propioribus occine sacris  
Fata sua: ac primum, (nec longè tempus abesse  
Auguror, aut meæ me falsum præsagia ludunt)  
Effraides tribubus denis regnoque tumentes,  
Qua fas quaque nefas domui Davidis adempto,  
Vinosi Effraides, contemptoresque sacrorum,  
Olim ut digna suis expendent præmia factis.  
Tum cane quot clades, quot funera digna sequentur  
Beniamino Iudaque satos, sua linqere regna  
Ausuros, Nilumque sequi, Inachiæque iuuenca,  
Cornigeroque Deum verum mutare Serapi,  
Multaque præterea, quæ calo Spiritus alto  
Dicitabit, casto tibi carmine sæpe vocandus.*

Cap. 28.  
Huius scissio-  
nis prophe-  
tiam habes  
Reg. 3. cap. 12.  
in diuisione  
pallij Abiaz  
prophetæ.

*Væ tibi, qui capiti infauisto diadema superbum  
Ausus es Effraida infelix imponere, regnum &  
Creuisti vetus, & partes bis quinque tulisti.  
Ebrie victæ mero Effraida, spes pascis inanes,  
Si stabile hoc scepturum, si maiestatis honorem  
Perpetuum tibi promittis, generique tuorum.  
Nam licet & pinguis tibi cesserit ora, tuique  
Monteque vallisque oleo, vinoque, bonaque  
Fruges fluant, & tota genu Samaritica flexo  
Plus quam diuinos regio concedat honores:  
Hoc decus, hæc ingens, atque inuidiosa beatis  
Gloria calitibus, flos ut contusis aratro,  
Corruet, haud unquam caput erectura superbum.  
En tibi, cum minimè reris, cum tuta putabis  
Omnia, longinquis Deus hostem excubit ob oris:  
Densior ille tuos hiberna grandine campos,  
Sæuus inundabit, victorque per intima regni  
Passim discurrens, bellum circumferet atrox,  
Turbinis in morem nunc huc nunc feruidus illuc  
Non expectat as rapiens in bella cohortes.  
Ac velut insano torrens per plana volutus  
Vortice, cuncta trahit, vertit, voluitque ruîtque:  
Sic ille effusus impatiens tardarier agmen,*

Dicit Hiero-  
nymus legit,  
Fortis & vali-  
dus Domini:  
ut intelligen-  
tur per vali-  
dum & fortē  
Domini, rex  
Assyriorum.  
Nos tumus  
ita interpre-  
tati.

Cap. 28.

1 Væ coronæ super-  
bia, ebruis Ephraim,  
& flori decidenti glo-  
riæ exultationis eius:  
qui erant in vertice  
vallis pinguissemque er-  
rantes à vino.

2 Ecce validus & for-  
tis Domini sicut im-  
petus grandinis: tur-  
bo confingens sicut  
impetus aquarum in-  
undantium & emis-  
sarum super terram  
spaciosam.

P Arces,

*Arces, & vicos, & cinctas mœnibus vrbes  
Vno eodémque feret sternétque rutéque fragore.*

3 Pedibus conculcabitur corona superbi ebriorum Esfrain.

4 Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem pingui, quasi temporaneum ante maturitatem autumnus: quod enim asperit videns, vt manu tenuerit, deuorabit illud.

5 In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ: & sertum exultationis residuo populi sui:

6 & spiritus iudicij sedenti super iudiciū, & fortitudo reuerentibus de bello ad portam.

7 Verim hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, & forpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudiciū.

8 Omnes enim mensa repletae sunt vomitu fordiumque, ita vt non esset vltra locus.

3 *Illam autem, illa tui capitis decus, illa superba  
Frontis homos, gemmis fulgens, auróque tiara,  
Calonum pedibus calcabitur,*

4 *& tua celo  
Aemula maiestas vt flos contusus aratro  
Corruet, haud vnquam caput erectura sepultum.*

5 *Et quidquid pingui fundet tua copia cornu,*

6 *Far, oleum, vinum, Samaritanagq; beatas*

7 *Vallis opes, celeri consumet prodigus vsu*

8 *Miles, tam facile quam prematura viator*

9 *Poma vorat sitiens, oblata ex arbore rapta.*

10 *Hæc te fata manent temulento perditæ luxu*

11 *Effraida, sed us qui te fugitiue relicto*

12 *Serue, datum à Domino regem coluere fideles,*

13 *Ipse Deus sertum dabit, insignemque coronam,*

14 *Gloria & immortalis lætitia intertextam:*

15 *At regi quem præfecit, solioque sedere*

16 *Purpureo voluit, genus alto à sanguine regum,*

17 *Iudicium mentemque dabit, qua temperet æquum*

18 *Iusque suis leni mixtum moderamine reddat,*

19 *Militibus verò fortes in prælia dextras,*

20 *Felicisque domum reditus fusi q; fugati que*

21 *Hostibus in patria solennes vrbe triumphos.*

22 *Dira (sed hos etiam) flens dicere cogor amici)*

23 *Incessit leges temerare libido paternas;*

24 *Quippe expugnatam prorumpens mentis in arcem,*

25 *Molle merum mutauit eos, animisque furorem*

26 *Indidit, vt legum, monitorum, & fœderis ictri.*

27 *Immemores, vero virtutis calle relicto,*

28 *Turpiter auersos agerent per deuia currus.*

29 *Quid, quod & hæc eadem pestis peruasit ad ipsos?*

30 *Fœda sacerdotes, vatesque afflauit anhelos?*

31 *Hos quoque spumantes patera (ne dira per omnem*

32 *Non fluerent populum tetri contagia morbi)*

33 *Vinaq; sumpta cadis ingentibus incantauerunt,*

34 *Euersoque statu mentis, victoque cerebro.*

35 *Induxere Dei scelerata obliuia summi:*

36 *Nec verò ista sitis poscit sibi pocula feruens;*

37 *Sed furor indomitus, brutisque ignota voluptas:*

38 *Namque bibunt veluti irati perdere vina,*

39 *Aut fundunt potius (pudet ista referre) quod ipse*

40 *Mox stomachus vomitu mensas fœdante reiecit.*

Hieroboamū intellige sertum Salomonis Regum 3. cap. 12. Pax plebi, & securitas.

Spiritus iudicij, regi pio qualis erat Hefechias, de quo hic sermo est.

Inuehitur in ceterum vinosum & ebriosum.

Idq;

*Idq; semel, bis, terque: videt ne vt nulla per urbem  
Non madeat fœdo perfusa liquamine mensa?*

*Tam dulce est præsens, & quo haud præsentius vllum,  
Instillare per os vel eo renuente venenum.*

9 *I nunc, & vino madidis quid pagina narret*

10 *Sacra cane, & dia monitus edisserere legis;*

11 *Quis dociles animos, quis amicas arriget aures?*

12 *Quis sanctos discet plena inter pocula mores?*

13 *Vino animi torpent, vino exsurdantur & aures:*

14 *Quos igitur, nisi iam depulso lacte, docebis?*

15 *Quos nisi perteneros, & adhuc genitricis amico*

16 *Reptantes gremio? nam cætera turba docenti*

17 *Obstrepet, & quis hic est (dicent) cui semper in ore*

18 *Nescio quod, manda, manda, rursumque remanda,*

19 *Expecta, expecta, modicum isthic, & modicum illic,*

20 *Multaque vel fungis ridenda? quid? hiccine semper*

21 *Nugator nostras obtundet talibus aures?*

22 *Hæc illi. Deus interea mollire feroces*

23 *Dulcibus alloquius solitus, blandoque popysmo,*

24 *Qualia sunt, Age, mi popule, hoc vnumq; roganti*

25 *Da mihi, gratus eris, si fratrem foueris agrum,*

26 *Defessumque cibo, tepidaque refeceris vnda.*

27 *His commotus, & os populi parere negantis*

28 *Durum execrat us, iustaque accensus ab ira,*

29 *Mente stilum versa vertet, populumque rebellem*

30 *Iam grauiore sono, dicti que incesset amaris:*

31 *Scurrilesque sales, dictæriaque importuna*

32 *Vertet in auctores: illi confusa gerentes*

33 *Ora notante metu (nam conscius horror oberrans*

34 *Pectora turbabit) resupini in terga ferentur,*

35 *Captique & laqueis nexi attritique peribunt.*

36 *Quare ad verba Dei non illudenda tonantis*

37 *O irrisores, Solyma qui ciuibus vrbis*

38 *Ius legesque datis, mentes aduertite vestras.*

39 *Dicere (que vestra est insania) sepe salctis.*

40 *O miseri: Quid tu nobis tua somnia vates*

41 *Mendax obrudis? quam mortem aut tartara fingis?*

42 *Si potes, his pueros laruis vetulasque moueto,*

43 *Nos dudum cum tartareo transegimus orco;*

44 *Si nescis, moriemque datis pacanimus arhis,*

45 *Hostis eat, (cuius nobis per sepe cohortes*

46 *Tollis in immensum, virisque & robor a falsus*

47 *Augendo enumeras) & mundet milite campos:*

Accipienda sunt hæc *muuntur*, veluti cum qui ridet aliquem, sermonem eius imitantur.

Hæc locū, in loquela, &c. aliter interpretatur Arias Montanus, & sic legit: In balbutientibus labiis, & lingua altera, quasi diceret: Videbitur eis loqui balbutientibus labiis, & lingua peregrina ignotaque: ad eò alienus erit à Deo populus iste. In magistratum verbi Dei contemptorem.

9 Quæ docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditū? Ab lacte, aut uillos ab vberibus.

10 Quia manda remanda, manda remanda, expecta expecta, expecta expecta, modicum ibi, modicum ibi.

11 In loquela enim labij & lingua altera loquetur ad populum istum.

12 Cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meū refrigerium: & 13. luerunt audire.

13 Et erit eis verbum Domini, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Vt vadant & cadant retrorsum & conterantur & illaqueentur & capiantur.

14 Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalem.

15 Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno pactum fecimus: flagellum inundans cum pertransierit non veniet super nos, quia posuimus medicum sibi nostram, & mendaciorum protecti sumus.

Continuò hanc nostra auertemus ab vrbe procellam,  
Præsidio diuim, quibus has libamus ad aras,  
Tù-ne os impurum mendaces dixeris illos?

16 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittã in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet.

16 Hæc vos vrbe palãm tota iactatis; at ille  
Qui mare, qui terras, qui calum numine torquet,  
Non vestra ad dignas reuocabit crimina pœnas,  
Sed quid se dignum reputans, quid nomine patris  
Naturaq; boni, tali vos voce monebit:

Quandoquidem, ô miseri, vobis oracula sordent,  
Nec vestras terrent exempla tot edita mentes,  
Iámque nihil multis profecimus hæc ænus annis,  
Frustra moliti super ardua culta Sionis  
Manjuram nobis per sæcula condere sedem:  
Ecce ego præclara molis fundator & auctor  
Iam populis lapidem transmittam ritè politum,  
Insignem, solidum, stabilem, teretèmq; nec vlla  
Parte sui scabrum, sed ferro acieque probatum:  
Hic operis columen fundamentumque basisq;  
Regifici, totum structura corpus, viramque  
Maceriem amplexus, vinclis contunget abenis,  
Quævis nulla noti, vis cui nulla resoluet.

17 Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura: & subuertet grandis spem mendacij & protectionem aquarum inundabunt.

17 Quòd si fortè suos euentus fata morentur;  
Nec promissa statim dilato tempore soluat  
Debitor, idcirco nomen perisse putabis:  
Credemagis, mediòque fidem ne desere cursu.  
Ille bona fidei est; & se dissoluere diues,  
Iúsque pari pollens aquaq; appendere libra:  
Non te isto posuisse loco rem spemque pigebit.

18 Et debetur fedus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundas cum tranferit, eritis ei in conculationem.

At vos fallaci fisos vanòque deorum  
Præsidio, quàm sit iustus, quàm pondere certo  
Mensuræque Deus pœnas & premia ponat,  
Tum demum, cum spes attriuerit horrida vestras  
Grando, ruetque rapax turbo fatala leta, scietis.

19 Quocumque pertrāsierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertrāsibit in die & nocte: & tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui.

19 Nil pactum cum morte ininitum, nihil icta tyranno  
Fœdera cum Stygio, pacatæque tartara vobis  
Profuerint, vestros hæc omnia miles inundans  
Deuastansque lares, inducet & irrita reddet.  
Ab miseri, frustra vestra speratis ab vrbe  
Præsidio diuim hanc depellere posse procellam.  
Illa diem vestros noctemque vagata per agros  
Nil reliqui faciet, 19 tollet rapietque feretque  
Omnia vòsque simul: tum demum haud vana fuisse,  
Sed licet, rerum euentus hæc fata docebit.

Lapis hic Christus est, fundamentum Ecclesie, præter quod nemo potest aliud ponere. Paulus Corinth. ep. 1. cap. 3.

Perreperitio-nem eorum qua ipsi de se confidenter iactauerant, consutat eos.

Debe-

10 Debueras pactis gens ô periura manere,  
Nec prostante palãm mæchos admittere lecto:  
Arctior est thalami genialis sponda, duorum  
Sponda capax tantum, neque stragula facta duobus  
Tres operire queunt, castis ignotus adulter  
Inuisusque thoris: tu verò impura pudicas  
Connubij magno violasti crimine leges.

Regu 1. cap. 5.

Ioſue cap. 10.

21 Non impunè feres: nam quantus sæuuit olim  
Quando Palæstinos Percimò in monte cecidit  
Rex superum, & fuso fluxerunt sanguine riuu;  
Quantus erat, cum sole citos cohibere iugales  
Labentemque diem iusso retinere, cohortes  
Fudit Amorrhæas, & pallida corpora regum  
Suffixit crucibus celsas Gabaonis ad arces,  
Tantus erit tamque ille graues ardescet in iras  
Inuitus licet, vt naturam præter, & illud  
Clemens ingenium, & solitum miserescere semper;  
Carnificis vultum formamque habitumque cruenti  
Induat, immittemque in vos exercent iram,  
Iam non ipse, sed aut alius (si dicere fas est)  
Aut certè vestris mutatus moribus: 22 ergo  
Parcite iam irritare Deum, ne durior artus  
Et magis arcta liget vestros religetque catena.  
Nam mihi iam dudum vellems pater optimus aurem,  
Ne lateri vellem ne voci parcere iussit,  
Sed longè latè que tuas. Iudæa per vrbes  
Clamarem, ingeminans hæc fata instare, nec vllis  
Aut precibus posse, aut votis, aut munere fleeti.

23 Vtq; Deum mundi auctorem, rerumque parentem  
Nil temerè, nil confusè, nil denique casu  
Fortuitòque agere, certa sed lege modòque  
Ordinèque appposito moderari humana sciatis,  
Et tandem illius de maiestate suprema,  
Consilioque queri, aut magno dubitare periculo  
Abstatis; age hæc animis aduertite vestris,  
Et faciles moritis adhibete salubribus aures.

24 Nostis, & hoc longus iam dudum comprobat usus,  
Vere nouo agricolam putres proscindere glebas,  
Quas postquam rastris fractas, & crate subactas  
Viminea, tandem matura excoxerit æstas,  
Tum demum iactò, sed non sine lege modòque  
Semine, ritè prius seruato temporis astro,  
Ingenioque soli, spem anni committere sæclis.

20 Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & palliū breue vtrumque operire non potest.

21 Sicut enim in mōte diuisionum stabit Dominus: sic in valle quæ est in Gabaon irascetur, vt faciat opus suum: alienum est opus eius: vt operetur opus suum. Peregrinū est opus eius ab eo.

22 Et nunc nolite illudere, ne fortè confringantur vincula vestra. Cōsummationem enim & abbreviationem auditui à Domino super vniuersam terram.

23 Auribus percipite & audite vocem meam, attendite & audite eloquium meum.

24 Nunquid tota die arabit arans vt ferat, proscindet & sarriet humum suam?

Apertissima similitudo ab agricultura ratione & disciplina desumpta.

25 Nonne cum adæ-  
quauerit faciem eius,  
seret gith, & cumini  
sparget, & ponet triti-  
cum per ordinem, &  
ordeum & milium &  
viciā in finibus suis?

26 Et audiet illum in  
iudicio, Deus faus  
docebit illum.

27 Non enim in fer-  
ris tritabitur gith,  
nec rota plaustrū su-  
per cuminum circui-  
bit, sed in virga excu-  
tietur Gith, & cumi-  
num in baculo.

28 Panis autem com-  
minuetur.

## 118 PARAPHR. IN ISAIAE

25 Nec verò ille sui prorsus oblitus & artis,  
Indiscreta solo mandabit semina cuique,  
Sed quid quaeque ferat tellus, quid quaeque recuset,  
Ex habitu explorans cultūque situque locorum,  
Hic segetes, illic melius melanthia ponit,  
Aptior haec milio, pallentibus illa cuminis,  
Hac tenuem viciam tellus, illa ordea poscit,  
26 Scilicet ex alto curas miseratus agrestes,  
Agricola pater ipse pio, pater ipse colendi  
Monstrabit statuēque vias, artemque docebit,  
Legitime quid quoque loco, quo tempore fiat.

27 Ast ubi matura iam rumpent horrea messes,  
Et felix votis responderit annus auaris,  
Trituramque seges poscet, non ille cuminum,  
Non loculis inclusa suis melanthia plaustro  
Exteret, aut trabea soleis-ve extundet equinis:  
Sed tenerum baculo excutiet virgā-ve legumen.  
At verò validas segetes, robustaque farrā,  
Tribula dentatis premet orbibus, aut rota princeps  
28 Eliciet panem mox grana datura suūnem:

Haud aliter, Deus humani fortissimus arui  
Cultor, depressis qui mille inuertit aratris  
Camposque collēque & amantes humida valles,  
Nunc hos nunc illos variis colit artibus agros,  
Exercētque modis, nec eodem semper in actu est  
Semper arans, semper-ve serens, sed prouidus, alto  
Consilio, cuius ratio sibi constat ab aui  
Principio, nullis hominum, nullisque deorum  
Nota, minus latum, segnemque viligine campum  
Aliernis patitur cessare aut semina mutans,  
(Mutatis etenim requiescunt fœtibus arua)  
Si non quam vellet, aliquam tamen ille quotannis  
Vel rure ex sterili producit ad horrea messē.  
At quod pingue solum est, ne noxia frugibus herba  
Luxuriet, tenerasque procax euincat aristas,  
Non semel exercet ferro, sed terque quaterque  
Nunc recto, nunc obliquo perumpit aratro:  
Nē-ve grauis nondum maturo semine culmus  
Precumbat, pecore immisso depascere duris  
Surgentem nimium permittit dentibus herbam.  
Nec minor est illi ratio, nec segnior artis  
Cura sua, tum cum fruges aequata terendas,  
Seu trabeis, seu sit baculis opus, area poscit:

Parcit

Parcit enim teneris ferrata inducere plaustra,  
Ne factus siliquaē simul quassentur inanes.  
Quae verò robusta magis, mensisque deorum  
Ferra dabunt olim ambrosiam, panēque beatos,  
Vt paleis purgata suis, & pura nec vlla,  
Aut filice, aut lolio mixto vitata recondet,  
Tribulāque trabeaque terent & stridula plaustra,  
Sorditiēque omni emundabit mystica vannus.

At non aeternos praecipit vertigo per annos  
Voluet agētque rotam, nec erit tritura perennis;  
Aduenient quandoque bona bona tempora messi,  
Cum post immites hyemes, tristēsque pruinas,  
Aestūsque pluuiasque, astri securam maligni,  
Et tempestatum, septo claudetur herili,  
Grataque speratos reddet cum fauore fructus.  
29 Ipse autem paleas iratus verret inanes  
Cultor, & infelix lolium crepitantibus vret  
Ignibus: exemplo hoc (si rectē attendimus) vno,  
Quid velit & possit magnus Deus Israëlīs,  
Testatum satis atque super planūque relinquens.

Cap. 29.  
Reg. 1. cap. 5.  
& Paraph. 1.  
cap. 11.  
Ariel hebraeis  
sonat leonem  
Dei, & saepe  
altare.

In quoque Iesseae non vltima laurea dextra,  
Urbs o magnanimo quondam expugnata Dauidi,  
Quae tantum reliquas excellis viribus urbes,  
Quantum Getulo cedunt armenta leoni.  
Experire breui violentam vindictis iram,  
Cum tua post aliquot brumas euersa dolebis.  
Sacra, & solennes bello euanescere ritus.  
Namque ego te (nec longa mora est, sententia sic stat)  
Hostili vallo, densaque indagine cingam.  
Tu verò flens atque gemens, resperosa tuorum  
Sanguine, votiuam mihi te praebebis, ut aram  
Stagnantem, non cade boum, sed cade virorum.  
3 Interea triplici in gyrum circumdata vallo  
3 Continuis clausa aggeribus, multaque virum-  
4 Arctē obfessa, caput pones delecta superbum,  
Sicque metus fauces obstringet, ut edere vocem  
Vix tenuem possis, similemque loquentis ab antra  
Pythonis, tellure canit dum carmen operta,  
Ambiguum, sorteque mago demurmurat ore.  
5 Qui numerare tuos hostes volet, aquoris idem  
Discet Erythraeum quot turbent littus arenae,  
Aut quando siluis vehementior incubat ignis,  
Quot scintillantes volitent per inane fauilla,

Verum non in per-  
petuum trituras tri-  
turabit illum, neque  
vexabit eū rota plau-  
stri, neque vngulis  
comminuet eum.

29 Et hoc à Domino  
Deo exercituum exi-  
uit, vt mirabile face-  
ret consilium, & mag-  
nificaret iustitiam.

## Cap. 29.

1 Vae Ariel, Ariel ci-  
uitas quam expugna-  
uit Dauid: additus  
est annus ad annum,  
& solennitates euo-  
lutae sunt.

2 Et circumvallabo  
Ariel, & erit tristis ac  
maerens, & erit mihi  
quasi Ariel.

3 Et circumdabo quasi  
sphaeram in circuitu  
tuo, & faciam contra  
te aggerem, & muni-  
menta ponam in ob-  
sersionem tuam.

4 Humiliaberis, de  
terra loqueris, & de  
humo audietur elo-  
quium tuum: & erit  
quasi pythonis deter-  
ra vox tua, & de hu-  
mo eloquium tuum,  
muffitabit.

5 Erit sicut puluis  
tenuis multitudo ve-  
tilantium te, & sicut  
fauilla pertransiens  
multitudo eorum qui  
contra te praeualuerunt,  
eritque repente con-  
fessum.

Et

6 A Domino exercituum visitabitur in tonitru & commotione terræ & voce magna turbinis & tempestatis & flamma ignis deaurantis.

7 Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt & obfederunt & præualuerunt aduersus eam.

8 Et sicut somniat fictiōis, & bibit; & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc fuit, & vacua est anima eius: sic erit multitudo gentium omnium quæ dimicauerunt contra montem Sion.

9 Obstupescite & admiramini, fluctuate & vacillate & inebriamini & non à vino, mouemini & non ab ebrietate.

10 Quoniã miscuit vobis Dominus spiritum soporis.

11 Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati; quem cū dederint sciri literas, dicent, Lege istum: & respondet, Nō possū, signatus est enim.

12 Et dabitur liber nescienti literas, & dicent, Lege istum: & respondebit, Nescio literas.

13 Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eorum lōge est à me, & timuerunt me mandaro hominum & doctrinis:

Et iam iam dicto citius, qui præsedet armis  
Vindicibus Deus armipotens, creperosque duelli  
Temperat euentus, aderit, tonitruq; corusco,  
Motaque horrificis tellure tremoribus, vrbeu  
Concutiet, piceoque nigrantem turbine nimbum  
Huc illuc agitans, tempestatemque sonantem,  
Turrigeras rapidis iaculabitur ignibus arces,  
Vsq; adeoq; rapax populabitur omnia flamma,  
Vt nihil ad prædam corradere possit auarus  
Miles, spesq; suas, & longi præmia belli  
Expectata diu, violentis ignibus vri

Aspiciat mærens, tam diues quàm quibus alto  
Oppressis somno, vaga falsum in somnia monstrant  
Inq; sinum effundunt vasis mendacibus aurum:  
Aut quos agra fames cubitum sine pane profectos  
Torquet, agitque sitis, ludunt potuque ciboque  
Per somnum oblato: nam discutiente soporem  
Luce, fames ventrem ieiunaque viscera vexat,  
Et rediuiua sitis pulmones vrit anhelos.

At vos tum primum sauus circumfremet horror  
O Solymi, stupidisque animos, omnemque repente  
Eripiet sensum; titubabitis ebriaturla  
Non vino, sed membra nouo quatiēte timore,  
Et perturbatis trepidisque negante quietem.  
Namque soporati Deus vltor pocula succi  
Miscabit, quo vos hausto lethargus habebit  
Altus, inersque sopor marcentia lumina claudet,  
Et sensus omnes pigro torpore ligabit.

Ipsi etiam vates soliti responsa futuri  
Ambiguus canere, & sortes aperire latentes,  
Visa cament populo non intellecta roganti:  
Et quidquid prisca cecinere canentq; propheta,  
Venturoque adeo quæ scribent tempore, nec vos  
Nec vestri, (quamquã tumeat schola vestra) magistri  
Percipient; septem quippe hunc adamantina librum  
Diuina celata manu signacula claudunt,  
Nullius reseranda manu, siue ille sophorum  
De numero primus, nullas non nouerit artes,  
Seu nunquam primos apices elementaque doctus:  
Nam tenebris oculos sensusq; adopertus vterque  
Horrificis, nec ritè sequi, nec ritè docere  
Abdita diuina poterit mysteria legis.

Nam grauis ex alto genitor sic fatus olympo est:

Accendit

Accendit nostros iterum gens ista furores,  
Iamdudum neglecta mihi, simulata precantum  
Postquam vota labris leuiter procedere motis  
Non animo concepta bono, non pectore sursum  
Erecto, certis potui deprendere signis:  
Seductosque diu populos errore paterno,  
Commentis hominum nostras postponere leges,  
Insanosque sequi ritus, quos intulit olim  
Vana superstitio, contemtrix impia nostri  
Numinis, & rerum inuentrix malè suada nonarum.

Ergo tot afflicte cū religionis acerbos  
Pertulerim questus, nec gens tamen impia cesset  
Ore palam laudare Deum, quem corde sub alto  
Clam negat, & fraudi speciem præ tendit inanem,  
Certum est, exempli mira nouitate stupendi  
Despectum numen contemtaque sacra piare.

Faxo ego, vt hæc tanto quæ nunc sapientia plausu  
Suspicitur, vulgæque tenet suspensa silentis  
Ora oculosque, ferox dum pulpita scandit, & alto  
Rabbinus tonat eloquio, sua somnia narrans,  
Corruat, vlteriùs nullos habitura sequaces:  
Quosque supercilium tantum, promissaq; barba  
Canities, laxusque toga commendat amictus,  
(Heu nimium tolerata diu per regna, per vrbes  
Pestis, & ignari grauis impostura popelli)  
Ridendos toto displodendosque vicissim  
Orbe dabo, sensuque intellectuq; carentes,  
Ludibrium populis faciam omnibus esse perenne.

Nec leuiora manent vestros exempla furores,  
Vos quibus audaci sententia pectore sedit,  
Nil curare Deum terras, nec cernere posse  
Res hominum, nec velle nigra caligine mersas.  
Falleris o quisquis nullo scelerata pudore  
Consilia exequeris, tecumque hæc corde volutas  
Impuro: Quis me Deus, aut mea facta videbit:  
Scilicet ille aciem iaculatus ab æthere summo  
Fulminis in morem, per fesso pectore, tandem  
Intima peruadet nostræ penetrantia mentis?  
O cæcæ mentes! o indiga pectora veri!  
O portentificis persuasio inicta venenis!  
O scelus indignum! Te ne o vilissima testa,  
Te ne infame lutum, quo nil infirmius vsquam,  
Appellare Deum auctorem terræq; marisque,

14 Ideo ecce ego addam vt admirationē faciam populo huic in miraculo grandi & stupēdo: peribit enim sapientia à sapiētibus eius, & intellectus prudentium abscondetur ab eis.

15 Vt qui profundū estis corde, vt abscondatis consilium à Domino, quorum sunt in tenebris opera, & dicūt: Quis videt nos, & quis nouit nos?

16 Peruersa est vestra hæc cogitatio: quasi si lutum contra figuram cogitet, & dicar opus factori suo, Non fecisti me: & figmentū dicar fictori suo, Non intelligis.

Et

Et quidquid caeli conuexo clauditur alto?  
Ten' cui materiam soli formamque statumque,  
Cui, quod es, & quod eris, qualis, quantusque fuisti,  
Acceptum debes, verbis factisque negare?

17 Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in charmel, & charmel in saltum reputabitur?

17 *Ab nescis miser, aut potius nescire laboras, Quam late pateat vis Numinis atque potestas: Vig, minus dubites, quum iusserit ille supremus Arbitr humani generis, iam voluitur hora, Hora citis Phæbo rapiente vehenda quadrigis, Cum iuga siluosi Libani iuga vepribus hirta Dumisque, & nullum patientia vomeris vsum, Carmeli campos vincent glebasque feraces.*

Vocatio Gentium.

Libanus pro Gentibus. Carmelus pro Iudæis.

18 Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi caecorum videbunt.

19 Et addent mites in Domino latitiam, & pauperes homines in sancto Israël exultabunt.

20 Quoniam defecit qui praeualebat, & confummatus est illudor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem:

21 Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto.

22 Propter hoc hæc dicit Dominus ad domum Iacob qui redemit Abraham: Non modò confundetur Iacob, nec modò vultus eius erubescet.

23 Sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomē meum, & sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israël predicabunt:

18 *Tunc aures surdis, deterisa sorde, patebunt, Sanctaque percipient signati oracula libri: Tum caecorum oculi, discessu noctis, aperti, Verum ipsum penitus, depulsa nube, videbunt.*  
19 *Tum mitis quibus est animus, constante fruuntur Latitia, mistique Deo nil triste timebunt: Quique solo afflicti diro calcantur ab hoste, In celum vultus tollent, & vindice tuti Sancto Israël, secura per otia letos Traducunt in pace dies: 20 nam concidet ingens Ille hostis, solitus sauis illudere verbis Virtutem, & cunctos vera virtutis amantes; 21 Lucifugosque viri, scelerum errorumque satores, Simplicibusque animis fallendo obrepere cauti, Quos cura vna subit, studium vnum, inducere mūdo Omne nefas, qui non contenti errare, laborant Ut peccent alij, qui iustum odere, tenacemque Oppugnant recti, & bello resequuntur aperto, (Ne dubitate py) radicitus exscindentur.*

Prædicatio doctrine Euāgelicæ.

Vocatio Gentium per Apostolos, & Pharisæorum super & confusio cum media Solymorum verbo nomen Christi prædicatum est.

20 *Quippe Deus, Deus ille patrē qui soluit Abramū Seruitio, sic est cum posteritate locutus Isacidum: Non hoc in tempore (pone molestos Corde metus) domus Isacidem sortita parentem, Non nunc infami turbaberis ora rubore: 23 Sed demum cum mæstos mirabere natos, (Hoc verò meum erit opus, & mea magna voluntas) Aegrag, spectabis populi plaudente corona,*

Me,

Me, nomēque meum cunctas vulgare per oras;  
Illi, quem vester falsò pater Isacus olim,  
Isacidesque, Deum verum sanctumque colebant,  
Per mare, per terras, haud unquam voce remissa,  
Infracta ve canent: 22 omnis doctoribus illis Error vanescet, verique scientia concors. Succedet gentesque rudes, frænumque negare Consuetæ, legem accipient, discēntque moneri.

Cap. 30.

Vide cap. 42. & 43. Hieremias, ad quæ hoc vaticiniū refertur.

1 *At vos o nati quondam, nunc patre domoque Quam dederam indigni, qui me prohibente, fidemque Dante, secunda fore omnia sede manentibus ista, Diris auspiciis, diro omine, littora vestra, Agrisque, patriosque lares, habitandaque sana: Deseritis, gens indocilis, gens mollis, & ex spes, Quā malè, quā temere hæc telā & sine numine nostro Exorsi, atque alia ex aliis in crimina fœdè Collapsi, iustam me commouistis ad iram!*

2 *Queritis Aegyptum? patriosque relinquere fines? Iudæamque placet Phariis postponere campis? Nulla erit hac potior sententia? nec melius quid Siue ego, siue mei poterunt suadere propheta? Sic placet? & mea vos nequicquam edicta morantur? Ibitis Aegyptum o miser, veitisque potiri Littoribus dabitur: sed quæ post fata sequantur Accipite, & clades, me vate, addiscite vestras.*

3 *Quam socij Pharaonis opem speratis ab armis, Vana erit: Aegypti frustra pretenditis arces, Murisque obicitis venientibus hostibus: illuc Vos vindex etiam usque sequar, certamque, salutis Perniciem, fædo turpantes puluere crimem.*

4 *Perge sequi miseranda tuos iam turba tribunos. En subiere Thanin, & qui precedere iussi, Composito iustas poscant ut fœdere leges Aethiopum extremis vicinam finibus Hamen, Peruenire: tuas quid spes tam tarda moraris?*

5 *Ab quas spes, qua vota tibi malè prouida turba Despondes: en versa retro cecidere repente Cuncta, labant animi, turpis pudor ora colorat, Permissus pallente metu, iam quisque suorum Sed seris suaque execratur cæpta querelis, Plenu que opprobrio, contabescensque dolore, Diris auxilium vana tam futile gentis*

24 Et scient errantes spiritu intellectum, & munitiores dicent legem.

Cap. 30.

1 Væ filij desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum.

2 Qui ambulatis ut descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis; sperantes auxilium in fortitudine Pharonis, & habentes fiduciam in umbra Aegypti.

3 Et erit vobis fortitudo Pharonis in confusionem, & umbra fiduciae Aegypti in ignominiam.

4 Erant enim in Thanin principes tui, & nuntij tui usque ad Hanes peruenerunt.

5 Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non poterat: non fuerunt in auxilium, & in aliquam utilitatem, sed in confusionem & opprobrium.

22 Deuonet,



Deuonet, & patrias frustra reminiscitur arces.

6 Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis & angustiae, leaena & leo ex eis, vipera & regulus volas, portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbos camelorum thesauros suos ad populum qui eis non poterit prodelle.

6 O pecora, o brutis homines ratione minores,  
Quos furor, & nulla rabies medicabilis arte  
Huc illuc differt, iumentum more vagantis  
Oblitque domum fera decedere nocte,

Dum licet, excutite huc animis & corpore morbum.

Quas fugitis terras? quas (o malus error) aditis?  
Qua via sese aperit, saxa undique & undique rupes,  
Et vastis fauces ab hiatibus intercisa,

Importunum iter, & vix eluctabile praebent:  
Summa tenent virinque truces in seffa leones,

Crudioreq; lea, tellus serpentibus atris

Ima tumet, fossis latet horrida vipera tectis,

Et volucer media regnat basiliscus arena,

Et iuuat, o stupidi, per tot spelaea ferarum,

Per tot inaccessas homini pecorique salebras,

Tot monumenta ducum templis detracta paternis,

Tot gazas longo partas magnoque labore,

Connectare humeris, & equos, iumenta, camelos,

Gibbasq; illorum plenis onerare culullis?

Scilicet ut populum ditetis, inutile cuius

Auxilium, sero, capti abductique, scietis?

7 Frustra nam Phariis aliquid speratis ab armis.

8 Ne fando auditum nomen, ne credita falso

Fama ducis Pharij, ne rumor inanis equorum,

Visque equitum peditumque sonis in maius adaucta

Magnificis, vobis imponat: splendida praese

Multa ferunt, sed fastus eos ventosaque lingua

Sola dat esse viros, imbelles cetera. Quare

Dum tempus finit, & patitur fortuna regressum,

Ite retro, & patriis moniti consistite terris.

Sed frustra. ergo abeant, quando meliora monentem

Contemnunt. at tu venturi praescie vates,

(Nam me appellabat diuum pater atque hominum Rex)

Sume tibi laui buxo, philyrae-ve tabellam

Cortice confectam tenui, scriptoque perenni,

(Quo testatum habeat monumentum nobile sera

Posteritas, nec tanti aboleat gloria facti)

Mansuri (que notis incide haec texta, scelestae

Testis nequitiae per secula cuncta futurus.

Atque adeo, quum sol illuxerit ultimus urbi,

Prolaturus in os populo huic manifesta furoris

Instrumenta sui, cui (proh dolor) impia tantum,

Nostrorum

7 Aegyptus enim frustra & vanè auxilii labitur: ideo clamaui super hoc, Superbia tantum est, quiesce.

8 Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in aeternum.

9 Populus enim ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei.

Nostrorum immemori meritorum, audacia creuit,  
Perfidus, ut verique hostis iuratus, & exlex,  
Me iustus etiam gaudentem parcere paenis,  
Nec nisi supplicis plectentem crimina seris,  
Non sinat irata deponere fulmina dextra.

10 Nil illis grauius, quam vatum audire momentum

Consilia: Ecquid vos (aiunt) qui corda futuri

Prouida iactatis, qui nondum gesta videtis

Admissi (si diis placet) in penetralia caeli,

Ecquid visa noui, seu nox tulit illa, diis-ve

Orta dedit, referunt? Vanum est quodcumque minatur

Oraclum, sed lata fidem responsa merentur.

Cur igitur nostras oneratis tristibus aures

Portentis? cur ore graui, vultuque minaci

Nil nisi perpetuas clades, fera bella, ruinas,

Exsilia, & captas vox vestra renunciat vrbes?

Quid iuuat ingratos iterumque iterumque monendo,

Non audituris incassum perdere versus?

11 Quid rectum retro auersis ostendere callem?

Quis Deus hic? (nam vos caelo regnare soletis

Nescio quem narrare Deum fulmenque tenere)

Quis Deus Israël? bona dicite verba, minisque

Parcite, & ominibus terrentibus anxia plebis

Pectora, iam dudum nobis haec fabula sordet;

Ite hinc, & vestras aliis obrudite nugas.

12 Mouit supremum vox tam blasphemata Tonantem,

Ergo flammanti pectus correptus ab ira,

Siderea populum despexit ab arce rebellem,

Talibus increpitans: Quod me migrare vetantem

Respueris, vatesque meos mea iussa ferentes,

Quod Pharios sperare duces, Phariasque phalanges,

Quam me malueris, diuorum hominumque parantem;

Idem ego, qui (nisi me spreuisses) sponte futurus

Auctor eram prompti auxilij, certaque salutis,

Spes & opes vestras male fida sede locatas,

Et temere positas, manibus demoliar istis.

13 Vtq; ruinosos à longo tempore muros,

Moeniaq; effæta spatio confecta senecta

Quantulacunque breuis pars funditus eruit hora,

Prosternitque solo, nec opino subruta casu,

Vicini mussant, admiranturq; ruinam

Ingentem, qui pratereunt, causasque requirunt:

14 Vt solet ad saxum allisum vas fictile frangi,

In eos qui diffusi bonitati & potestate diuina, ad humana praesidia cōstugit.

10 Qui dicit videntibus: Nolite videre, & aspicientibus, Nolite aspiciere nobis ea quae recta sunt: loquimini nobis placetia, videte nobis errores.

11 Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie vestra sanctus Israël.

12 Propterea haec dicit Dominus noster, sanctus Israël: Pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumniam & in tumultum, & innixi estis super eo:

13 Propterea erit vobis iniquitas haec sicut interruptio cadens & requisita in muro excelso, quoniam subito cum non speratur, veniet contritio eius.

14 Et comminuetur sicut cōteritur lagena figuli cōtritione praeualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquae de louca.

De quo nec testa una quidem, nec tegula restat,  
Qua vel aqua guttam possis haurire, nec ignem  
Aut aliquot prunas vicino efferre camino:  
Sic in sperato vertam tua turbine vota,  
Vota infecta, nec ad portum ventura petiturum,  
Sed non prauis interruptenda procellis.

15 Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silentio & spe erit fortitudo vestra: & noluitis, & dixistis:

15 State viri, nec versa domum dare linitea retro:  
Dispudeat (clamat Dominus) consistite (dicit Optimus) Isacidum Deus & sanctissimus idem)  
State (inquam) & laribus iussi confidite vestris;  
Sic, sic, non aliter salua omnia spondeo vobis,  
Rem, patriam, uxores, natos, natasque nurusque.  
Dicta tamen vestras non admistis ad aures  
Nostra, sed hæc celeri Notus abstulit irrita vento:

Extra ecclesiam non est salus.

16 Nequaquam, sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et super veloces ascendemus. Ideo velociores erunt qui persequuntur vos.

16 Ibimus Aegyptum, feliciæque arua petemus,  
Ibimus Aegyptum (dixistis) & exsecrati  
Diris omnibus, quisquis malè degener vltirà  
Perprimet has sedes, locaque hæc damnata tenebit,  
Ibimus Aegyptum, feliciæque arua petemus,  
Hic ubi, securi parta iam pace, domandis  
Qui candore niues superant, & cursibus auræ,  
Assuescemus equis, quos pingui fætifer herba  
Nilus alit, Phariique docent, in utrunque paratos,  
Seu conferre pedem obstantesque impellere turmas.  
Pascat opus, refugis hostem seu fallere gyris.

Ibitis Aegyptum, sed damno (credite) vestro,  
Et rapidos scandetis equos, qui fallere gyro,  
Qui possint hosti plano concurrere campo,  
Sed melior cursu, pugnæque erit hostis equestri,  
Quem pro transfugij scelerato crimine vobis  
Immittam: ille ferus, celerique volucrior Euro,  
Terga fatigabit fugientum, atrumque timorem  
Incutiet passim disiecta per agmina victor.

17 Mille homines à facie terroris vnus, & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini: quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem.

17 Mille viros eques vnus aget, fundetque ruetque  
Mille equitum turmas peditum bis mille cohortes,  
Totam ad eoque aciem, quondam insuperabile robur,  
Quinque viri, paruus numerus, formidine turpi  
Palantem, solo ferri fulgore fugabunt.  
Si quis ab hac de tot modo millibus vnus & aliter  
Clade superfuerit, magnos seruat ad usus,  
Instar erit mali, medio quem nauis a ponto  
Pallidus erexit, celæque è rupe videndum  
Eroposuit, scopuli iudicium signumque latentis,

Terror Panis cui.

Nau-

Naufragijque sui monumentum flebile semper;  
Talibis erit, si cui fortasse pepercerit hostis,  
Vimque meam, crimemque suum, pœnamque repēsam  
Testatam cunctis faciet per secula terris.

18 Nec tamen omnino spes est accisa salutis,  
State modo, Deus expectat, si forte reuersos  
Admittat bonus, & vestris non ansibus asper  
Det veniam, illum omnes populi super æthera magnâ  
Laude ferent facilem miseris, & parcere promptum  
Supplicibus, stabilique fide promissa tenentem:  
Felices nimium fortunatique, nec vnquam  
Fleturi euentus sua vota tulisse sinistros,  
Firma quibus nunquam ex animo fiducia cessit  
Promissi, Pater alme, tui, sed pectore toto,  
Te freti & pietate tua, nil cetera curant.

18 Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij Dominus. Beati omnes qui expectât Dominum.

19 Fide Deo plebs sancta tuo, confide Sionis  
Incola, perpetuò Solyma fundabitur vrbe  
Vestra domus, neque vos vis istinc exiget vlla:  
Non oculis vltirà lacrymas, non anxia mæsto  
Pectore ducetis suspiria, nempe benigno  
Lumine vos Dominus (cui nulli effabile nomen  
Aut hominū aut superū est) luctus miseratus acerbos  
Aspiciet, placidamque dabit clamantibus aurem.

19 Populus enim Sion habitabit in Ierusalē: plorans nequaquam plorabis, miseris miserabitur tui: ad vocē clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi.

20 Iamque adeo non furfuribus vos pascet, & atro  
Pane Deus, sed triticeo de polline farris  
Massam emundatam subigens, tepidoque liquore  
Paulatim aspergens, libum formabit, vt almo  
Longa sui populi soluat ieiunia victu:  
Presto aderit, qui vos doceat moneatque volentes,  
Nec præceptorem longè sinet ire, gregemque  
Linquere pastorem, commissaque septa vetabit.

20 Et dabit vobis Dominus panē arctum, & aquam breuem: & nō faciet vltirà auolare à te doctorem tuū: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.

21 Coram semper erit vestras qui personet aures,  
Hæc crebrò ingeminans: Hæc est via, pergite rectum  
Et felix iter inflexo insistere calle,  
Nec dextra, o moniti, iuuat ire, nec ire sinistra,  
Latus inexpletum alterutra descensus ad orcum  
Bis patet in præceps, & ad impia tartara tendit.

21 Et aures tuæ erunt audientes verbū post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea, nec declinetis ad dextram, neque ad sinistram.

22 Talibus accensi monitis, simulacra deorum  
Vestrorum, calata auro, intertextaque gemmis,  
Nec solitis aris, solito nec honore coletis;  
Sed fanis detecta suis, direpta columnis  
Ludibrium dabit is populo meliora secuto,  
Vestisque, vittasque, stolasque & bysina vela,

22 Et contaminabis laminas sculpilium argenti tui, & vestimentum conflatis auri tui, & disperdes ea sicut immunditiā mulieris menstruatæ. Egredere, dices ei.

Cete-

Ceteraque infandi quondam instrumenta furoris,  
Non secus ac pannos genitali sanguine tinctos  
Efferri, templis, totaque iubebitis vrbe,  
Dumque e a pelletis, Lustrato informia templo  
Monstra Deum procul hinc (dicetis) abeste, fugamque  
Arripite, & summo sua limina cedite Patri.

23 Et dabitur pluvia  
femini tuo vbicunque  
seminaueris in terra,  
& panis frugum terrae  
erit vberrimus & piui-  
guis. Pascerur in pos-  
fessione tua in die illo  
agnus spatiosus.

24 Et tauri tui, & pulli  
asinorum tuorum qui  
operantur terram, com-  
mixtum migma com-  
edet sicut in area ven-  
tilarum est.

25 Et erunt super om-  
nem montem excel-  
sum, & super omnem  
collem eleuatum riuus  
currentium aquarum  
in die interfectionis  
multorum cum ceci-  
derint turres.

26 Et erit lux lunæ  
sicut lux solis, & lux  
solis erit septempli-  
citer sicut lux septem  
dierum in die qua al-  
ligauerit Dominus  
vulnus populi sui: &  
percussuram plagæ  
eius sanauerit.

27 Ecce nomen Do-  
mini venit de longi-  
nquo, ardens furor  
eius, & grauis ad por-  
tandum. Labia eius  
repleta sunt indigna-  
tione & lingua eius  
quali ignis deuorans.

23 Sentiet expulso presentem demone tellus  
Lata redisse Deum, tempestiuoque rigata  
Imbre, datum magno reddet cum faenore semen,  
Nec capient totam quamuis ampla horrea messem.

Et iam mille tuis ludent in montibus agni,  
Agricola o felix, perque herbida pascua molle  
Tondebunt gramen, qui que unco vomere terras

Fortes inuertunt tauri taurisque iuuenti  
Permisti, collo stridentia plaustra trahentes,  
Magna sui referent sera sub nocte laboris  
Præmia: nam faeno præsepia plena recenti  
Inuenient, nec mixta satis è pluribus illic  
Farrago abfuerit bubus gratissima lassis.

25 Nec verò sole fundent sua flumina valles,  
Omnis abundabit plagiarius, omnis aquarum  
Quantumuis asper fecunda aspergine collis,  
Vsq; adeo à vitis virtuti assuescere magnum est,  
Quam solam bona cuncta vel inuitis elementis  
Procurante Deo latè cumulata sequuntur.

At verò hæc eadem verè aurea secula iustis,  
Supremam iniustis funesta & ferrea cladem  
Exitiumque ferent: multos ferus hauriet ensis,  
Multos flamma rapax, iaculatricisque sagittæ  
Vindictis: ipse manu muros turrèsq; superbas  
Concutiet, regumque arces à sedibus imis

Ernet, ante tamen prænuntia signa daturus  
Plurima: namq; prius quàm qua cano, proxima fiat,  
Antiquumq; sui populi Deus obliget vicus,  
Pus saniemq; premens, & quidquid corpore restat  
Mortiferi, succo ambrosiæ linat immortalis,  
Aemula fraternis radiis argentea Phæbe

Certabit, noctemque nouis mutata repente  
Ignibus accendet: Sol luminis ipse prioris  
Pertusus, mundo iam non sua proferet ora,  
Sed septemgemina lustrabit lampade cælum,  
Triste micans, solitòque rubens immanis astro.

27 Hæc & plura simul cælo portentata minaci

Videris,

Impietate ex-  
tincta & dele-  
ta, fieri nõ po-  
test, quin ne-  
cessaria ad vi-  
tam subsidia  
fidelibus abün-  
dè sufficiant.

Videris, aduentum Domini, qui turbine vectus  
Alite, collectam ex longo tandem exeret iram,  
Expecta certus: veniet, frendensque fremensque  
Præferet indomitos vultu ardesciente furor.

Deus mani-  
festè veniet,  
Deus noster,  
& non silebit.  
Psalm. 49.

Ira iecur linguens linguâ labrisque sedebit,  
Eruetans rapidos commoti pectoris æstus.

28 Tum velut hyberno torrens tumefactus ab imbre,  
Què neque stas superare queas, neque vincere nando,  
Omnem liuenti conceptum felle dolorem  
Euomet in gentes, qua muta idola colebant;  
Corripientisq; manu rigidi fera vincla lupati,  
Quo fons peccati, primique erroris origo  
Imperiosus herus Satanas, angebat inharens  
Elisas hominum fauces, malâque trementes  
Fortiter abrumpet, scindetque in amabile ferrum  
Postomidis duræ, & stringentis colla capistris:

Assyrius Sen-  
nacheribus  
tyrus Satane.

Ipsam autem frustra luctantem, & vana tumentem,  
Complexus medium nodo, detrudet in antrum  
Sulphure fumosum, & commixtis igne tenebris.

29 Tum seruatoris laudes, & mira canetis  
Facta Dei, sacrisque illum celebrabitis hymnis;  
Carmina dicentes, solenni qualia nocte  
Mos est Hebræis recoleantibus annua dempti  
Munera seruitij (primus sic legifer auctor  
Iustituit Moses) modulis resonare canoris,  
Cum castum purumque agmen caua tibia longè  
Præcedit, lætis mulcens concentibus auras,  
Festâque plebs sequitur, patres comitantur ouantes,  
Quâ cliuo sensim ducit via trita supino,  
Ad montis iuga turrigeri, iuga culta Tonanti  
Custodisque Deo Isacidum, fortisque patrono.

Vox Domini  
intercedentis  
flamma ignis  
Psalm. 25.

30 Ipse autem Deus, ipse sui notam omnibus oris  
Vim verbi, vocisq; dabit, qua maxima semper  
Mira potensque fuit: gens audiet accola fonti  
Nile tuo, queq; Austrinis obnoxia viuit  
Flatibus, & Scythiæ canis assuetæ pruinis:  
Audiet, auroram quisquis primoque salutat  
Manè diem, quanto iaculetur turbine fulmen,  
Quàm forti telum rotet exitiale lacerto,  
Quàmque pluat densa commistos grandine nimbos  
Dum furor in cursu medio est, dum incanduit ira  
In fontes, fontumque genus, stirpemque nepotum.

Diabolus &  
angeli eius  
sub Assyrij  
type.

31 Non feret hanc vocem Assyria rex impius aula,

28 Spiritus eius velut  
torrens inundans vicq;  
ad medium colli, ad  
perdendas gentes in  
nihilum, & frenum  
erroris quod erat in  
maxillis populorum.

29 Canticum erit vobis  
sicut vox (sive vox)  
sanctificatæ solenni-  
tatis, & lætitiæ cordis  
sicut qui pergit cum  
tibia, vt iniret mon-  
tem Domini ad for-  
tem Israël.

30 Et auditam faciet  
Dominus gloriâ vo-  
cis suæ, & terrorem  
brachij sui ostendet  
in comminatione fu-  
roris sui, & flamma  
ignis deuorantis: alli-  
det in turbine & in  
lapide grandinis.

31 A voce enim Do-  
mini pauebit Assur  
virga percussus.

R Sed

32 Et erit transitus virgæ fundarus, quæ requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos.

33 Preparata est enim ab heri Tophet, à rege preparata, profunda & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: status Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

## Cap. 31.

1 Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt: & super equitibus, quia præualidi nimis: & non sunt cõfisi super sanctum Israël, & Dominum non requisierunt.

2 Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit: & confurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.

Sed pauitans, mutusque metu, sub fasce fatiscet  
Plagarum: <sup>32</sup> seu enim nimirum verbera virgæ  
Continuò patiens, extortam cadere palmam  
Cogetur, quin & celebris pars magna triumphi  
Ducetur, sociique eius, post nuda reuincti  
Terga manus, magno gens debellata duello.

Ite pij: felix etenim victoria vobis  
Parta venit, leto resonantia tundite pulsu  
Tympana, nulla chelys fileat, lyra nulla trementes  
Abnuat arguta tentari pollice chordas.

<sup>33</sup> Ecce iacet vasto in longum porrectus hiatus  
Humani generis prado, superum impius os or  
Ecce tenebroso resupinus stringitur antro,  
Quem circum flammis lambit torrentibus ignis,  
Ignis ab eterno (sic Rege iubente) paratus.  
Illum vis ingens consumi nescia ligni,  
Excoctæq; pices, & pingues unguine cera,  
Sulphuræque, naphthæq; liquor, lentumque bitumen,  
Mixa simul pascunt, repetitæque sapius auctu  
Continuant, animat diuini spiritus oris  
Victuram in pœnas scelerum per sacula flammam.

1 Ergo stylo rursus Diras armare minaci  
Cogimur? o populi fata infelicis acerba!  
Qui neque veridicis præbens monitoribus aures,  
Non edicta Dei veritus manifesta vetantis,  
Non dulcis patriæ ingenito detentus amore,  
Pergit in Aegyptum, auxiliij spe tactus inani.  
Nam miseri spreuere Deum, quem nominis auctor  
Isacus Hebræi, cunctique à stirpe nepotes  
Senserunt sine sine bonum, sine fraude fidelem,  
Armæque Niliacæ gentis, ritusq; secuti,  
Spes & opes in equis posuere citisque quadrigis,  
His se sperantes defensum viribus iri.

2 At Deus humanos qui ridet ab æthere motus,  
Summaq; cum libuit rotat imis, imaque summis;  
Prouidus ille Deus, quo non sapientior alter,  
Perfidia accensus tanta, submittet acerbum  
Et ferale malum meritis male, nec sua ventis  
Dicta sinet ferri rapidis irrisa per auras.

Ergo dira fremens, magna que arrectus in iras,  
Degenerem spuriamque domum, nec nomen auitum  
Promeritam, nec per vestigia patris euntem,  
Quosque adijt populos supplex, quorumque cohortes  
Promissis

Cap. 31.  
Dira, hæc carmen execrationum significat.

Promissis diffisa Dei, turmasque poposcit,  
Vna eademque simul ruet inuoluetque ruina.  
Et tibi per suasum est, ad quos, o perfida, transis,  
Esse Deos? & quos in prælia quadrupedantes  
Dura domant, vento conceptos morie carere?  
Experire tuo mortales esse periclo,  
Neruisque & nuda compactos carne, cruentis  
Vulneribus, telisque, necique patere paratæ;  
Cum Pater eubrans armatam fulmine dextram,  
Te, tuaque auxilia, & turmas prosternet equestres,  
Obuia quæque metens, flauas ut messor aristas.

At vos, parua domus, tribubus constata duabus,  
Tuta Deo custode domus, confidite Iudæ  
Posteritas, magno vestri Deus ardet amore:  
Sæpe mihi hæc referens, vobis qua pando lubenter:

Qualem pastores timidi videre leonem  
Densa per horrentis Libani pineta repertum  
Prædam asseruantem, & catulis in frustra secantem,  
Illum certatim turba eminus undique telis  
Nequicquam premit insensis: interritus ille,  
Asper, acerba tuens, numero nec voce mouetur,  
Aut retrò redit, aut prædam indefensus omittit,  
Sed super incumbens fumantia viscera mandit:  
Attoniti talem reges, super alta Sionis  
Mœnia bellantem Dominum, pugna que cientem,  
Magna clade sua fusi victique videbunt.

Utque auis implumes circum volat anxia nidos,  
Insidiatorem falcatis unguibus anguem  
Et voce & rostro innocuis à fœtibus arcens:  
Non alia Deus armipotens sua mœnia cura,  
Et ciues, & agros, Solymasque tuebitur arces,  
Excubitorq; aciem nunc huc nunc protinus illuc  
Traiciens, fraudes suspectæque furta cauebit.

6 Et vobis Israëlita, si vera momentem  
Non contempseritis, aliquando optantibus atas  
Afferet auxilium: tantum mutate priorem  
In melius vitam, quodque alitius atra vorago  
Et scelerum gurges vos hausit, alacrius illinc  
Excusso cœno superas emergite ad auras;  
7 Effigiesq; deum, quas vobis impius error  
Sive auro, siue argento, seu marmore secto  
Finxit, tantorum causamq; caputque malorum,  
Urbe procul vestra, procul aris pellite vestris.

R 2

Turmas

3 Aegyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non spiritus: & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes confumentur.

4 Quia hæc dicit Dominus ad me, quomodo si rugiar leo, & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudinè eorum non patebit: sic descendet Dominus exercituum, ut proclietur super montem Sion, & super collem eius.

5 Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans.

6 Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israël.

7 In die enim illa abijciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestrae in peccatum.

Elegantissima comparatio, in quo m re felix hic propheta.

8 Et cadet Assur in gladio non viui, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non a facie gladii, & iuvenes eius vestigales erunt:

9 Et fortitudo eius a terrore transibit, & pauebunt fugietes principes eius: Dixit Dominus: cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem.

8 Tum cadet Assyrius non vestro casus ab ense,  
Non hominum ferro, aut hasta confossus acuta,  
(Non etenim illius quisquam de vulnere sese  
Iactabit) cadet ille tamen, nulloque sequente  
Puluerulenta fuga verret citus equora turpi,  
Lectaque de cunctis (prada pars optima) pubes  
Seruitum vestris captiua vxoribus ibit.

9 At proceres (si quis de tot modo millibus vnus  
Saluus erit) solo vitam terrore redemptam  
In lucro ponent, vix se effugisse putantes.

Hec ego, que canerem vobis, mihi vera Deum rex  
Et rata promisit fore, maximus ille Deum rex,  
Ante Sionaos cui plurima caditur ignes  
Victima, cuiusq. suus Solyma calet ade caminus,  
Perpetuas flammis & casta incendia seruans.

### VATICINIORVM ISAIÆ

LIBER QVARTVS.



ONE modos tristes, o Calliopea sororum  
Ter regina trium: satis, ab satis, horrida  
bella,

Vastatas vrbes, euersaque regna, grauesq.  
Seruitij nexus, tolerataque vincula duris  
Longum sub dominis, tristi defleuimus ore:  
Libertas iam parua venit, gaudete piorum  
Felices anima, libertas aurea, Christi  
Munus & aeternum memoranda mihi que tibi que  
Quisquis es a Christi qui totus numine pendes.

Iam redeunt latis felicia sacula terris:  
Ecce bonus magni moderandas orbis habenas  
Suscipiet princeps, Rex augustissimus idem.  
Hic inconcusso veri rectique tenore,  
Iura suis equata dabit, discrimine nullo:  
Non illi furor indomitus, non indecor ira  
Transuersam abripiet mentem, non gratia flectet;  
Non pretium inuertet: leges & pacta valebunt,  
Sanctaque diuersas iungent commercia gentes.  
Ille & presidibus, quos totum mittet in orbem,  
Iuris dicundi forma que modumque seuerus  
Prescribet, quos fas ultra aut precedere citra  
Non erit, aut dextra laeuâ ve extendere funem.

Cap. 32.

Regnum hinc  
Helechiz flo-  
rentissimam  
describitur,  
cuius sub ty-  
po adumbrat  
Regnum illud  
caeleste atque  
diuinum, nul-  
lis vnquam  
faculis inte-  
riturum.

Quis

Quis fortunato tam fausti principis ortu,  
Non gaudere volet? quo pax regnante beatis  
Alma reflorescet terris, discordia passas  
Diffugiet lacerata comas, orbemque relinquet.  
Quis sensus vobis, mentem que gaudia vestram  
Tum pertentabunt, vera o pietatis amantes?  
Non ita depresso campi per nuda patentis  
Arua viatori, cum tempestate suborta,  
Pracipitant imbres, densisq. nigerrimus Auster  
Nubibus obduxit calum, casa forte reperta  
Grata venit, non tam sistentibus vnda perusto  
Insuperata solo saliens, non frigida saxi  
Vmbra caui, tam dulce siti, tam dulce calor  
Arridet medius oblata Ammonis arenis  
Aestiferi, fuscam cancro torrente Syenem;  
Quam bonus hic terris lato datus omine princeps  
Post longas clades miserandaque funera tandem  
Opportuna ferens misero solatia mundo.

Ille saluari radiatus lumine terris  
Discutiet noctem, rectumque videre sequique  
Deteris oculis dabit, & caligine pulsa:  
Ille repurgata carumen ab aure reuellet,  
Ille auditum hebetem, tardumque ad sancta recludet  
Percipienda sacra penitus mysteria legis.

Ille animos resides & pectora pigra mouebit,  
Vt sese attollant sensim, vanisque relictis  
Artibus, affuescant caeste capeffere dogma,  
Quo mox imbuti (dictu memorabile) blasas  
Iam tum etiam linguas in libera carmina soluent,  
Facta sui clarumque decus memorantia regis.

Tum sibi personam veterator hypocrita flebit  
Detrahier, retegique palam sua furta dolosque  
Miratus, cedit sceptris, & fascibus vltro,  
Non olim ad tales vnquam reuocandus honores:

Quippe diu barba mentitus, & ore, togasq.,  
Doctrinam sanam, & vera pietatis amorem,  
Venditat insulto sua somnia vana popello,  
Impostor malus, & magno temerarius ausu,  
Falli posse Deum credens, cui nulla latentis  
Non animi secreta patent, cordisque recessus,  
Lingua aliud promptu gestat, quam pectore clausum,  
Namque serenata ficta sub imagine frontis,  
Occulit egregie crudeles pectoris astus,

2 Et erit vir sicut qui absconditur a vento, & celat se a tempestate, sicut riuus aquarum in siti, & umbra petrae prominentis in terra deserta.

3 Non caligabit oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt.

4 Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & plane.

5 Non vocabitur vitra is qui insipiens est, princeps: neque fraudulentus appellabitur maior.

6 Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacua faciat animam esurientis, & potum sitientis auferat.

Pharisaei & hypocritae.

R 3

Et

Cap. 32.

1 Ecce, in iustitia regnabit rex, & princeps in iudicio preerit.

Et pacem vultu simulans, fera bella retractat,  
Hic est (quanquam illi penus undique turgida ruet)  
Qui populo durus, potumque cibumque roganti  
Perneget annonam, cellasque atque horrea claudit,  
Letifera indicens miseræ ieiunia plebi.

7 Fraudulenti vasa  
pessima sunt: ipse e-  
nim cogitationes cō-  
cinnavit ad perdēdos  
mites in sermone  
mendacij, cum lo-  
queretur pauperi iudi-  
cium.

7 Heu quàm triste sonat sceleratis facta sagittis  
Theca viri fraudes vibrantis ab ore dolosque!  
Non hæc tela chalybs, non ferreus umbo retundet,  
Non lorica trilix, clypei-ve decemplicis orbis:  
Namque improviso non observabilis ictu  
Corda incauta ferit cautus iaculator, & imis  
Non intellectum vulnus pulmonibus abdit.  
Sternuntur mites animi, mansuetaque passim  
Pectora, mendacis linguæ confossa veruio:  
Atque adeo hæc audet, terras radiante per omnes  
Iustitia, & regnante Deo, qui paupere quamvis  
Venerit huc cultu, vilique abiectus amictu;

8 Princeps verò, ca-  
quæ digna sunt prin-  
cipe cogitabit, & ipse  
super duces stabit.

8 Imperium tamen ille tenet, semperque tenebit  
Supra omnes magnus reges, & iura beatis  
Sancta dabit populis, & principe digna loquetur  
Magnanimo, quæ nulla sequens aboleverit atas.

9 Mulieres opulente  
surgite, & audite vo-  
cem meam: filia con-  
fidentes percipite au-  
ribus eloquij meum.

9 Ad vocem hanc, vos o matresq; nurusque superba,  
Vos o præstanti fidentes dote puella,  
Surgere oportuerat, meque exaudire vocantem:  
Sed quia consiliis præbere salubribus aures  
Abnuittis, iam nunc haud mollia fata ferenti  
Credite, & inuita mentem his advertite dictis.

Denegatio Ci-  
nae doctrinæ.

10 Post dies enim &  
annum vos cōturba-  
bimini confidentes:  
cōsummata est enim  
vindemia, collectio  
vitæ non veniet.

10 O semper rebus nimium sublata secundis,  
Instabilique tuæ sortis confise sereno  
Hebræe infelix, spem pone, & inania vota,  
Nec tibi perpetuam demens promitte quietem:  
Hora citis instat calo delapsa quadrigis,  
Noctem hyememque ferens, tempestatemque sonoram,  
Quæ concussi animi turbataque corda fatiscunt.  
Ultima iam vobis spumat vindemia, matres  
Isacides, frustra venturo dolia baccho,  
O nympha, nymphae Hebraides rimosa picatis:  
Ne mihi, ne quaeso posthac vindemitor vllas  
Collibus his speret, damnatis collibus vras  
Colligere, aut domitis mustum extorquere racemis.

11 Obstupescite opu-  
lente, conturbamini  
confidentes: exuite  
vos, & confundimi-  
ni, accingite lumbos  
vestros.

11 Fleite nurus, vestras abreptum protinus iri  
Diuitias, vobis, quæ fastum animosque superbos  
Tanquam perpetuo mansuræ inflare solebant.

Flete

Flete nurus, miseris nudataque pectora palmis  
Plangite, cuncta brevi sors invida turbine vertet.

12 Vellite præduro plangentes ungue papillas;  
Nam nihil ex patria vobis regione relictum est,  
Vitis fera regione, & amabilibus palmetis,  
Quàm desiderium serum & crudele, nec ullo  
Quambibet anno saeli solabile tractu.

12 Superhubera plā-  
gite, super regione  
desiderabili, super vi-  
nea fertili.

13 Namque tuum, Iudæa, solum quod mille iuuecis,  
Mille modo felix populus proscindit aratris,  
Non frustra credens latius sua semina sulcis,  
Heu subito densi complebunt undique sentes,  
Spinæq; vepresque, & vulnifici paliuri.

13 Super humū po-  
puli mei spinæ & ve-  
pres ascendent: quā-  
tō magis super om-  
nes domos gaudij ci-  
uitatis exultantis.

Quod si non aliam promittunt fata beatis  
Electisque agris faciem, quos sepius ipse  
Præsens incoluit Dominus; quanta urbibus illis  
Quàm metuenda manent divini exempla furoris,  
Quæ, quid fera vebat venturi temporis hora  
Securæ nimium, tantum præsentia spectant!  
Exercentq; leues choreas, nec sanius ipsis  
Oxygiis furiunt repetita per orgia bacchis!

14 Ergo prophanata Dominus migrabit ab æde,  
Sacra, suosque ferens toties irrisus honores;  
Desertoque foro, & populose manibus urbis,  
Quam coluisse prius terris magis omnibus unam  
Fertur, ad ignotas longè se transferet oras.

14 Domus enim di-  
missa est, multitudine  
urbis relicta est, tene-  
bræ & palpatio factæ:  
sunt super speluncas  
vsque in æternum.  
Gaudium onagrorū  
pascua gregum,

Vocatio Gen-  
tium per pro-  
pagationem  
legis euange-  
licæ.  
Cæremonia-  
rum Mosaicarum  
finis &  
interitus.

Vt verò semel ipse adytis excesserit, ingens  
Se subito offundet templi penentralibus horror,  
Noxque caput ferale nigris adoperta tenebris,  
Terrificum latè inducet super omnia peplum,  
Turrisque sacræque specus, atque antra profunda  
Horribili inuoluet nebula, fumoque perenni.

At prata hæc, hæc prata, hæc herbiferas conualles  
Maiori toties tonsas, totiesque minori  
De gregibus lectis pecori, petulantis onagri  
Vngula dura teret, nec pascua nota reductus  
Grex repetet; donec calo demissus ab alto  
Spiritus arcana terras afflauerit aura,  
Multiplicique auctum factu renouauerit orbem.

15 Donec effundatur  
super nos spiritus de-  
excelsi: & erit desertū  
in charmel: & char-  
mel in saltum repu-  
tabitur.

Nam tum tempus erit, cum verticibus frondosis  
Protendens frontem latè Carmelus honoram,  
In saltus humiles subito mutatus abit.

16 Et tamen hos saltus, hæc sola & denuda lustra  
Iuris sanctus amor, verique incana reperitrix

Iustitia,

Iustitia, aeternum stabilita sede tenebunt.

17 Et erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium, & securitas usque in sempiternum.

17 *Ponè aderunt comites, pax aurea, munus opusque Iustitia, pacisque soror, securae futuri Laeta quies, animi solamen dulce remissi.*

18 Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciae, & in requie opulenta.

18 *His mens his populus felix in salubus auum Transiget innocua per tuta silentia vite, Pace fruens, quam nulla dies, nulla auferet atas, Nulla interuertet tempestas, nulla laceffet Sors mala, quippe cui solidas in pectora vires Sufficiet generosa fides, arx sola sereni Inconcussam animi pollens seruare quietem.*

19 Grando autem in descensione saltus, & humilitione ciuitas humiliabitur.

19 *Qui verò hos extra saltus tentoria figent Urbis clamose fora litigiosa secuti, Obruet ira Dei, lapidosos grandinis imbres Sulphureosque pluens ruptis è nubibus ignes, Urbis cinisque cadent, magna insignique ruina Prostrati.*

20 Beati qui feminatis super omnes aquas immittentes pedem bouis atque asini.

20 *sed vos o terque quaterque beati Agricole, hoc ipso Iudae de semine nati, Qui patrios vetiti vestro proscindere sulcos Vomere, postea alijs feritis sub solibus arua, Seminaque irriguis non irrita creditis agris! Nam vestro veniet seges haud ingrata labore, Quae bouis atque asini quondam pede trita sonante, Horrea congestis frugum cumulabit aceruis.*

Cap. 33.

1 Vae qui praedaris, nonne & ipse praedaberis? Et qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cum consummaveris depraedationem, depraedaberis: & cum fatigatus defueris contemnere, contemneris.

1 *At tu, qui spoliis praedaeque incedis onustus Sanguinea, caloque fremens terrisque minaris, Humani generis praedo, certissimus hostis, Diuum hominumque ferus contemptor, pone superbos, Dum licet, ore animoque sonos, non semper eodem Stat fortuna loco: cui Sol oriensque, cadensque Non satis ad praedam patuit, cui nulla rapina Non placuit, cui iura fuit legesque fidemque, Quaeque homines ducunt sanctissima, frangere ludus, Hostibus ecce tuis rapiaris praeda vicissim, Ereptosque gemes merito calcatus honores.*

2 Domine, miserere nostri: te enim expectauimus, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.

2 *Sicent o genitor, rata sunt quacunque precamur, Et populi miserere tui non digna ferentis: Nam te expectamus, te solum in vota vocamus, Maturam pater omnipotens in rebus egenis Affer opem, clypeoque tua nos protege dextra.*

3 A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersa sunt gentes.

3 *Audimur: calo Deus annuit almus ab alto, Increpuitque suos hostes, fugere phalanges Attonitae, postquam calo vox missa tonante*

Perculit

Synagogam Iudaicam intelligit, quod & apertissime in haereticos & eorum receptacula quadrabit. Apostrophe ad Apostolos & praedicatoris verbi Dei.

Cap. 33. Inuehitur in hostem generis humani sub persona Sennacheribi.

Precatio cum fiducia.

Perculit horribili salientia corda timore: Tu verò Pater apparens in nube corusca, Ut semel armatam exeruisti fulmine dextram, Deleta gentes, debellatque tyranni; Splendida, quid vindex possis, exempla dedere.

4 *Quis spolia & praedae, & mixta cadauera praedis Enumeret? quis opes funesta per arua repertas? Non vicinae urbes, non rura propinqua legendo Sufficient, deerunt condendis horrea gazis: Sic anni certo labentis sidere, fusca Incola Cyrenes, Syriaeque feracis arator, Seruitus ad opus nola crepitante coactis, Propositaque in eos poena qui iussa recusant, Colligit Austrino delatos turbine bruchos, Dirum animal morsuque necas quodcunque virescit.*

4 Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum follae plenae fuerint de eo.

5 *Hac Deus attonitis miracula gentibus edit, Venturisque olim memoranda nepotibus edet, Ille Deus, Deus ille cui famulatur olympus, Magnaque se magni substernit regia caeli. Ille Sionae lustrabit verticis arcem, Nequitiisque suis immunditiisque piatam, Iamque nihil priscae redolentem sordis, inibit, Praesenti que suo firmabit numine semper.*

5 Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso: impleuit Sion iudicio & iustitia.

6 *Ter felix, illa qui tempestate superstes, Aurea principe te iam saecula redisse videbit: Namque ubi vis, & fraus, & lis regnare solebant, Fas & ius, constansque fides, & conscia recti Simplicitas, pulsa imperium impietate tenebant. Diuitiis tum nullus honos, aut gloria partis, Non spes, aut labor, aut infelix cura parandis: Sola erit in pretio sapientia, sola (repositi Instar thesauri, quem centum clauibus arca Obsignata tenet) sancto munita timore Pectoris arcani solido seruabitur aere.*

6 Et erit fides in temporibus tuis: diuitiae salutis sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius.

7 *Currite promissa properato sidere lucas, Tristiisque irato depellite nubila caelo. Quis scit an Assyrius nobiscum legibus equis Conueniat? suaque hinc abiens vltro arma remittat?*

7 Ecce, videntes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt.

8 *Non ita: nam missi non mitia verba reportant Exploratores, legati eadem ore frementes Significant, multoque probant sua nuntia fletu: Vidimus o ciues, truculentum vidimus hostem, Contulimusque simul, si fœdera forte coirent,*

8 Dissipatae sunt vires, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines.

Imitatio siue iuramentis, eorumque legati ab exercitu Sennacheribi redeuntes renuntiabant.

S

Tem-

Tempore pacta breui, veniam pacemque precati,  
Sed frustra: ne queso datas inquirete leges.

Hæc Deus, hæc in eos potius Deus omina vertat.  
Tantum aliquam si spem pactis habuistis in istis,  
Ponite, nulla manent hosti iam fœdera vobis.  
Sed nec longinquo tempus terrore moueri.

Quidquid agri nostris præ tenditur undique muris,  
Victor habet, squallent herbis obducta, siti que  
Strata, nec vlla hominum aut pecorū vestigia seruat.  
Non sese obiectis defendunt molibus vrbes,  
Non armis homines, passim cadit obuia turba,  
Et longa pace imbelles sternuntur agrestes.

Ne-ve esset tanti regio expers vlla furoris,  
Ipse animus meminisse horret, fari que recusat,  
Non vno totum effudit simul agmine bellum,  
Sed flammam & eadem partes diuisit in omnes.

Arma aciemq; trucem (nam quorsum cogeret agmen,  
Contraheretque vagas nullo obistente cohortes?)  
Impune huc illuc diducto milite laxans.  
Summa hæc: occidimus, simul & patria occidit ipsa,  
Patria sacrorum præses, regū que ducū que  
Et vatum genitrix: Libani palmeta tepentis  
Muta metu reticent, solitum nec pastor in illis  
Nec recitat carmen pinu frondator ab alta.

Iam plaga, que Lyddam Ioppenq; interiacet omnis  
Littoream, felix campo Saronia tellus,  
Squallet inops pecudum, nullis que habitata colonis;  
Ardet ager diues quondam tuis Ogge tricorpor,  
Et pinguem Basani sonipes hostilis aristam  
Concutit, incassum plorat sua damna colonus.  
Ipse etiam scabris nequicquam rupibus herens  
Carmelus, siluis que super densissimis hirtis,  
Omnia scrutanti iam dudum peruius hosti  
Ludibrio prædæq; datur, iam proxima fumant  
Tecta, suburbanas que vorant incendia villas.  
Quid superest, nisi mox admotas manibus vrbes  
Collucere faces videamus, & ardua telis  
Pinnarum missisq; peti fastigia pilis?

Hæc illi ingeminant, mussat rex, plebsq; patrē que  
Attoniti: Deus interea sua numina posci,  
Sæque vnum aduersus manifesta pericla vocari  
Iam dudum cernens, vltro succurrere gaudet:

Nulla mora in me, inquit: veniū, surgamq; repente,  
Atque

9 Luxit & elanguit terra: confusus est Libanus, & obscuruit: & factus est Saron sicut desertum: & conculsa est Basan, & Carmelus.

10 Nunc cōfugam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc subleuabor.

Atque omnes super excellens, atque altior ibo;

Nequicquam vanos elata mente furores  
Concipitis, lenior fumo stipulæq; fauilla,  
In cinerem vester motus irrisus abibit:

Et vos hoc vno congestos aggere fontes  
Amburet magni caelestis flamma Tonantis.  
Non aliter spinas, & stirpes fertilis horti  
Reiçulas, calido seruat fomenta camino  
Villicus vrendas ad primæ frigora brumæ.

Percipite hæc animis miracula, quotquot ab isto  
Axe procul, soles alios, alia astra videtis,  
Vosque o finitimi mentes aduertite vestras,  
Et quis sim, propiū que meas perpendite vires.

Omnibus en gelidus subita formidine sanguis  
Obrigit, quoscumque Sion habet alta colonos  
Osore vere virtutis, & ore doloso.  
Compositū que scelus ficta pietate tegentes,  
Omnibus en subitis saliere tremoribus artus.

Nam quis ab inferno vomitos crateris vapores,  
Sulfureosq; æstus, pascentē que omnia flammæ,  
Quis vestram æternis alitis ardoribus ignes,  
Frigidus insiliat, nudis que incendia calcet?

Ille animi vinet securus, & undique tutus;  
Sive tonet calum, seu fulminet, ille rogales  
Ad flammæ, Erebi que minas pallere negabit,

Qui solido vere virtutis robore sanctum  
Munitus pectus, ius fasq; affixus & herens  
Amittit nusquam, veris que assuescere gaudet,  
Indomitus contra pretium, fraudē que clienti  
Nescius incauto vanali innectere lingua,  
Quique sinu excusso manibus que ad munera clausis,  
Non oculis cadem, non sustinet auribus vllum  
Flagitium, nedum assensu nutū que probare:

Scilicet ille insons & crimine purus ab omni,  
Celsa petet, liber que altas euadet ad auras,  
Turrigerasq; arces, sublimi que aggere septas,  
Quas nulla iactu poterunt superare sagittæ.

Non ibi panificam felix negat area frugem,  
Nec potum saliens viuis è fontibus vnda:

Hæc etiam Deus ipse Deus, rexq; optimus idem  
Regna colit, cernit que suos, & cernitur illis  
Conspicuis, solio que sedens pulcherrimus aureo,  
Vnde humiles cali labentis despicit orbis.

S 2.

Hic,

11 Concipietis ardorem, parietis stipulæ: spiritus vester vt ignis vorabit vos.

12 Et erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur.

13 Audite qui longè estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini similitudinem meam.

14 Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. quis poterit habitare de vobis cū igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

15 Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem, qui proicit auaritiā ex calūniā, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum:

16 Ille in excelsis habitabit: munimenta faxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.

17 Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longe.

Taus & præmia innocentię, pietatis, & integritatis.

Panem & aquas ditius Hieron. interpretatur scripturas, quæ nisi magno cū tremore ac amore sunt tractandæ.



18 Cor tuum moditabitur timorem: vbi est liceratus: vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum?

19 Populum imprudentem non videbis, populum alti terrores: ita vt non possis intelligere dicerentiam lingue eius, in quo nulla est sapientia.

20 Respice Sion civitatem solennitatis nostrae: oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur clauis eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.

18 Hic, quae abstrusa prius fuerant, longaeque remota, clara liquent. Tu parce tamen, qui mystica nosse sacra cupis, propius calum alite tangere sensu, Parce altum sapere, & quo fas pertingere nulli, Audax velle sequi, & pelagus tentare profundum Puppe putri, melius si velificante timore Tutam legas, brenia & cautes horrescere cautus, Turba virum quibus impedit non parua sopherum, Impingitque frequens, confidere viribus ausi Quisque suis, caloque ducem non poscere ab alto. I nunc, & sciolos istos, barbaeque togaque Et solo tumidos titulo mirare magistros. Num tibi vaniloquum subsellia Rabbitorum, Scribarumque scholae arrident? quid? inepta sophista Garrulitas, legum trutinantis verba, merosque Interuertentis sensus, placet? Anne palatum Putidus ille inum ructus iuuat? haud ita, credo, Ambrosiae succis assuetum, & nectare pasci, Imò te potius tam frigida somnia dudum Fastidire reor, totoque auertere vultu: Ne ringens videas, intabescasque, videndo. Ignauum sine corde pecus, sine fronte proteruum Propudium, nullo loca prima tenere pudore. Et rude facunda vulgus suspendere lingua, Magnaque plausibili, sed inania voce crepare. Non etenim his virtus, non est sapientia cordi, Sed dolus arte latens, male suadaeque copia fandi, Flexanimaque, strophe, demulcentisque figura. Ergo Sirenum scopulos, horrendaque saxa Effuge, quae multis etiam nunc ossibus albent, Nec tuis ante aliqua lentetur remus in vnda, Quam tibi perpetuo detur contingere cursu Littora pacate toties optata Sionis, Huc oculos, huc tende aciem, ne parce lacertis, Huc remos, huc vela Notis permittite secundis. Hic tibi finis erit, requies hic certa laborum, Hic aris vota exstructis solennia solues; Quem socij morem sacrorum, eademque manentes Olim seruabunt in religione nepotes. Hic magnam Solymae, qua non opulentior, urbem, Nec dono pacis securior vlla beate, Ter felix (sua quippe cui fortuna peracta Iam stabit) gentique tuae data mania cernes,

Supre-

Ecclesiam intelligit, aduerus quam non praemia lebanunt portae inferorum.

Supremique manu tentoria fixa Tonantis, Quae vis nulla loco, non ferrea transferet atas. Non si orbis totus socio coniuret Auerno, Abrumpet funes, clausosque adamante reflexos. Nam si vlli Deus unquam operi seseq. suumq. Ingenium addixit solers, artemque magistrum, Hic, quam magnificus, quam non imitabilis vlli Praecipue exhibuit, magnam hanc cum cederet urbem, Augusti sedem imperij per saecula futuram. Quoque magis securas minas contemnat & astus, Praecipiti Deus armipotens pomaria fossa Cinxit, & ingentes fluvios, lateque patentem, Perpetuasque induxit aquas, riuosque perennes. Hos amnes, haec stagna sacros obeuntia muros, Nequicquam hostiles inimica classe cohortes Tentabunt, non si ipse suam pirata triridem Tartareus, stygy eductam nauibus Orci, Promoneat, remis, armis, velisque potentem: Quippe sua Deus omnipotens pro mœnibus arcis Excubat, haud illam externis seruire tyrannis Passurus, quam iure suam sibi vindicat, ipse Legifer est etenim noster, iudexque supremus, Et rex, & nostri dux agminis inclytus idem, Et praeses nostra & custos vindicæque salutis. At tibi crudelis prædo, clausaque tuorum Maturum exitium tempestas fœda minatur. Tempus erit quassa laceros quum puppe rudentes Horrisono pelagi calique fragore tonantis In mare turbo rapax, malumque, auulsaque malo Vela feret, iam nec vento, nec idonea signo. Tum laxa laterum compage carina fatiscens, Totius orbis opes, & abactas undique prædas Euomet, abripient, ducentque ferentque viritum, Diuisam quicumque volent sine sanguine prædam. Nec verò magno constabit marie rapina, Loripedes claudique ferent, nulloque labore, Et nullo fessos sese sudore querentur: Nec crimen raptoris erit, sed vindicis ira, Vltia suos hominum dextris (vt saepe) dolores. Parua sed haec, si quae supremi exempla furoris Afferet effæto tempestas vltima mundo Olim, iam cor ferre iuuat. Concedite gentes Huc omnes, populi que aures aduertite vestras:

Cap. 34. Praecedunt capite priorum ecclesiam idipem felicitatis aeternae excitauit, hoc vero, sempiterni iudicij comminatione perterrit.

21 Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluviorum tuum latissimi & parentes: non transibit per cum nauis remigum, neque tritris magna transgreditur cum.

22 Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos.

23 Laxati sunt funiculi tui, sed non praeualebunt: sic erit malus tuus, vt dilatate signum non queas. Tunc diuidetur spolia praedarum multarum: claudi diripient rapinam.

24 Nec dicet vicinus, Elanguit, populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

Cap. 34. 1 Accedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra & plenitudo eius, orbis, & cinne gemen eius.

Namque ego, terrificus vobis ego (credite) vates  
 Et natis vestris, & qui nascentur ab illis  
 Vera cano. Audiat hæc, hæc audiat omnis ab ortu  
 Occasusque patens, rerum plenissima tellus,  
 Audiat, & si qua est humani nescia cultus,  
 Ora pigro damnata gelu, damnata calore.  
 Exitium ferale cazo, quo quidquid in orbe  
 Gignitur immenso, stirpes, animalia, planta,  
 Reptilium volucrumque genus, populi que natantum,  
 Quæque carent anima, sensusque, & præpete motu,  
 Saxa, aurum, æs, ferrum, totius denique moles  
 Vasta operis magni, flammis correpta sonorâ  
 Ardebit, fati que dotos confidet in ignes.

<sup>2</sup> Nec verò Assyrii tantum Ammonij. ve rebelles,  
 Aut aliqua ingratis de tot regionibus ora,  
 Indignante Dci magni carpetur ab ira,  
 Sed furor hic, toti furor exitiabilis orbi,  
 Omnes absument populos, & cuncta creata,  
 Ornatumque adimet rebus, formamque situmque.  
 Ipse manu valida quatens hostile cruentum,  
 Innumera attono passim edet funera mundo,  
 Per mare, per terras, spatiosaque aëris æquor,  
 Vinum omne, & vegetum nullo discrimine delens.

<sup>3</sup> Non capient celsi proiecta cadavera montes,  
 Non valles campique putres, odor aëre fœdus  
 Corrupto, taboque artus sanieque fluentes  
 Inficient latè calum, tractusque supernos.  
<sup>4</sup> Ipsi etiam calorū orbes in funere mundi  
 Immutabuntur, cyclique nouemplificis ingens  
 Ille sinus, feris que decens, quæ ducitur annus,  
 Perpetuusque, aut in sese reuolubilis ordo  
 Sistetur, textumque micans, quod nomine calis  
 Signant mortales, contracti codicis instar,  
 Aut reuolutæ in se fesso lectore papyri,  
 Iam nullis clarum pictumque plicabitur astris.

Quippe cadent moto fulgentes æthere stella,  
 Quam multa ficus concusso stipite frondes,  
 Cum maturat hyems, Aquilonis & ingruit horror,  
 Et foliis spoliat vinea tenella caducis.  
<sup>5</sup> Scilicet ille meus saturatus sanguine mæcro,  
 Aetheris ad celos usque, & supera ardua magni  
 Pertinget, rursumque imas descendet in oras,  
 Quæ campos terrena pigros diffundit \* Idume,

Cuncta.

<sup>2</sup> Quia indignatio Domini super omnes gentes, & furor super vniuersam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem.

<sup>3</sup> Interfecti eorum proiciuntur, & de cadaveribus eorum ascendet fetor: tabescent motes à sanguine eorum.

<sup>4</sup> Et tabescet omnis militia caelorum, & complicabuntur sicut liber caeli: & omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu.

<sup>5</sup> Quoniam inebriatus est in celo gladius meus: ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis mææ ad iudicium.

<sup>3</sup> Interfecti eorum proiciuntur, & de cadaveribus eorum ascendet fetor: tabescent motes à sanguine eorum.

<sup>4</sup> Ipsi etiam calorū orbes in funere mundi Immutabuntur, cyclique nouemplificis ingens Ille sinus, feris que decens, quæ ducitur annus, Perpetuusque, aut in sese reuolubilis ordo Sistetur, textumque micans, quod nomine calis Signant mortales, contracti codicis instar, Aut reuolutæ in se fesso lectore papyri, Iam nullis clarum pictumque plicabitur astris.

\* Per Idumæos intellige hostes Ecclesiæ, qui eam oppugnant.

Cuncta metens, prima iam dudum ab origine mundi,  
 Iudicio damnata meo, deuotæque morti.

<sup>6</sup> Eben iam gladium videor spectare cruentum,  
 Numinis irati gladium, per viscera regum,  
 Per populorum adipem adigi discrimine nullo,  
 Iamque hebetem stantis glacie torpere cruoris.  
 Sic, ubi regifico conuiuia splendida luxu,  
 Aut sacra solenni redeuntia luce parantur,  
 Funditur ater ubique cruor, passimque per aras  
 Agni hircique cadunt pingues, ouiumque mariti,  
 Ipseque cade stupens tanta cultrarius horret.

Figuratè per hircos & arietes, homines luxu & deliciis perditos intelligimus.

Bostrâ interpretamur sceleratorum hostium turbam, & impiorum scædam collusionem. Per vnicornes, Reges & tyrannos impotentes intellige. Nota est vnicornis bellua feritatis indomitæ, quam viuam capi negant. Vide Plinium nat. hist. cap. 21. lib. 8.

Non etenim maiore unquam vindicta cruore  
 Vlla stetit, multâ-ve magis cum strage litatum  
 Vltori Domino, mors ardua mœnia Bostræ,  
 Mors, atroxque lues populosam sternet Idumen.  
<sup>7</sup> Non hanc vulnificum media inter tempora telum  
 Monoceros crispans, quo non crudelior vlla  
 Aut pedibus melior, siluis stabulatur Eois  
 Bellua, non tauri frons formidanda minacis,  
 Quæque alia insigni feritate & robore pollent  
 Monstra, lucem euadent, armatus, inermis, eodem  
 Fortis an imbellis, nil refert, occidet ietu.

Ebria casorum stagnabit sanguine tellus,  
 Visceræque effuso, & sparsis pauitabitur extis.  
<sup>8</sup> Scilicet illa dies absument tempora, rebisque  
 Afferet exitium mortalibus, vltima mundo  
 Exoritura, eademque vltices numinis iras  
 Per populos omnes largo effusura cruore.

Hic quoque fatalis Solymis, celsaque Sioni  
 Annus erit: venient, nec longa morabitur ætas,  
 Tempora, cum dignas expendet crimine pœnas,  
 Nunc licet illa caput cunctas super efferat vrbes,  
 Iudicio damnata ratio, flunioque repente  
 Ire suos pice torrentes, & sulphure viuo,  
 Mutari sola, tellurèque bitumine lento,  
 Quid magis? & flammis misceri cuncta stupebit,  
<sup>9</sup> Quis immortalis & rediituo fomite pastas,  
 Nulla dies unquam extinet ætas, nox nulla videbit.  
 Turbidus hinc, piceaque niger caligine fumus,  
 Ascendet calum, tenebrisque inuoluet opacis.

Ipsam autem versam in cineres, penitusque iacetem,  
 Et misere desolatam, nullisque futuri  
 Instaurandam eni spatium, vestigia nulla,

<sup>6</sup> Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bostra, & interfectio magna in terra Edom.

<sup>7</sup> Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pingui.

<sup>8</sup> Quia dies ultionis Domini, annus retributionum iudicij Sion.

<sup>9</sup> Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: Et erit terra eius in picem ardentem. 10 Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: a generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum non erit transiens per eam.

Semita

11 Et possidebunt illam onocrotalus, & hericius: & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem.

12 Nobiles eius non erunt ibi: regem potius invocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum.

13 Et orientur in domibus eius spinæ & vriticæ, & palurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum.

14 Et occurrent daemonia, onocrotalus, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubavit lamia, & inuenit sibi requiem.

15 Ibi habuit foueam ericius, & enutrit catulos, & circumfudit & fouit in umbra eius: illic congregati sunt milui alter ad alterum.

*Semita nulla teret, sed cultus omnis egentem  
Creber Onocrotalus, terrorque draconibus Ibis,  
Et niger in fausto qui voces omine glutit  
Coruus, & Hericius tergum spinosus acutum,  
Misisilibusq; Histrix telis armata tenebunt,  
Multaque monstra alia humanas terrentia mentes:  
Illud enim aterna fixum quod lege tenetur  
Et pensum in lances diuino examine fatum,  
Nulla potest hominum vis uertere, nulla deorum:  
Huc vergat cades, huc vasta rapina necesse est.*

*12 Felices tamen omnipotens quos rector Olympi  
Semper adoratus, casta prece saepe vocatus,  
Secretos vulgo proceres his eximet oris,  
Fatalem ante diem, & casum miserabilis orbis:  
Cetera turba virum, summis à regibus imæ  
Ad plebis facem indiscreta clade peribunt,  
Ad nihilum tanta de maiestate redacti.*

*13 Par quoque cum dominis fatu sua tecta sequetur,  
Nunc ebore atque auro, & signis operosa superbis:  
At tunc aqua solo, subuersaque funditus, acres  
Vriticæ opplebunt, spinæq; & carduus asper,  
Aeriâque arces, & propugnacula celo  
Aemula, curuatique humeris imposta popelli,  
Cerulei sibi seruabunt in sessa dracones.*

*His etiam penna bifidoque celerrimus vngue  
Struthio, semianis, noua pascua quæret in oris,  
Aethiopum facile oblitus calique paterni,  
Et mansura sibi, subolique cubilia ponet.*

*14 Quid? quod sepelocis demon nocturnus in illis  
Terribili occurret specie? seseq; figuræ  
Induet in variis, horrentiâque ora ferarum?  
Fiet enim mixtus tardo Centaurus a fello,  
Monstrum horrendum, inges, nulliq; sine omine visum,  
Aut Satyrus rancum stridebit, & omnia, vocem,  
Ora, pilos, barbam, crinèmq; pedesque salaci  
Persimilis Fauno, socios clamore vocabit.  
Hi responsabunt, latè nemus omne sonabit,  
Et caligantes nigra formidinae luci.*

*Quinetiam Lamia hoc damnato plurima saltu,  
Visa suo recubans requiem indulgere labori,  
Cunarum terror Lamia, & quam mandere fama est  
Sopite raptos nutricis ab ubere fetus.*

*15 Quid loquar Hericios paruis syluestria natis*

*Fossuros*

Hericius ab  
hærendo di-  
ctus.

Per mensuram  
& perpendi-  
culum meta-  
phoricè signi-  
ficat senten-  
tiam Domini  
fixam & cer-  
tam.

*Fossuros spelæa suis: miluòsque rapaces,  
Hic ubi nunc patribus stat curia celsa vocatis  
Tunc congesturos: prolisque cupidine dulci,  
Oua fabre factis posituros lenia nidis?*

*16 Euenient verus quæ proloquor omina vates,  
Euenient, nec apex horum quæ scribimus olim,  
Non ratus ullus erit: eadem cecinere priores  
Fatidici heros. prisca enoluite libros,  
Carminaque ætherei calamo conscripta Tonantis;  
17 Non alia à sacræ oracula vatibus edo,  
Os animùmque Deo plenus, mihi muneris huius,  
Quodcumque est, auctor Deus est: idem ille scelestus  
Inferet hæc rerum portenta minacia terris,  
Quas teneant certa mensura lege, colantque  
Sortitò, stirpemque suam per sæcla propagent.*

Cap. 35.

*Hæc rerum series, & ineluctabilis ordo  
Fatorum, ut quæ nunc caput exerit ora beatum,  
Vrbibus & vicis bacchòque oleòque redundet,  
Illius & rumpant ingentes horrea messes;  
Pinguis humus, pecori tellus aptissima habendo,  
In steriles subito mutata rigescat arenas,  
Nec pecori, nec vino habiles, nec frugibus aptas.*

*1 At contra, nã sic diuim Pater, atque hominũ Rex  
Decreuit, primos orbis dum conderet axes,  
Quæ regio annosis squalloribus obsita, nullos  
Vidit adhuc sulcos, nullisq; exercita rastris,  
Horrida, tristis, inops, ieiuna, imperua luget,  
Accipiet letos mutato sidere vultus.*

Redit iterum  
ad vocationem  
Gentium.

*2 Iamque repente nonos (dictu mirabile) sese  
Induet in flores, conceptaque semina celo  
Parturiet laxata sinus, & suauè rubentis  
More rose baccamque rubro findentis hiatu,  
Luteolòsque apices, sensim prodentis, & intus  
Quod latet in densis radiosum frondibus aurum,  
Exultabunda & ridens sua germina pandet  
Omne genus florum: non huic se inhæser equet,  
Halet odoratis Libanus licet undiquè plantis,  
Non Carmelus apum genitor, Saronque rosarum;  
Quidquid habet Libanus, quidquid Carmelus odorũ,  
Quidquid Saronis rubicunda rosaria picti,  
Dulce decensq; ferunt, cedent huic omnia fundo:  
Nempe illis per sepe Deus spatiabitur hortis,  
Gloria ubi, decus, & rarorum gratia florum est,*

T

Et

16 Requirit diligenter in libro Domini, & legitur vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit. quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & Spiritus eius ipse congregauit ea.

17 Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit ea illis in mensuram: vsque in æternũ possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

Cap. 35.

1 Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.

2 Germinans germinebit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.

Et populo coram sese spectante videndum  
Tractandumq; dabit, quantus super ardua celi  
Templa sedens, maria & terras moderatur, & astra.

3 Confortate manus distolutas, & genua debilia roborate.

<sup>1</sup> Vos verò Agricole, quibus hæc ignava quotannis  
Excolere arua datum est, & inertes frangere glebas,  
Quæ forte innatis occurrent, parcite plantis,  
Nec, si stirpe minus valida, ramis-ve laborent  
Inflexis, curæ non sit fulcire labantes,  
Sed rigidas aptate sudas, supponite furcas,  
Quarum vi eniti, tandemque adolescere pergant,

Quam moderatiorē requirat Dominus à palloribus & ministris Ecclesiæ suæ.

4 Dicite pusillanimitis, Confortamini, & nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos,

<sup>2</sup> Tum, si quas abeunte anima, prope perditus humor  
Destituat, properate viri, vitamque fugacem,  
Dum licet, arte manūq; bona reuocate fouendo,  
Donec robusta redeant in pristina vires.  
Tempus erit, cum sorte datum sibi visere fundum  
Ipse volet Dominus, (nec longa morabitur illum  
Tempestas) venietque boni patris vnicus heres,  
Inquirētque operas seruorum, & premia cuique  
Pœnâsque ex merito ponet, nôsque optimus idem  
Seruatos, vacuòsque metu præstabit ab omni.

Emphasis in verbo, ipse, nō enim age: ū aut que vnus alio missurus est, sed ipse veniet.

5 Tūc aperietur oculi cæcorum, & caures surdorum patebunt.

<sup>3</sup> Ipsius hæc autem aduentus certissima sunt  
Signa tibi, cum cæci oculos, lucemque negatam,  
Surdi aures, linguam accipient (noua munera) muti,

Testimoniū de aduentu Christi ioculentissimum, quod ipse Christus citat aibi.

6 Tūc saliet sicut cernus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torietes in solitudine.

<sup>4</sup> Et claudus cernos cursu præuertet anhelos.  
Scilicet hoc ipso tam fausti Principis ortu,  
Erumpent subiti deserta per arida fontes,  
Et iuga torrentes rapidi prærupta rigabunt,

7 Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiēs in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci.

<sup>5</sup> Quique prius nimis sitiabant solibus agri,  
In dulces riuos & mitia stagna liquefcent.  
Iamque vbi serpentes posuere cubilia facta,  
Squammososq; viam tractu iriuere dracones,  
Ecce viror iunci, calamiq; beatus odori  
Lata stirpe frutex latis nascetur in hortis,

Vide de calamo & iunco Plinium nat. hist. lib. 22. cap. 22.

8 Eterit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non erent per eam.

<sup>6</sup> Sè que legi cono inuitans, procul expetet vltro:  
Omne nemus (nec enim tum sibila dira timebunt)  
Omnis ager, volucrum cantu resonabit amæno.  
Balantumque greges pascent impune per herbas:  
Hac quoque securum posito terrore viator  
Carpet iter, neque per dispendia longa, vagòsque  
Circuitus, flexusque via procedere tardum  
Aut frustra incassumque quæretur abire laborem.  
Hæc via erit recto quæ tramite ducet euntem,  
Hæc via sancta tibi dicetur eritque, nec vlli

Fas

Fas illam fuerit pedibus triuisse prophano.  
Non metes vllus erit, non suspicio vlla pericli;  
<sup>9</sup> Nam rapide tigres aberunt, aberuntque leones,  
Vísque malarum omnis fraudesque dolique ferarum.  
Felices animi quibus hunc insistere callem  
Deducente Deo dabitur; <sup>10</sup> nam libera duro  
Colla iugo, tenerasque manus solido ere soluti,  
Ibunt gaudentes, Seruatorémque canoro  
Carmine laudabunt, tandémque ad sancta Sionis  
Mœnia peruenient, comitabitur alitè præpes  
Remizio, pura & sinem haud habitura voluptas:  
Mæstities fugiet, fugiet gemitusque dolorque,  
Feraliq; timor vultum ferrugine luens.

Hæc de promissis futuris facti sunt intelligenda.

9 Non erit ibi leo, & mala bestia nō ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint.  
10 Et redempti à Domino, conuertentur, & venient in Sion cum laude; & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiã obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

VATICINIORVM ISAIÆ  
LIBER QVINTVS.

**H**ORSITAN & Solymis fuerint que fata  
requirer.  
Posteritas, cum mille furens legionibus,  
vrbes

Hoc loco historia atrox est, vnde dicitur quod præfenti ore Dominus eis subueniat, qui tota hile eius auxilio nituntur.

Freret Assyrius Iudæas Sennacheribus.  
Dicam equidem, nec enim tam foriia facta sileri  
Ipse sinit Deus, & prohibet pia cura nepotum.  
Adiuuet ille meum, qui præstitit ista, laborem.

Cap. 36.

<sup>1</sup> Tertius à decimo, regnanti fluxerat annus  
Hesechia, quartumque leues duodena per astra  
Ducebat menses, ex quo proauit a gerebat  
Sceptra manu, haud vlli veterum virtute secundus,  
Et Solymam iustis frenabat legibus oram:  
Cum grauis incubuit Iudæis viribus hostis  
Sennaribus, totum Euphratem in noua prælia ducens.  
Et iam more ruens torrentis ab imbribus aucti,  
Mille manu captas victor prostrauerat vrbes,  
Cum velut armorum satur, & rem cernere verbis  
Præ se velle ferens, positis longo ordine castris,  
Euersa Lachis ad cineres bustumque resedit.

Hanc historiam habet Regum quarto, cap. 18. 19. & 20.

Lachis ciuitas in tribu Benjamin, Solymis proxima.

Cap. 36.  
1 Et factum est: in quattuordecimo anno regis Ezechie, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iudamunitas, & cepit eas.

<sup>2</sup> Colle Lachis surgit modico, quam sede nepotes  
Beniamide Solimis olim posuere propinqua,  
Hinc (nam in conspectu Solomonica templa videbat,  
Dauidicâsque arces, educatque mœnia celo)  
Multa putans, seuosque premens sub corde dolores,

2 Et misit rex Assyriorum Rablacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam, in manu graui, & fecit in aqua ductu piscinæ superioris in via Agri-sullonis.

T 2 Misit

Misit qui sacram dedi sibi postulet arcem,  
Rabsacem Assyrium, quo non in utrumque parato  
Doctior ore, minis dubias impellere mentes,  
Aut blando sensus sermone mouere labantes.

Fortè fuit muros extra telique periculum  
Piscina illimem voluens argentea lympham,  
Maiori dulcis pecori, dulcisque minori,  
Constitit hic, veterem iuxta fullonis agellum  
Assyrius: <sup>3</sup> trepida quem contra missus ab urbe,  
Eliachimus ijt senior, cui credita regis  
Cura domus, Somnaeque potens sermone, Ioasque  
Asaphides, regi oblatos audire libellos  
Prepositus; quos sic affari Rabsacus in fit:

<sup>4</sup> Hæc vestro Hesechia, celsa qui clausus in arce  
Nunc trepidat, rege à magno non mollia ferte  
Iussa viri: Quæ te vanum fiducia lætat?

<sup>5</sup> Quid struis? aut qua spe periturus in urbe moraris?  
Cui vallo, quibus aggeribus confisus & armis,  
Assyriis demens concurrere viribus audes?

<sup>6</sup> Nam quid opis Pharius tulit ad tua prælia miles?  
Perfide, nil pacis tabulas, nil fœdera curans,  
Ut mea Niliacis postponas tela sagittis?

Nempe vice auxilij graue vulnus, ut accidit illi,  
Corpus arundineo tremulum, dextramque bacillo  
Qui temerè credit; casu nam læsus acerbo,

Et seuo ostentans perfossam vulnere dextram,  
Cassa gemit frustra infidi solatia ligni:  
<sup>7</sup> Talis erit Pharius spes quam tibi fingis in armis.

Nec te decipi. ut Domini implorabile numen,  
Et sanctè promissa fides, & rebus in artibus  
Pacta salus: (Sed quis Dominus Deus alter ab illo  
Quem colimus?) dudum ille fidem neglexit, opemque

Periuris afferre negat: Te-ne ille suorū  
Hostem sacrorum, qui lucis omnibus aras,  
Omnibus edituos de montibus eiecisti,

Qui sacrum populis vnum, legemque, locumque,  
Omnibus esse iubet, vnâque litantibus aram;  
Te desertorem moris ritusque paterni

Audiet? & veniet scelerata ad vota vocatus?  
Non ita: Quid te ergo mutauit, ut hæctenus esse  
Et dici noster dedignareris amicus?

<sup>8</sup> Et nunc (antè quidem melius statuisse fuisset)  
Nunc saltem, tua si domus & tibi patria cordi est,  
Si

<sup>3</sup> Et egressus est ad eum Eliachim filius Helciae, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahc filius Asaph à cōmentariis.

<sup>4</sup> Et dixit ad eos Rabsaces, Dicite Ezechij, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua confidit?

<sup>5</sup> Aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me?

<sup>6</sup> Ecce, confidis super baculum arundineum confectum istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manū eius, & periorabit eū: sic Phario rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo.

<sup>7</sup> Quod si responderis mihi, In Domino Deo nostro confidimus: nōne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem, Coram altari isto adorabitis?

<sup>8</sup> Et nūc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo milia equorum, nec poteris ex te prebere ascensores eorū.

Si nati, uxores, & connubialia iura,

Dede meo te suppliciter tuæque omnia regi,  
Et solitam dare regna manum proiectus adora:  
Sin quid opis superest, & adhuc intacta iuuentus

Bellum importunum quàm pacis fœdera mauult,  
Quid cessas? signis acies utrinque refulgens  
Prodeat elatis: Mars litem sanguine cernat.

Immò etiam, ne qua tua cornua parte laborent,  
Milia bina tibi alipedum largimur equorum,  
Illos, quando tibi tot roborata lecta supersunt,

Si potis es, totidem validis sefforibus arma.  
<sup>9</sup> Qui verò hoc possis tam desolatus egensque?  
Qui, soli ex ducibus minimis si prælia tentes,

Sis congressurus telis & viribus impar,  
Audes regali ferre obuius arma phalangi?  
Dij meliora tibi, spes verò mitte Canopi

Si quas imbelli posuisti in milite. <sup>10</sup> nec nos,  
Quod rere, obsessum hæc sine numine venimus urbē.  
Signa Deus dedit excidij manifesta futuri:

Vade (ait) & vires huc verte tuas, vicisti.  
Namque tuis fato hanc dextris victricibus oram  
Denou penitus delendam deuoueoque.

<sup>11</sup> Talia clarifona dum Rabsacus impia voce  
Verba tonat, trepidumque Hebræo idiomate vulgus  
Territat excidij admonitu cladisque propinquæ;

Legati stentes orabant, parcere vellet  
Hebræo ore loqui, quando sibi nota Syrorum  
Vox foret, & scitè simul atque interprete nullo

Alternas possent audire & reddere voces.  
<sup>12</sup> Queis super accensus, toruuntque minaxque renidēs,  
Hoc etiam restabat (ait) victoribus ut iam

Auderent victi linguæ præscribere leges?  
Atque adèd ut propius Solymæ miser incolæ vestra  
Audiat ipse suum præsens videatque periculum,

Accipite hæc omnes, peritura quotquot ad urbis  
Tecta sedetis (ait) Non me rex maximus istum  
Misit ad Hesechiam, qui spe vos ludit inani;

Verum ad vos, quorum miseret, quorumque salutem  
Quàm cadem mauult & inulta funera gentis.  
Si modò vos commune bonum non spernitis ultrò:

At si mendaci Hesechia donabitis aures,  
Vatumque oraculis, quos consulit ille prophanus,  
Inclusos muris captarum more ferarum,

Sic tentator: Omnia regna mundi tibi dabo, si prociidēs adoraueris me.

Ironia, siue potius sarcasmos.

<sup>9</sup> Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus? Quòd si confidis in Aegypto, in quadrigis, & in equitibus: <sup>10</sup> Et nunc nunquid sine Domino ascendi ad terram istā vt disperderem eam? Dominus dixit ad me, Ascende super terram istā, & disperse eam.

<sup>11</sup> Et dixit Eliachim, & Sobna, & Ioahc ad Rabsacem, Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim, ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum.

<sup>12</sup> Et dixit ad eos Rabsaces, Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista; & non potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorū vobiscum?

13 Et stetit Rabfates,  
& clamavit voce magna Iudaicè, & dixit,  
Audite verba regis  
magni, regis Assyriorum  
14 Hæc dicit rex, Nō  
feducat vos Ezechias,  
quia nō poterit erue-  
re vos.  
15 Et non vobis tri-  
buar fiduciam Eze-  
chias super Domino,  
dicens, Evens libe-  
rabit nos Dominus,  
nō dabitur civitas ista  
in manu regis Assy-  
riorum.  
16 Nolite audire E-  
zechiam: hæc enim  
dicit rex Assyriorum,  
Facite mecum bene-  
dictionem, & egredi-  
mini ad me, & com-  
edite vniūquodque vi-  
neam suam, & vniū-  
quodque ficum suam:  
& bibite vniūquodque  
aquam cisternæ suæ,  
17 Donec veniam &  
tollam vos ad terram  
quæ est vt terra vestra,  
terram frumenti & vi-  
ni, terram panum &  
vinearum.  
18 Nec cōturbet vos  
Ezechias, dicens, Do-  
minus liberabit nos.  
Nunquid liberauerūt  
dij geriam vniūquod-  
que terram suam de  
manu regis Assyriorum?  
19 Vbi est Deus E-  
math & Arphad? vbi  
est Deus Sepharuaim:  
nunquid liberauerūt  
Sanariam de manu  
mea?  
20 Quis est ex omni-  
bus diis terrarū istarū,  
qui erueat terrā suā  
de manu mea, vt er-  
tuat Dominus Ieru-  
salem de manu mea?  
21 Et siluerunt, & nō  
responderunt ei ver-  
bum. Mandauerat e-  
nim rex, dicens, Ne  
respondeatis ei.

Deficiente penū sitis vrei anhela, famēsq̄,  
Proque epulis solitis, pro dulci munere bacchi,  
Immundum stercus, lotiumq̄, bibetis amarum.  
13 Non vos o vestro male credula turba tyranno,  
14 Pollicitator opis alienæ largus, at ex spes  
Ipse tamen, tacitūmq̄ premens sub corde dolorem  
Decipiat, 15 celo auxilium non de fore spondens:  
Nul inuat auerso pia munera ferre Tonanti,  
Quæ sacras sumptu immenso portatis ad aras,  
16 Vertite ad Assyriam, paciſque has sumite leges,  
Quas me rex magnus vobis interprete dicit:  
Cedite ius regni melioribus, armæque nunquam  
Felici tentata manu deponite læti,  
Arma viris, non femineis tractanda lacertis.  
Interea, dum vos hinc transfero, castraque & vrbes,  
Et frumentiferas vobis designo nouales,  
Vniute securi nostro sub fœdere, ficiſque,  
Et natus vestri decerpente vitibus vinas.  
17 Mox habitaturi mecum felicia rura,  
Quæis desiderium patriæ lenire relicta  
Positis, fœcunda mero, fœcundaque farre.  
Hæc vobis leges, hæc vobis fœdera sunt:  
Quæ pepigisse olim & sanctè seruasse iuuabit.  
18 Nec quemquā (moneo repelens, iterumq̄, monebo)  
Irrita permoneant vestri promissa tyranni,  
Dum fando stolidas (solitum sibi) distinet aures,  
Armæque nostra premit, sua cōtrā in manus adauget,  
Et sibi spe vana numen presumit amicū:  
Nam quis, tot diuos inter quos omnis adorat  
Et thure effuso placat Samarca cruore,  
Assyrios potuit depellere mœnibus ignes?  
Arisque, fœnisque suis, rectisq̄ clientum?  
19 Quis Deus, Emathiam vasta quum strage rebellem  
Dclerem, Arsadiamque Seferuenaq̄, minaces  
Suffoderem muros, tulit auxiliaria contrā  
Obuius arma? 20 quis antiquam de gente deorum  
Eripuit nostris manibus, ferrōque Sebasten?  
Et nunc ille Deus, nulli nisi cognitus vni,  
Et cultus Solymæ nuper, sibi mœnia falsò  
Vsurpata, meus vindex defendet ab armis?  
21 Barbarus hæc valli celsa de mole fremebat,  
Horrendum inclamans, sed non (sic iusserat ante  
Hesechias) dictis responsū rettulit vllum.

Ergo

Ergo abeunt, tacito deiecti lumina vultu,  
22 Hesechias senior, Somnāsque, & natus Asapho  
Patre Ioas, cui regia commentaria cura.  
Omnes discissa laniantes pectora veste,  
Attonitūmq̄ nouo belli discrimine regem,  
Quid factum dictūque docent; stupet ipse, silētque  
Non secus ac subito percussus fulminis ictu.

Cap. 37. Tandē humeris vestè abscondēs saccoq̄, recinctus,  
Casuriemq̄, nigro deturpans puluere flauam,  
Progreditur, templūmq̄ petit, mox flexus ad aram  
Numine adorato, 2 mittit qui vera reportent  
Amofida senis in tanto responsa periclo,  
Hesechidem, Somnamq̄, quibus pars magna Senatus  
It comes, atratis induti vestibus omnes.  
Quorum qui fandi doctissimus, 3 vi prope limen  
Ventum est, iamque fuit coram data copia fandi,  
Venimus Hesechia iussu, sanctissime vates,  
(Dixit) in extremis scitatum oracula rebus.  
Virg. 2 Aen. Venit mœsta dies, venit lacrymabile tempus,  
Scilicet id scelere, & ventis effecimus ausis,  
Vt spado (proh longi pudor indelebilis aui!)  
Femineūmq̄ loqui solitus, nunc altiūs ora,  
Vocemque intendat, Dominōque Deoque Tonanti  
Audeat impuris coram male dicere verbis.  
Ventum ad supremum lethi discrimen acerbi:  
Nec minor est qui nostra dolor præcordia torquet,  
Quam, cui post decima fastidia tristia Luna,  
Dum mater sperat maturum absoluere partum,  
Omnis abit frustra misera nixusque laborque,  
Nec datur eniti, aut frigentem expellere fœtum;  
Vna duos rapit hora, duos vna accipit vna,  
Femineis mœste resonant volutibus ades:  
Nos eadem, nos fata manent peiora, quid ergo  
4 Restat adhuc? nisi fortè tuis, tuus optime vates  
Ille Deus, calum & terras qui numine torquet,  
Mollitus precibus, tandem huc bonus arrigat aures,  
Assyriq̄, minas regis, temulentæque verba,  
Quæ tacit hic, noto liuentia terga perustus  
Stigmate, mancipium violenti infame tyranni,  
Irrita ventosis tradat radienda procellis.  
Concipe vota pat. r, vocemque ad sidera tolle,  
Si forte inde salus veniat, rezique, pi. si que

Magnū ar-  
gumentum  
pietatis erga  
Deum quod  
erat in Eze-  
chias, quod in  
ter tottāq̄  
mala hoc ma-  
ximè ange-  
bat, quod no-  
men Domini  
blasphemate-  
batur.

21 Et ingressus est  
Eliacim filius Hese-  
chias qui erat super domū,  
& Sobna scriba, &  
Ioabe filius Asaph à  
commentariis, ad Eze-  
chiam scissis vesti-  
bus, & nuntiauerunt  
ei verba Rabfatis.

Cap. 37.

1 Et factum est: cum  
audisset rex Ezechias,  
scidit vestimenta sua,  
& obvolutus est sac-  
co, & intravit in do-  
mum Domini.  
2 Et misit Eliacim  
qui erat super domū,  
& Sobnam scribam,  
& seniores de sacer-  
dotibus opertos saccis  
ad Isaiam filiū Amos  
prophetam,  
3 Et dixerūt ad eum,  
Hæc dicit Ezechias,  
& correptionis, & blas-  
phemie dies hæc: quia  
venerunt filij vsq̄ ad  
parum, & virtus non  
est parienti.

4 Si quomodo audiat  
Dominus Deus tuus  
verba Rabfatis, quem  
misit rex Assyriorum  
domin⁹ tuus ad blas-  
phemandum Deum  
viventem, & expro-  
brandum sermonibus  
quos audiuit Domi-  
nus Deus tuus: leua  
ergo orationem pro  
reliquit: quæ repetita  
sunt.

Reli-

Reliquiis huius populi quos hosticus ensis  
Iam propè consumpsit, morbisque famèsq; maligna.

5 Et venerūt serui regis Ezechiae ad Ithiā.

6 Et dixit ad eos Isaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Ne timeas à facie verborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me.

7 Ecce, Ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & currere cum faciam gladio in terra sua.

8 Reuersus est autem Rabfaces, & inuenit regem Assyriorum præliantē aduersus Lobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis,

9 Et audiuit de Tharraca rege Aethiopiae, dicentes, Egressus est ut pugnet contra te. Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens:

10 Hæc dicetis Ezechiae regi Iudæ, loquente, Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens, Nō dabitur Ierusalem in manum regis Assyriorum.

5 Talia legati stantes, eadēque fremebant  
Primores Solymorum, & opem auxiliūque rogabāt.

6 Quos bonus Amosides, non aspernanda precantes  
His cum mandatis blando sermone remisit:

Ite viri, & regi hæc vestro responsa referte:  
Parce metu sate Dauidicæ de sanguine stirpis,  
Hesechia, nec te moueant quæ plurima fando  
Impia regales in me conuicia serui  
Euomere, meum petit hæc iniuria Numen:  
Magnus ait Dominus diuim sator, atq; hominū rex:  
Illam ego supplicis ultum (quamcunque secet spem  
Assyrius fati ignarus, sortiisque futura)

Ibo nouis: ego nunc dirarum à sede sororum  
Excitam castris immittam hostilibus unam,  
Quæ veris falsa inuoluens, variūque per agros  
Ambiguosque animos spargens, acuensque timorem,  
Non vano concussa metu victricia retro  
Agmina conuertat. Rex millia multa relinquens  
Indefleta, inhumata, domum cum milite raro  
Attonitus repetet: tandemque impune suorum  
Oppetet insidiis media iugulatus in aula.

8 Hæc illi inter se summis de rebus agebant:  
Rabfacus interea Solymis sua iussa colonis  
Contemni frendens, multiūque & saepe rebelles  
Respectans turres ad regia castra reuertit,  
Constituit, nam fortè illis mutasse diebus  
Audierat regem Assyrium Lobnæq; tenaces  
Armata muros circumuallasse corona.

9 Dum sedet hic, lentōque trahit læta oicia bello,  
Mœnia post captæ Lachis eruta vincere certus,  
Nuntius ingenti turbauit castra tumultu,  
Vectus equo, visūque ferens in finibus hostem,  
Perpetuum Assyrii Tharracam nominis hostem.

Qui totam Meroen, coniuratâque suorum  
Aethiopum turmas inimica in prælia ducat.  
Obstupuit, prædamq; sibi de faucibus alta  
Ereptam voce exclamans, reditūque minatus,  
Signa rapi properè tubet, & tentoria velli.

10 At non oblitus Solymos post terga relinquit  
Non leue momentum bello pacique futuros,  
Rursus eos missa placuit tentare tabella,

Verbâque

Nō hoc in reditu à prima expeditione est intelligendum; sed cum expugnato Aethiopum rege, rursus in Iudæam venit expugnatus Hierosolymam.

Verbâque signatis inscribere talia ceris:  
Quam tibi iam toties vanis eluse salutem  
Pollicitis, celo venturam credis ab alto  
Hesechia, illam à me petere aequius antè fuisse,  
Quam te & tot lectos in aperta pericula ciues  
Proliceret, nimis ô mendaci credule vati,  
Ignotōque Deo, cuius tibi numen amicū  
Vana superstitio persuasit, ut esse putares:  
Non (ait) Assyrio Solymos euertere regi  
Fata sinunt: ego nempe veto, cui fata vetanti  
Obsequium debent: ego mœnia condita Semo  
Et regnum Dauidis vetus, & mea templa tuebor.  
Fata negant manibus Solymorum mœnia nostris?  
Nec Deus ipse sinit? certè scis ipse, sciuntque  
Beniamidæ Iudæq; tribus, quid vinda virtus,  
Quid patrum potuit bello inclyta dextra meorum:  
Hæc igitur, tum cum fierent, cum Persa satelles  
Vreret Hebræos flamma ferrōque penates,  
Dic age (nam lubet hic te compellare parumper)  
Dic, ubi erat tuus ille Deus, cui fata iubenti  
Obsequium præstant? aut qua regione latebat  
Dormitans, Gozam cum Salmanarsus opimam  
Vastaret genitor? Resephq; biuerticis arces?  
Fiti ferōsque Haræ colles? latisque beatæ  
Deliciis petulans miles frueretur Edene?  
13 Quis seu maiorum, seu sit de gente minorum  
Eripuit Deus Emathiam Arphadiamque rebellem?  
Et quæ mille die cepi ferus oppida victor,  
Et quos mille die reges sub tartara misit?  
Desine tali igitur sperare auctore salutem,  
Quam si à me expectas, (sanctè tibi iuro) valebis.  
14 Hæc mandata schedis: legati cætera iussi  
Edere, quas postquam lino cedente reclusit  
Hesechias, oculoque genas rorante relegit,  
Templa petit, pronūque sacram reuolutus ad aram,  
Dicitur ante Deum, media inter sacra, minacem  
Deposuisse schedam, quo seni dira tyranni  
Impietas, nullis non esset cognita sacclis,  
15 Sicque Deum manibus supplex orasse supinis:  
O pater omnipotens, cui nunc Hebræa duello  
Gens trepidâ arripiti, thuris succendit odores,  
Qui Cherubimorum super aurea pennatorum  
Terga sedes, quom regna Dei solam omnia verumq;  
V Agnoscent,

11 Ecce tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorū omnibus terris quas subuerunt, & tu poteris liberari?

12 Nunquid eruerunt eos dii gentium, quos subuererūt patres mei, Gozā & harām & Reseph & filios Eden qui erant in Thalasār?

13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex Sepharuaim, Ana & Aua?

14 Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorū, & legit eos, & ascendit in domum Domini, & expandit eos Ezechias coram Domino.

15 Et orauit Ezechias ad Dominum dicens:

16 Domine exercituum Deus Israhel, qui sedes super Cherubim: tu es solus Deus omnium regnorum terre, tu fecisti caelum & terram.

\* Allud ad propitiatorū, unde Deus respondit, sicut est in libro Ieremias, quod dicitur, Et erat inter cetera cherubim.

17 Inclina Domine aurem tuam, & audi: apertis Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit ad blasphemandū Deū viventem.

18 Verè enim Domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earū. 19 Et dederunt Deos earum igni: nō enim erāt dij, sed opera manuum hominū, lignū & lapis, & comminuerant eos. 20 Et nunc Domine Deus noster, salua nos de manu eius: & cognoscat omnia regna terre quia tu es Dominus solus.

21 Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum,

22 Hoc est verbum quod locutus est Dominus super eū, Desperet te & subannuntiet, virgo filia Sion: post te mouit caput: & filia Hierusalē.

*Agnoscent, opifex cali terræ, marisque,  
Aspicis hæc? An verò audis (si dicere fas est)  
Tam dicta improbitè, memori quàm scripta papyro?  
Immo audis, cerniisque pater, frustra, tenebris  
Oculimus quacunque palàm peccare timemus.  
Et tamen hic regno tumidus, rebûsque secundis  
Indocilis seruare modum, mortalia iam non  
Cogitat, ast hominem exutus, caelestibus equat  
Sæque suosq; atavos, & patrum bella suorum  
Predicat extollens contra tua numina, vimq;  
Elevat alme tuam, Pater irritatque proteruis.*

18 *Multa quidem multas extant monumenta per oras  
Tristia, quas ferro Assyrii domuere tyranni,*

19 *Nulla deos non terra suos arsisse, iacentes  
Ipsis cum templis meminit, memoratque gemiscens:  
Verum illi non dij, sed truncus ab arte dolatus,  
Aut fustum es, aut marmor erant de monte recisum,  
Massaq; iners, sensusq; carens, & nescia sese  
Cultoresque suos à vi flammisq; tueri.*

20 *At tu summe Deum, qui celsas ætheris arces  
Incolis, o sinem cui tempora nulla dedere,  
Nulla dabunt, ut principium nunquam ante dederūt,  
Longè alia polles virtute, idèoque fideles,  
Addictosq; tibi populos seruabis ab omni  
Bellorum clade incolumes, ut barbarus hostis,  
Et quicumque illi similis, fera pectora tandem  
Indomitosq; animi flatus aliquando remittat,  
Edoctusq; malo proprio, damnisq; suorum,  
Nolens, an sponte, agnoscat, discatq; fateri  
Te solum esse Deum memorem fandi atque nefandi.*

21 *Talibus oranti dictis, aramq; tenenti,  
Nuntius Amosida missu senis, ecce repente  
Astipit, & coramque ferret pandere iussus,  
Rettulit hæc: Tua vota Deus (timor omnis abesto)  
Audiit omnipotens: huc me tibi, quem bonus vnus  
Edocuit, multaq; insignem reddidit arte,  
Amosides misit senior, quo vera recludam  
Venturæ Assyrio cladis responsa tyranno.*

22 *Audi igitur carmen, celo quod numen ab alto  
Dictavit vati, vates mihi, ego tibi iussus  
Nunc cano: Quo tua rex infelicissime regum,  
Quo cecidit fortuna loco? qui mille cohortes  
Mille modo populos in prælia dura trabebas,*

Obuia

*Obuia cuncta ruens? abeuntem, tergaq; turpi  
Indecoriq; fugæ dantem, de colle Sionis  
Nubifero Hebraides spectant ridèntque puella,  
Turbaq; iam posito terrore licentior, audet  
Inter festiuas te decantare choreas,  
Degenerèmq; fugam meritis incessere probris.*

Apostrophe  
ad regē Sen-  
nacheribum.

23 *Nam tu, quem rabidi violento vulnere dentis  
Ausus es appetere, & dira proscindere lingua,  
Non est ille tua natus de gente deorum  
Saxeus, aut querni sculptus de stipite trunci,  
Sed Deus Isacidum, Deus immortalis, an illum  
Scilicet impurum os, linguaq; volubile selum  
Strinxisti, senos oculos attollere contra  
Non veritus, famulasq; manus seruilidque ora  
Ne præsens faceres, in apertam inducere scenam,  
Hæc etiam tacito tecum sub pectore frendens:*

24 *Quæ iuga qui montes, quæ serupea saxa, quadrigis  
Non perrupta meis? num se Carmelus iniquus  
Rupibus, aut lucis Libani defendet opacis,  
Quo minus ardentès rapiam in iuga summa cateruas,  
Exscindamq; altas cedros radicibus imis,  
Et quæ multa abies siluis assurgit in illis?  
Quod mare, quis fluuius pontem indignatus, eunti  
Claudet iter cæptum spumantibus obuius undis?*

25 *An non exhaustis siccatis fontibus amnes,  
Defecere olim populis mea castra secutis?  
Et iam aliquis nostris concurrere viribus audet?  
Hæc tu vana tibi de te mendacia fingis,  
Poti more senis, quem falsa in somnia ludunt,  
Nec venit in mentem, non hæc sine numine nostro,  
Consilioq; tibi tot bella peracta fuisse,  
Cum datus à nobis fatorum exposceret ordo,  
Inter se magnos magno luctamine montes  
Collidi, vicis vicis, atque urbibus urbes,  
Mutua ut in sese versis ad vulnèra dextris,  
Oppeterent passim ciues à ciuibus hausti,  
Mèque meâ claudente manum, auxiliūmq; negante,  
Deficeret moriens cultis habitator in hortis,  
Aut instar fœni, quod rustica desecuit falx,  
Aut herba in tectis enata & rore carentis  
Florem ante & fructum impubi marcesceret æno.*

26 *Parce meos igitur furari ingratus honores:  
Nam quis sis & quis fueris, quis porro futurus*

V 2

Antè

23 Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & superquē exaltasti vocem, & leuasti altitudinē oculorū tuorum? Ad sanctum Israel.

24 In manu seruorū tuorum exprobrasti Domino: & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinē montium, iuga Libani, & succidam excelsum cedrorum eius, & electas abietes eius. Et introibo altitudinē summmitatis eius, saluū Carmeli eius.

25 Ego fodi, & bibi aquam, & exsiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerū.

26 Nunquid nō audisti quæ olim fecerim ei? Ex diebus antiquis ego plasmaui illud: & nunc adduxi, & factum est in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarū.

27 Habitatores earū breuiata manu contremuerunt & confusi sunt: & facti sunt sicut fœnum agri, & gramē pascuē, & herba tectorum quæ exaruit antequā matura resceret.

28 Habitationē tuā, & egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & infantiā tuam contra me.



Antè tuæ grauida fueres quàm matris ab alno,  
 Dulciâque eminulis mulgeres vbera labris,  
 Noram; nulla tuæ mihi pars incognita vitæ:  
 Seu patriis te bella iubent excedere terris,  
 Seu reuocant, nihil absque meo meditabere nutu,  
 Nec me, cum nondum tetigisses luminis auras,  
 Quàm furiosè olim debaccharere, latebat.  
 Et tu fata quidem implesti tua, nam nihil abs te,  
 Quo me, & deuotos mihi persequerere, relictum.  
 Quare, quum nullum finem facis, & mihi dudum  
 Indomitus furor, effrenisq; superbia mentis,  
 Ad seram fessas vindictam vellicet aures;  
 Naribus apprensus ego te cohibebo, ferumque  
 Os freno stringam, sternacis more caballi,  
 Et quâ venisti, luctantem multa, remittam.

29 Cum fueres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas; ponam ergo circalū in naribus tuis, & frenū in labiis tuis, & reducam te in viā per quam venisti.

30 Tibi autem hoc erit signum, Comede hoc anno que sponte nascuntur, & secundo anno pomis vescere: in anno autem tertio seminare & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earū.

30 At tibi, ne dubites, regum sate sanguine Iuda,  
 Quæ loquimur, ventura breui, presentius vllum  
 Haud esto signum, populòque in clausa recluso  
 Mœnia, quàm quod nunc celo demittitur alto:  
 Ante Palæsthinis quàm collibus, alter ab isto  
 Corribus aduectus plenis, in vestra racemus  
 Præla fluat, messisq; nouos gerat altera culmos,  
 Plenâque stridenti descendat in horrea plastro,  
 Perdurapaucos, rex ô fortissime, menses,  
 Liber eris, nullòque palam circumdatus hoste.

Interea, ne fortè famas te perdat & urbem,  
 Annonam tenui sic conseruare memento  
 Et dispensato momenta ad singula victu,  
 Vt primum tibi que postrema abs messe supersunt,  
 Sustineant annum, syluestria poma secundum  
 Tempus alent, & quos dabit arbor plurima fetus.  
 Veritè tam ferro reparatæ tergora terre,  
 Et serite agricolæ, duròsque resumite rastros,  
 Collibus & patriis generosas pangite vites:  
 Nullus erit vestris miles quâ vincula bubus  
 Iniiciat, rapiat-ve pecus, pecoris-ve magistros,  
 Nullus disturbet qui spumea præla satelles:  
 Post aliquot Lunas, spatiosa nec horrea messi,  
 Nec caua sufficient feruenti dolia musto.

31 Et mittet id quod saluatū fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet fructum futurum.

31 Opportuna quidam pleno bona copia cornu  
 Tunc aderit: nam quam sobolem seruatis ab istis  
 Cladibus, antiqui sanguis producet Iudæ,  
 Magnum paruo cui spatium dabit incrementum.

Et quàm altè ramos tollet, latèque per omnes  
 Protendet terras felicitis brachia siluæ,  
 Tam penitus fixa verget radice deorsum,  
 Aduersum ventos, seuòsque immobilis imbres:  
 Quippe hoc relliquias, quas nō consumpsert hostis,  
 Reliquias gentis Solymæ, lectæq; Sionis  
 Armipotens Dominus seruandas semine sanxit.

Epiphonema.

Tantus amor genus in fontum stirpemque tueri:  
 Tantum illi studium est reges delere prophanos.  
 33 Pone metus igitur, seruant hanc numina sedem,  
 Nec, qui illam miles vesano Marte petiuit  
 Assyrius, violasse diu latabitur unquam.  
 Non illum iaculo, non missi cominus hasta  
 Appetet, aut clypeo pugnans irrumper abeno:  
 Non duētis circum aggeribus, non arte doloq;  
 Sed sua conuerso relegens vestigia cursu,  
 Tristia signa domum, rarumque in glorius agmen  
 Depulsus Solyma referet, multumque priori  
 Dissimilis, cum cuncta sibi cessura ruenti  
 Speraret, patrij iuratus numina regni,  
 Deuastare arces, & templa dicata Tonanti,  
 Irrisòs longa gemet obsidione labores:  
 35 Hæc tibi me sponsore rata indubitatæque sunt.  
 Ipse ego me propter, nec Dauidis immemor unquam,  
 Dauidis, ingenti colui quem semper amore,  
 Urbem hanc imperij sedem, matrèmq; meorum  
 Sacrorum, eripiam, & cunctos seruabo per annos.

Sequitur hic cōmuni cōmuni Theologorū opinio, qui auctores sunt, clades memorabiles quibus Deus inmortales velleitur, operis & ministerio malorum spirituum fieri.

Dicta fides sequitur: stygio nam mortis ab antro,  
 Mille modos ubi lethiferos, artèsq; nocendi,  
 Ensèsq; laqueòsque, rotasque, & lecta venena,  
 Morbòsque, pestèsq; & mille pericula rerum  
 Seposuit Deus vltices supremus ad iras:  
 Scit enim à stirpe parat populos delere rebelles,  
 Sive tyrannorum nomènque, genúsque, domumque,  
 Et sobolem, insolito statuit prosternere casu;  
 Monstrum immane, ingens, quo non crudelior alter  
 Inter lucifugas Erebi pallentis alumnos  
 Spiritus humanis semper gaudere ruinis,  
 Exciit, & castris iam nocte hostilibus alta  
 Immisit: volat ille alis stridentibus, omnia  
 Noctis ani similis, perque intima viscera tandem  
 Terrarum ad superos erumpit: tabida pestem  
 Sensit humus, omni que ales perterrita fugit.

32 Quia de Ierusalem exhibet reliquias, & saluatio de monte Sion. zelus Domini exercituum faciet istud.

33 Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem.  
 34 In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.

35 Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, & propter Dauid feruum meum.

36 Egressus est autē Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centū octoginta quinque millia. Et surrexerunt manē, & ecce omnes cadavera mortuorum.

37 Et egressus est, & abiit, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Ninīue.

38 Et factum est, cū adoraret in templo Nefroch Deum suum, Adramelech & Sarafar filii eius percusserunt eum gladio, fugeruntque in Terram Ararat, & regnauit Assarhaddon filius eius pro eo.

Cap. 38.

x In diebus illis rogauit Hezechias vique ad mortē: & introiit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei, Hęc dicit Dominus, Dispone domuitate, quia morteris tu, & non viues.

10 Vt ventum ad cadem, iam non auis, arripit hastam Feralem, generisq; hominum, generique animantium, Quam manibus mors ipsa suis, ter mille venenis Tinxerat, & tinetam monstro donarat eunti, Vt que erat aërea pendens è nube, iacentes Supra acies, somnoque graues, vinoque sepultas, In medios telum torsit fatale maniplos: Hasta volans terras inter, celumque, sed ipsi Iam propior terra (dictu mirabile) multas Dissiliit in partes, quæ castra per omnia late Dispersa huc illuc, vix ullo sospite, diram Vulgauere necem: nunquam antea sanguine tanto Sautum, largi-ve magis fluxere cruores Hostili ingulo: nam ferrum (credere forsitan Nolet posteritas) ferrum (inquam) tota virorum Millia per nonies viginti & quinque cucurrit.

Detexit radiis Sol matutinus Eois Nocturnam stragem: rex tot miratus acervos, Totque vagis proiecta iacere cadauera campis, Fumestas acies damnataque castra reliquit, Attonitusque, Nini patris se manibus abdit. 11 Hic dum sepositis agit otia libera curis, Notaque pro reditu saluo solennia soluit, Ante aras ipsūque Dei puluinar Arasci (O vatū nunquam mendax, sed credita tantum Euentu prudente fides! O ferrea fata!) Natorum exceptus scelere insidii que suorum, Sontem animam infelix media inter sacra profudit. Illorum scelus Armenia texere latebra, Regnū autem, & vacuā profugis iam fratribus aulā Occupat Assaradon alieni criminis heres, Hic sano vite finis regni que tyranno Cui magnum fuerat ludus contemnere numen.

12 At vero belli curis confectus acerbis Hezechias, longa que laboribus obsidionis, Lethale in infecto contraxit ab aëre morbum, Iamque videbatur spes deplorata salutis, Cū visum Amosides admissus talibus agrum Aggreditur: Ne spera ultra producere vitam Hezechia: iam meta tibi suprema peracta est. Soluere tempus equos, & lampada tradere cursu, Et regno, rebū que tuis virtute merentem Præficere, ut cū sit proles tibi nulla superstes,

Dignior

Ararat, sive Atarath regio Armeniæ campestris & magnæ vbetatis.

Cap. 38.

Mortē denuntiat nō ex dispositione diuina, sed ex causis secundis: morbus enim talis erat, vt humana ope sanari non possit.

Dignior imperij duris succedat habentis.

2 Obstupuit, vocemque simul vultūque repressit Hezechias, & se sponda interiore reflectens, 3 Vt primum fari potuit, & reddita mens est, Dicitur his summum verbis orasse Tonantem: Magne parens sine fine bonus, sine fraude fidelis, Quem nulla abstruso quantum-vis clausa recessu Corda latent, qui res hominum sensū que repostos Perspicis, o operum inspector iudexque meorum, Simplicitas tibi nota mea est, & candor ab omni Parte nitens, & mens vani nihil indiga fuci.

Felix iustitia que inter afflictione: bonorum operū recordatione se ipsam consolatur.

Scis pater, ( & quis te mage testis idoneus ipso Esse potest?) quā te coram, & tua numina falli Nescia sincero me semper peccatore purum Præstiterim, vitij osorem, & virtutis amantem: Et nunc, heu quia-nam nostri tibi cura recessit, Vt mea florentis præcidere fila iuuenta, Ante diem, nullaque super stite prole iuberes? Hęc ille ingeminans, singultibus ilia crebris Rumpebat, fletūque genas ror ante rigabat.

4 Motus ad has lacrymas cælo respexit ab alto Orantem Deus omnipotens; & vate vocato, 5 Vade (ait) & misero perfer mea nuntia regi, Hęc tibi me celeres iussit mandata per auras Ferre Deus, Deus ille tui quem sanguinis auctor Præcipuo coluit Dauides semper honore: Audini gemitus tristis de pectore fusos, Et vidi lacrymas vultu pallente fluentes, Te cælo auxilium quasi inuabit ab alto: Ne dubita, producta tue iam linea vita est. Ecce ego, quem mortis penes est vitæque potestas, Detextos auxi ter quinis mensibus annos, Quas securus ages, & leta per ocia, 6 bellis Liber ab Assyriis, sospesque, & mox pater, urbem Præside me & custode beata in pace tenebis.

7 Quoque minus ambites, præsens hoc accipe signum: 8 Ecce vides (nam fortè horas signata notabat Machina, sublimi pendens à vertice turris) Ecce vides, vt sol deuexo pronus olympo, Obliquam decimi notula super ordinis umbram Iecerit extremas vergens ad limitis horas: Respice iam, & totidem gradibus retro abisse videbis, Et que nunc ibat, versos agere axe iugales.

9 Restitit

2 Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, 3 Et dixit, Obsecro Domine, memento quæ quo modò ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno.

4 Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens,

5 Vade, & dic Ezechia, Hęc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas, ecce, ego adiciam super dies tuos quindecim annos,

6 Et de manu regis Assyriorum eruum te & ciuitatem istam, & protegam eam.

7 Hoc autem tibi erit signum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus est:

8 Ecce ego reuertī faciam umbrā linearum, per quas descendat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reuertis est sol decem lineis per gradus quos descendat.

9 Scripsit Mercechig  
regi. In la cum ego  
tales, & conua uider  
de infirmitate sua.

10 Ego dixi, In di-  
midio dierum meoru  
vadam ad portas infe-  
ri: quæsiui residuum  
amorum meorum.

11 Dixi, Non vide-  
bo Dominum Deum  
in terra uiuentiu: non  
aspiciam hominē vi-  
trā, & habitatorem  
quietis.

12 Generatio mea  
ablata est, & conuo-  
luta est à me, quali ta-  
bernaculum pastorū:  
præcisa est, velut à  
texente, vita mea: dū  
adhuc ordiret, succi-  
dit me: de manē vs-  
que ad vesperam si-  
mesine.

13 Sperabam vsque  
ad manē, quasi leo sic  
continuit omnia ossa  
mea: de manē vsque  
ad vesperā finis me.

9 *Resistit Hefebias, oculosque ad regia torsit  
Culmina Achasæe turris, solēque regressum  
Miratus, duplicēque manus ad sidera tendens,  
Grata Deo tales in versis ora resoluit:*

10 *O quoties, cum me nuper crudelis haberet  
Morbus, & ipse metus morbo violentior omni  
Exhaustum longis cruciatibus exederet cor,  
Et fera mors, telum ante oculos falcemque coruscans  
Terribilem, caput hoc iam demessura veniret:  
O quoties dixi? Me sicine morte perire  
Ante diem properā? mediōque virentis in aui  
Flore rapi? nudoque pede illatibilis Orci  
Claustra rigentia, & irremeabile tangere limen?  
Nam qua iam misero mihi spes super vlla salutis?*

*Quid querar? aut quid ego fugitiuos depreccr annos?  
Præteriere illi rapidis velocius austris,  
Et quos sperabam, mors importuna repente  
Præsecuit. 11 Sacra ò quondam mihi chara valete,  
Quæ viuos inter viuens latūsque peregi:  
Numine non ultra dabitur præsentē frui sci,  
Nec coram dulces haurire & reddere voces.  
Et vos, quos eadem stirpis mihi iunxit origo,  
Et non fictus amor, nostrā pars magna, valete.  
Non ego vos, vita mihi cætus dulcior ipsa,  
Aspiciam posthac: mors, mors mihi commoda cuncta  
Præripit, & spem vno omnem votaque proruit ic̄tu.*

12 *Eheu, quam subitis pereunt ingentia causis!  
Qui modo pace frui visus stabilique quiete,  
Laudabar regno, & florentibus integer annis,  
Non secus ac rapidis euersa mapalia cauris  
Attonito pecore, attonitis pecorumque magistris,  
Hinc rapior, solique throno detrusus eburno  
Ad caua busta trahor, prima lanugine nuper  
Detonsa, medio nondum mihi stamen in orsis  
Concidit abruptum: quo more, puella choreas  
Festinans positis hilares inuisere pensis,  
Aut anus indignata operi, iam pollice fesso  
Fila secant, radiōque odiosaque stamina turbant:  
Sic ego, sic celeri mea turbine vita rotatur*

*Tam fragilis, quam quæ grauidi sub pondere fusi  
Lama leuis pendens expectat pollicis ic̄tum  
Virginē, me manē vrgens, me vespere morbus,  
13 Ieiunique molens mea viscera more leonis,*

*Admonet*

*Admonet iratis non fidere temporis horis,  
Nec sperare diem merso iam sole, nec illo  
Ex oriente, nouos nocturni sideris ignes.*

14 *Ab quibus ingemui lacrymis, quibus ignibus arsi,  
Febre per ardentē fusa crudeliter artus!  
Non me lucti sonis implumis hirundo querelis,  
Non viduus celsa mærens à turre columbus  
A Equasset, crebros iterantem pectore fletus,  
Denique clamabam: Vim proh pater optime diuūm  
Vim patior, victūque graui succumbo dolori.  
Sanctē parens, fer opem presso, succurre labanti,  
Nam potes: atque actor si postulet, ipse satīda,  
Tēque vadem siste hac in causa penē perempta.*

15 *Ah, quid ego demens ab eo vadimonia posco,  
Qui petit ipse & agit, cui summa petita luenda est?*

Contra Epi-  
curū, qui sen-  
tiebat bono-  
rū præterito-  
rū recorda-  
tione mala  
præsentia mi-  
tigari.

*Hæc ego dum meditor, dum sauo percitus aestu,  
In mentem reuoco fortuna dona prioris,  
Et reputo quàm fluxa hominum res, vitæque vana,  
Nulla recordantem quæ præteriere voluptas  
Afficit: 16 imò mali redeunt in corda dolores,  
Vīque recrudescit morbi, penitūque medullas,  
Et tabescentes violentior exedit artus,  
Et tamen ille statim depulsus corpore cessit.*

17 *Postquam contentus me corripuisse, merentem  
Eripuisti Erebo, ne dira morte perirem,  
Postque tuum mea proieciisti crimina tergum:  
Vt sensu illorum memori de pectore proripsum  
Deleto, iam te solum, & tua numina gratis  
Commemorem: 18 nec enim nigro quos amne coërcet  
Stryx in amæna palus, Acheronque rubentibus undis  
Claudit, & immani mors atra absorbet hiatu,  
In tua damnatas soluent præconia linguas,  
Nec fidei promissa tuæ certissima fontes  
Sperabunt, quos orcus habet, manēque profundi.*

Idem sed aliis  
verbis Dau-  
des: Nō mor-  
tui laudabunt  
te, neque om-  
nes qui descē-  
dunt in infer-  
num.

19 *At nos, vitæ qui per te vescimur aura,  
Ipseque ego, ante alios, cui munere reddita nuper  
Vita tuo, muti simul organa rettulit oris,  
Carminibus tua facta nouis, laudēque sonabo,  
Notaque erit seris, me vate, nepotibus olim  
Iustitiæ vis recta tua, pietasque fidēque.*

20 *Denique dum viuam, dum spiritus hos reget artus,  
Nunc fidibus, nunc voce tua celebratus in æde,  
Tu mihi carmen eris, rerum Pater optime semper,*

X

Iūque

14 Sicut pullus hi-  
rundinis sic clamabo,  
meditabor: vt colum-  
ba: attenuati sunt o-  
culi mei suspicientes  
in excelsū: Domine  
vim patior, responde  
pro me.

15 Quid dicam, aut  
quid respondebit mi-  
hi, cum ipse fecerit?  
recogitabo omnes an-  
nos meos in amaritu-  
dine animæ meæ.

16 Domine si sic vi-  
uitur, & in talibus vi-  
ta spiritus mei, corri-  
pies me, & viuificabis  
me.

17 Ecce, in pace ama-  
ricudo mea amari-  
matu autē eruiſti a-  
nimam meam vt non  
periret, proieciſti post  
tergum tuum omnia  
peccata mea.

18 Quia nō infernus  
confitebitur tibi, ne-  
que mors laudabit te:  
non expectabunt qui  
descendunt in lacum,  
veritatem tuam.

19 Viuens viuens ip-  
se confitebitur tibi,  
sicut & ego hodie: pa-  
ter filiis notam faciet  
veritatem tuam.

20 Domine saluū me  
fac, & psalmos nostros  
cantabimus cunctis  
diebus vitæ nostræ in  
domo Domini.

21 Et iussit Isaias vt tolleret massam de ficis, & cataplasmarēt super vulnus, & sanaretur.

22 Et dixit Ezechias, Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

## Cap. 39.

1 In tempore illo misit Merodach Baladā filius Baladan rex Babylonis, libros & munerera ad Ezechiam: audierat enim quod egrotasset, & conuulsisset.

2 Latatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellā aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & omnes apothecas suppellectilis suae, & vniuersā quae inuenta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

*Insuper tui firmum & nunquam variabile pacti.*

21 Talibus orabat iam sanus, & vlcere prorsus Integer obducto, miseris quod serpere membris Desierat, sicu (miranda potentia) folum Contusa bonus Amosides quam trinerat ipse, Emplastrumque noua validum confecerat arte, Quod simul admotū est, fugit omnis corpore morbus, Et dolor, & veteres rediere in pristina vires.

22 Obstupuit subita percussus imagine rerum Hesechias, duplicēque manus ad sidera tendens, Hoc erat, hoc signum caelo mihi (dixit) ab alto Spondebas Pater, & rursus tua templa videre Spemq; fidemq; dabas: rata sunt, quacūque precamur: Non haec humanis opibus, non arte magistra Proueniunt, tua me genitor, tua dextera seruat.

1 Fama retrogressi solis duplicatāque lucis Producta meta attonitum perterritū orbem, Et circum latē volitans, per rura, per vrbes, Vsq; Semiramiae magnam Babylonis ad urbem Pertulerat, Phæbo Auroram stupuisse reuersor: Palluit insoliti noua rex ad nuntia monstri, Merodachus Baladane satus, quo doctior alter Non erat astrorum occubitus ortusque notare. Ergo, quidquid erat, vicibus quod sidera mundi Peruersis, fœdum possent aut triste mimari, Muneribus statuit missis, scriptoque piare, Depulsum morbum, & reducem gratante salutem.

2 Lata viro fuit haec tanti legatio regis, Principibus spectanda viris, & diuine cultu. Ergo salutato verbis compellat amicis, Amplexusque ducem dextra, comitēque sequentes Praegrediens, vario tempus sermone lenabat, Nunc hoc, nunc illud, si quid spectabile monstrans. Vt ventum ad sedes, veterumque palatia regum, Interiorque domus regali splendida luxu, Cardinibus patuit motis, & diues odoris Cella peregrini, quis eburnis condita thecis Unguenta, & plenos onyches, alabastrāque succis Enumeret? quos miscet Arabs, quos decoquit Indus, Et quos thurilegis Panchaia mittit arenis?

Exin progressus, prisorum araria regum, Theaurōsque aperit: iacet ingens copia facti Infectique auri argentique immobile pondus:

Immense &

Non spernenda medicina que vsu & experimēto constat, nam & hanc Deus fecit.

Hic quidam patrem Nabuchodonosoris fuisse putant.

Immensa Solomonis opes, regumq; sequentium Congestae studiis, quin sacram detegit aram: Et quae vasa nefas genti spectare prophana, Miratur, cupidōsque oculos ad singula torquet Barbarus, & praedam votis sibi spondet auaris: Exquirūtque, auditq;, quis haec, quis fuderit illa, Intulerūtque sacris olimque dicauerit aris.

Tum primum potuit (si ritē recordor) inermis Barbaries, nullo bello, sed pace manente (Proh scelus) arcanum nostri deprendere regni, Aduenāque haud tantū admissus, sed voce manūque, Non secus ac victor, secreta per intima ductus, Tempa oculis spolianda haurit, sedemque Tonantis Miratus gaudet Beli calcare sacerdos.

3 Vix dum legatos multo dimiserat auro, 4 Et picturata donatos murice vestis Rex ostentator, quum prorinus ecce propheta, Aduenit Amosides, fœdōque haec ore locutus, (Disimulabat enim rem scire) Quid optime, dixit, Rex Dauidigenū peregrinus hic attulit hospes? Quae mandata deū? quibus est aduectus ab oris? Hæsit ad hanc vocem Hesechias, tandemque superba Rettulit ad sese missos Babylone venire, Rara ab Achemenio portantes Tigride dona. His ego, quod socio legati à rege venirent, Ne quod ab ingrato munus quererentur omisum, Ne ve minor meritis, impar vel honore viderer, Quotquot habet, centūque seris augusta supellex Claudit opes, quotquot gazas araria seruant, Tot cumulata annis iam prima ab origine regum, AEs, aurum, argentum, gemmas, unguenta, togasque Arte laboratas mira, galeasq; smaragdīs Fulgentes, ensesque renidentes hyacinthis, Currusque clypeosque, & mille apta vsibus arma, Et quidquid rarum, quidquid spectabile tota Vrbe fuit, coram ostendi, latoque remisī.

5 Quem contra toruē aspiciens, sic farier orsus Amosides: Audi, quae me tibi dicere iussit Armipotēs Dominus, diuū Pater, atque hominū Rex: 6 Adueniet tempus, nec longa morabitur aetas, Haec cum diripiet Babyloniū omnia miles, Quae te iactare ambitio fastusque cōegit. Et quas maiorū mores, virtusque tuorum

3 Introiit autē Isaias propheta ad Ezechiam regē, & dixit ei, Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

4 Et dixit, Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias, Omnia quae in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam nō ostēderim eis in thesauris meis.

5 Et dixit Isaias ad Ezechiam, Audi verbum Domini exercituum:

6 Ecce dies venient, & auferentur omnia quae in domo tua sunt, & quae thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit Dominus.

*Intactas multis gazas seruauerat annis,  
Condideratque olim, raptor Chaldaeus Orontem  
Euphratemq; ultra feret, Armeniūque Nyphaten.*

7 Et de filiis tuis, qui exhibet de te, quos genueris, tollent, & erunt eumuchi in palatioregis Babylonis.

8 Et dixit Ezechias ad Isaiam, Bonū verbum Domini quod locutus est Et dixit, Fiat tantum pax & veritas in diebus meis.

*1 Nec contentus eo, medijs tua pignora cunis  
Abripiet, non hanc in spem suscepta parenti,  
Molliaque abreptis ferro genitalia duro  
Abscindens, teneri crescentem corporis ignem  
Exstinguet, mollire mares edoctus, ut illis  
Clausas conclauī per regia septa puellas  
(Turpe ministerium) concedere tutius ausit.*

*2 Palluit ad veri responsa minacia vatis  
Achasides, cælumque tuens hac ore profudit:  
Ista quidem quia nota mihi tua magna voluntas  
Est, Pater, & precibus dudum non flecteris ullis,  
In melius fati ut conuertas orsa potentis,  
Cedo lubens, rata sint olim, quacumque minaris:  
Illud, te fati nulla quod lege tenetur*

*Quodque potes, pro me obtestor, da tempora saltem  
Quantulacumque tuo vitæ mihi munere restant,  
Degere pace bona, & felici claudere sine,  
Neu videam infelix casus & probra meorum,  
Vrbisque templique tui miserabile bustum.*

*Sic ille orabat, nimium quid sera futuro  
Posteritas auo ferret securus: at illam,  
Omnia, cui, quæ sunt, genitor, quæq; ante fuere  
Quæque dehinc ventura patent, sanctissimus idem  
Humani generis custos, solatus amicam est:  
Et sperare iubens, sic cælo fatur ab alto:*

*Ne trepida mea cura, meus ne defice primus  
Et supremus amor, mea magna & sola voluptas,  
Tecum ego semper ero, nec te, (quod rere) relinquam,  
Nec, si abs te videar quandoque remotus abesse,  
Desperes, adæro disrupta nube repente,  
Dum modo poscar, operam rebus laturus in arctis.*

*1 Tuque adeo sacra turba virum, quos numine nostro  
Impleri, pacemque nouam, & noua fœdera mundi  
Quadrifidi cunctas iussi vulgare per oras,  
Hanc primum solare inopem, solare relictam,  
Quæ celsa Solymæ sedet arcis vertice gentem,  
Et quæ cor mærens longisque doloribus haustum  
Delenire queant, age dic solantia verba.*

*2 Mox populo, trisli in luctu & squallore iacenti,  
Nuntia grata refer, sinem venisse malorum,*

*Condonata.*

Hinc Hebræi volūt Daniel, Ananiā, Misaeleni, & Azariam, exsecratis viribus, seruitutē seruasse Nabuchodonosori.

Cap. 40.

Ad Ecclesiam Christi hæc pertinent.

Vobiscū sum usque ad consummationem seculi, sicut autem hæc accipienda de beneficio per Christū mortalibus concessio. Verba hæc ad Apostolos pertinent. Vocatio eorum qui ex Iudæa crediderunt.

Vocatio Gentium & prædicatio Evangelii.

Remissio peccatorum per baptismū, & eleganter per duplicia dona & charitumata spiritum intelligere possumus.

*Condonata illi gratis peccata, nec ullam  
Purgatis penitus maculis superesse lituram.  
Imo nouas subito mentes, noua corda renasci  
Aspicient, simul in cælum rapiuntur amore,  
Digni astris, cælo placiti, terrestrium inanes.*  
*3 Hæc summa: hæc eadem deserta per auia latè  
Vox longèque sonans, magnis clamoribus usque  
Ingeminat: Domino venienti occurrere læti,  
Accipite illum animis, & pectore condite toto:  
Sponte sua sese insinuans, en præuenit: ultra  
Quid statis? Aperite viam, quæque edita surgit  
Terra iugis, montesque altos ad sidera tollit,  
Vallibus aut sedit, passimque dehiscit in atros  
Intercisa specus, planum consternite callem.  
Omnis ut equato procedat tramite cursus,  
Tortaq; directis mutentur, & aspera planis.*  
*5 Hæc simul ac fient, tenebris & nubibus atris  
Iamdudum obiecta gentes, gaudete, propinquat  
Lux ecce expectata diu, promissaq; munda  
Irradiat magni rubra genitoris ab æthra:  
Et lætis Domini fulget noua gloria terris.  
Iam iam aderit Deus, ecce Deus mortalibus oris.  
Ceu mortalis aderit, venientem agnoscite læti,  
Et quàm sit verax, quàm fallere nescius oris  
Pacta fidemque sui, hoc ipso nunc credite facto.*

*6 Hæc ego dum canerem, cælo vox missa sereno  
Insonuit, clamare iubens, nec parcere voci.  
Tunc ego: Quid clamabo, Pater, quò vertere verba  
Clamorèmq; iubes? Hominum genus arguè (dixit)  
Admonitūmq; suæ sortis, quàm fluxa sit illis  
Conditio, quàm vita breuis, mihi fidere soli,  
7 Cætera despicere haud longum mansura doceto.  
Nam velut æstiuo solis seruore resectum  
Falce noua gramen, aut flos depressus aratro  
Prætereunte, statim foliis marcentibus aret,  
Sic hominum flos, forma, & honos, & gloria, flatu:  
Ictâ Deus rapido quem mittit ab ore, liquefcit,  
Et cadit in cineres atramque soluta fauillam.*

*2 At verbum Domini omnipotens, mirabile verbum  
Quod Pater æterna produxit origine, nullo  
Temporis obsequio tempestatibus ve tenetur:  
Sed manet æternum, & nullis variabile sæclis.  
3 Scande igitur celsi nimbofa cacumina montis,*

Fragilitatem humane naturæ ad ducit, ut intelligant homines (uis viribus aut opibus ad Evangelium non potest perueniri).

3 Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

4 Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

5 Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

6 Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri.

7 Exsiccatum est fenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo.

8 Verescenū est populus: exsiccatum est fenum, & cecidit flos: Verbum autem Domini nostri manet in æternum.

9 Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere.

Quisquis ad excelsam facturus verba Sionem  
Mitteris, & specula Solyinos dum faris ab alta,  
Clarisonam & liquidam quantum potes exere vocē,  
Exere, pone metum, & Iudæ hæc fer dicta per vrbes:

<sup>10</sup> Huc nymphae Abramides, huc adpropere puella  
Hebraides, Deus, ecce, Deus non nomine tantum,  
Sed re, sed coram presenti numine vester  
Expectatus adest, patris insuperabile robur  
Et virtus astris dominans, terris que marique,  
Idem etiam dextra digitus nervusque paternæ,  
Terribilis veniet trepido datus arbiter orbi,  
Exacteque hominum vitas & crimina queret,  
Debita pro meritis pœnas & premia pendens.  
Omnia namque potest pollētque: sed optimus idem  
Non nisi descendit nostras reparare ruinas.

<sup>11</sup> Ergo pastores pastorem visite summum,  
Qui magno placidi demissus vertice cœli,  
Vnius ut curam pastor gerat vnus ouilis,  
Cogit oves misere sparsas pascatque coactas,  
Vulneribus multum solers morbisque mederi,  
Et scabiem lauere, & fluvio mer sare salubri  
Languentes agnos, lotosque sinu ipse fonere:  
Nec minor est factas ad septa reducere cura,  
Ni faciat, præadam furique lupoque futur as,  
Quos dira ingluuias feruârque siti que cruoris  
Luce gregem, caulas sub noctem suadet obire,  
Atque indefesso præadam captare labore.

<sup>12</sup> Nectamen, aut tanti aërea est, aut infera tanti,  
Iuncta licet veniat quæcunque sit illa potestas,  
Audeat aduersis ut cernere cominus armis,  
Non si iuratas coniungas munde cohortes,  
At unde, gregi quo non capitalior incubat hostis,  
Ter felix grex ille, & magna vindice tutus:  
Namque timere vetat, qui nutu concutit orbem,  
Qui mare pugillo potis est comprehendere vastum,  
Et cœlum exiguo terrâsque appendere palmo,  
Montesque collésque vola librare cauata.

<sup>13</sup> Nam quis ei magnos cum mundi excuderet orbem  
Consilium mentem-ve dedit? quis, frigida caldis,  
Humida cum siccis committeret, adfuit illi  
Tam vasti consors operis, sociusque laboris?  
<sup>14</sup> Et cum iustitia fundaret legibus orbem,  
Et quid fas homini, quid non, quid turpe secus-ve

Aurea

10 Dic civitatibus Iudæ, Ecce Deus vester: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce, merces eius cum eo, & opus illius coram illo.

11 Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fortas ipse portabit.

12 Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo pōderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & liberavit in pondere montes, & colles in statem?

13 Quis adiuuit spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi?

14 Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum femitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

Aurea ubique serens subtilis semina recti,  
Scire daret, rebúsque vices, causasque, modósque  
Poneret & fines, quem, dicite, creditis illi,  
Informatorem, aut operam nauasse magistrum?  
<sup>15</sup> Non eget aut equit doctoribus illa supremi.  
A Eternique Patriæ Sapiëntia, numine cuncta  
Componens firmansque suo, per se omnia pollens.  
Ipse potensque suis opibus, nihil indigus extra,  
Omni-tuens & ubique ingens, cui machina cœli  
Terræq; fluctusque maris, tractusque profundi  
Circum manantis scissi maris interiectu, (tum,  
Atque adeo genus omne hominum genus omne animã-  
Quas mare, quas tellus, quas liquidus educat aër,  
Omnia denique cui (si fas) collata, nihil sunt,  
Aut instar guttæ pleno de vase cadentis,  
Aut scrupi leuis, aut oculos fallentis arena,  
Et quisquam illius non obseruabile numerus  
Audeat incenso metiri thure, sacris-ve  
Ambusto boue, concisa-ue bidente litatis?  
<sup>16</sup> An si denudes Libani pineta virentis,  
<sup>17</sup> An sit tota, pius nequicquam, armenta gregesque  
Depopulere, Deum fumo comprehendere posse  
Credis, & ingrato tosti nidore iuueni?  
<sup>18</sup> Vix animo capitur, nedum capiatur ab extis.  
<sup>19</sup> Quis furor ergo Deum variis effingere formis?  
Quæ nulli visum, dementia, velle colorum  
Pingere mixturis, fusos-ve referre metallo?  
Dic age, qui similem pictor bone, dic age, plastes  
Ingemose, cui representare laboras  
Vultusque formaque parem? <sup>20</sup> dum massa carminis  
Feruet, & as, aurum, argentumque incude retractas,  
Quod tibi proponis exemplar, ab arte sequendum?  
Non auro montem statuas, <sup>21</sup> non imputre cedro  
Effigiem ponti, simulacraq; inertia poscit,  
Artificis-ve manum desiderat: haud potis arcta  
Includi tabula Deus hic, qui totus ubique  
Omnia in omnibus est, similis sibi semper, & idem.  
<sup>22</sup> Nunquam-ve audistis fando, nunquam-ve legendo,  
Narratum-ve pio patrum didicistis ab ore,  
Hunc ipsum esse Deum, telluris operta profunde  
Qui sola aquas inter fundauit & aëra purum,  
Ponderibus suspensa suis? <sup>23</sup> quique axe supremo  
Sublimis residens, terras despectat & vrbes,  
Terrarumq;

Deo nil fatidignum maiestate sua offerri potest, quam hic exaggerat comparatione hominum ad eam.

15 Ecce, Gentes quasi stilla stultæ, & quasi momentum statere reputatæ sunt: ecce, insula quasi puluis exiguus.

16 Et Libantis non sufficit ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum.

17 Omnes gētes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihil, & inane reputatæ sunt ei.

18 Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

19 Nunquid sculpsit le confauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis argentarius?

20 Forte lignum, & imputabile elegit: artifex sapiens querit quomodo statuat simulacrum quod non moueatur.

21 Nunquid non scitis? nunquid non audistis? nunquid non annuntiatum est vobis ab inirio? nūquid non intellexistis fundamenta terræ?

22 Qui fedit super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.

Terrarumque habitatores, ut pastor ab alto  
Vertice saltantes depressa per arua cicadas?

Hic est qui magni sinuosa volumina cæli  
Cum lubet, expandit, clauditque, aperitque, ligatque,  
Non secus attriti quam tenuia vela mapalis:

23 Qui dat secretorum  
scrutatores quasi non  
sint, iudices terræ ve-  
lut inane fecit:

24 Equidem neque  
plātatus, neque satus,  
neque radicans in  
terra truncus eorum:  
repente fluit in eos,  
& aruerunt, & turbo  
quali stipulam aufe-  
ret eos.

25 Et cui assimila-  
stis me, & adæquastis, di-  
cit sanctus?

26 Leuate in excel-  
sum oculos vestros, &  
videte quis creauit  
hæc: qui educit in nu-  
mero militiam eorum,  
& omnes ex nomine  
vocat: præ multitudi-  
ne fortitudinis & ro-  
boris, virtutisque eius,  
neque vnum reliquum  
fuit.

27 Quare dicis Iac-  
cob, & loqueris Israël,  
abscondita est via mea  
à Domino, & à Deo  
meo iudicium meum  
transiuit?

28 Nunquid nescis,  
aut non audisti? Deus  
semperternus Domi-  
nus, qui creauit ter-  
minosterræ: non de-  
ficiet, neque labora-  
bit, nec est inuestiga-  
tio sapientiæ eius.

23 Hic quaesitores, exactoresque seueros,  
Ad quorum fontes pallent crudele tribunal,

24 Quamquam alie fixos sese radicibus actis  
Stare putent, nullaque impelli posse ruina,  
Nec ventos metuant, nec fulmina sæua, nec imbres,  
Nec valido raptas à frondatore secures,  
Protinus immisso vehementi turbine sternit.

Dant sonitum, magnoque ruunt per plana fragore,  
Languida succiso pomentes poplite colla,  
Moxque velut calidis demessa caloribus herba,  
Marcescunt, cælo tacti, subitoque fatiscunt.

25 Ergo sublimes ad sidera tollite vultus.  
Hic ego sum, ne me quaeso, ne querite terra,  
(Sanctus ait Deus) O miseri, quos inuida verum

26 Cernere nox vetat, & quis sim quantusque videte,  
Quamque his dissimilis (si fas componere) signis,  
Auro quæ, sceto vel pontis ex elephanto,  
O stupidi artifices, acie discernite recta.

Quis fixit magno quæ fulgere sidera cælo  
Cernitis? Ille idem, qui tempora certa, vicisque  
Ortusque occubitusque æternis diuidit horis,  
Nominibusque vocat propriis, ductorque choreæ  
Celiuagæ, ductor sapiens, fortisque potensque  
Omnibus edicit motus seruare decoros,  
Haud vllum patiens iusso decedere gyro,  
Illa datos obeunt cursus, nec deficit vnum.  
Tanta Deo virtus, tanta est sapientia nostro.

27 Hæc tibi cum consent monumentis vera paternis,  
Idque affirmet opus magni mirabile mundi,  
Quid dubitas gens Isacidum, gens nata Iacobo?  
Quid vitiiis blandita tuis, tibi concipis audax  
Et fingis sine mente deum, sine pectore numen?

Quinetiam impuro tecum, impia, corde volutas  
Et profiteri audes, aut nullum, aut prorsus inertem  
In cælo regnare Deum, qui crimina nostra,  
Et fontes hominum non curet querere terras.

28 Et tamen audisti, nec te nescire putandum est,  
Terrasque & maria alta Deo mensore diremta

Finibus

Finibus esse suis, qui nutu condidit illa,  
Et regit æternus, nullique obnoxius æuo  
Semper agit, nec deficiens, nec mole laborans.  
Nam mens illa Dei & præstans sapientia nullo  
Fine loci, nullis arctatur temporis horis,  
Indeprensa, inuestigabilis, infinita.

29 Ille fatigatis animos, virisque ministrat,  
Ille nouo reficit rediuiuas robore mentes.

30 Quo sine, nil quisquam (seu vis animosa iuuenta,  
Seu robusta illum maturaque, concitat ætas)  
Perficiet, sed opus primo defectus in actu  
Vix ceptum linquet, ridendus, & ilia ducens.

31 At quibus à Domino spes pendet fixa, repente  
Quidquid concipiunt, quidquid meditantur aguntque,  
Constitua, euentus, fortunatisque labores,  
Promouet ipse Deus, quo non felicior auctor,  
Adiutorque suos præstans firmare clientes.  
Illi agiles alium arripiunt, latique per auras  
Tollunt se, & celsi per agrant confinia cæli.  
Vtique viam secat alituum regina per æthram,  
Et liquidum radit plaudentibus æra pennis,  
Nec requiem admittit donec se in nubila condat,  
Mortales visus Soli vicina relinquens:  
Sic semel à terris quos viuudus impetus imis  
Abstulit, & cæli regione inuexit aperta,  
Vsq; volant, nec deficiunt, dum sæpe resumtis  
Viribus, & pennis ad singula vota renatis,  
Felici superent stellantia templa volatu.

D. Hierony-  
mus agnoscit  
hic transitum  
ad bona illa  
quæ in vita  
futura speia-  
mus.

Cap. 41.  
Hoc capite &  
aliqui se-  
quentibus, co-  
nvincitur mul-  
taque ad co-  
solationem  
piorum maxi-  
me faciunt.

Ad Christum  
hæc referun-  
tur.

1 Pax igitur linguis, intentisque ora tenete  
Dum loquor (ingeminat Dominus) dumque arguo vestra  
Crimina, compressis præstate silentia labris,  
Quotquot longinquis populi venistis ab oris;  
Seu vos terra patens nullo circumflua ponto,  
Disita seu vasto mittit maris insula tractu;  
Quod si iudicio mecum contendere recto  
Vultis, adeste omnes linguisque animisque parati,  
Nil vanum, nil non meditatatum rite ferentes.

2 Ergo agite, & mihi nunc vera & manifesta rogati  
Dicite, quis vestrum numerofo ex agmine diuini,  
Sacra quibus, ritusque feros, arasque cruentas  
Ponitis, eoa cæli de parte sereni  
Iustitiam terris cum pace sorore reduxit?  
Imò ipsum iusti auctorem, verique magistrum

29 Qui dat lassio vir-  
tutem: & his qui non  
sunt, fortitudinem, &  
robur multiplicat.

30 Deficient pueri, &  
laborabunt, & iuue-  
nes in infirmitate ca-  
dent.

31 Qui autem sperant  
in Domino, mutabunt  
fortitudinem, assir-  
ment pennas sicut a-  
quilæ, current & non  
laborabunt, ambula-  
bunt & non deficient.

Cap. 41.

1 Taceant ad me in-  
fulæ, & Gentes mu-  
tent fortitudinem: ac-  
cedant, & tunc loqua-  
tur, simul ad iudiciū  
propinquemus.

2 Quis suscitauit ab  
Oriente iustum, vo-  
cauit eum vt sequere-  
retur se: dabit in con-  
spectu eius Gentes, &  
reges obtinebit: dat it  
quasi puluerem gla-  
dio eius, sicut stipulam  
veto raptam arcui eius.

Per

Per sacra mittentis vestigia patris iturum?  
 Quam erit, quam conspicuus, quam frōte verēdus,  
 Cuius ad occursum submisso poplite reges  
 Et populi pronis cernicibus aduolentur!  
 Non impune illi se obiecerit vlla potestas  
 Siue hominum, siue aërea de gente deorum.  
 Nec facile gladium illius, nec missile telum  
 Exierit, aduersa feret qui cominus arma:  
 Sed velut arenam stipulam, tenuēque fauillam  
 Turbo rapit, sic ille suos pessumdabit hostes,  
 Obuia quaeque ferens secum, rapiensque, <sup>3</sup> sed idem  
 Ille bonus, pacemque bonam, pacisq; beata  
 Commoda producet, quaque hic vestigia figet,  
 Exploso strepitu procul, & rumore viarum,  
 Otia regnabunt latis placidissima terris.

3 Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.

4 Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.

5 Viderunt insulae, & timuerunt, extrema terre obstupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt.

6 Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, Cōfortare.

7 Confortauit faber gratius, percutiens malleo cum qui cudebat tunc temporis, dicēs, Glutino bonum est: & confortauit eū clauis, vt nō moueretur.

<sup>4</sup> Quis munus tam insigne dedit mortalibus agris?  
 Tanta quis attonito miracula præbuit orbi?  
 Non vestri, quos serra deos aut ascia finxit,  
 Aut quos immitti durus faber extudit arte:  
 Ipse ego, perpetuis qui sacris sacula necto,  
 Qui sum, quiq; fui semper, semperque futurus,  
 Rerum ego principium, rerumque ego terminus idem,  
 Hæc feci, cui nil quod erit, nec quod fuit olim,  
 Obicitur, sed cuncta fluunt præsentia semper.  
<sup>5</sup> Magnum hoc, & cunctis visum mirabile, mentes  
 Perculit humanas longo ambiguoque pauore:  
 Obstupere vagæ subita formidine gentes,  
 Extremisque sitæ terrarum in finibus oræ:  
 Mox sensim ignauum spe detergente pudorem,  
 Notitiaq; animis increbescente pietatis,  
 Accessere propè, & leti agnouere salutem.  
<sup>6</sup> Quam tum quisque suis impertinere propinquis,  
 Alter in alterius solatia mutua sese  
 Fortiter hortantes, & talia verba per agros  
 Perque vrbes vicōsque, alacri sermone ferentes:  
 Ponite corde metum socij, iam (credite) nobis  
 Parta salus, tantum oblatam affectate volentes:  
 Scilicet aduenit tempus, quo muta deorum  
 Protinus euersis simulacra fugentur ab aris,  
 Concedantq; Deo: quis enim mysteria doctus,  
 Quæ nunc proferimus, statue aduoluitur inani?  
<sup>7</sup> Qua potior qui finxit eam: multum ille diuq;  
 Scilicet ignitam tundens, versansq; tenaci

Ecclesie nascens incubula, Apostolorum doctrina.  
 In omnem terram exiit sonus eorū, & in omnes fines terræ verba eorū.

Forcipe

Forcipe materiem, vultu sudauit anhelō,  
 Peruigili sese famulo (que labore fatigans,  
 Vt calida vobis deus è fornace repente  
 Prodeat: egregium certè ac venerabile numen,  
 Cui manus artificis, cui malleus asper inanem  
 Contulit effigiem, & mutam sine mente figuram!  
 Quodque nisi calce & clauis haberet acutis,  
 Prona pavimento iam dudum poneret ora,  
 Confractum, nec stare potens, nec sede moueri!  
 Talibus heu (meminisse pudet) seruiuimus olim  
 Sub dominis: parta nunc libertate fruamur.

De Apostolis hæc interpretatur D. Hieronymus.

<sup>8</sup> Hæc illi: Deus interea conuersus ad altum  
 Israëlita stirpis genus, Euge meorum  
 Seruorum è numero puer electissime (dixit)  
 Siue Iacobitico censeri nomine mauiis,  
 Siue mei dici prænobile semen Abrami;  
<sup>9</sup> Ecquid ab extremis meministi finibus olim  
 Huc venisse tuos me deducente parentes?  
 Et te nunc virtus ab auis repetita, fideisque  
 Qua me promeruit sola dilectus Abramus,  
 Excitet, vt tecum quo nunc mittare, reuoluas.  
 Scis mihi te lectum, scis te mihi sorte vocatum

8 Et tu Israël serue meus, Iacob que elegi, semen Abraham amici mei.

9 In quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocauit, & dixi tibi, Seruus meus es tu, e-legi te, & non abiici te.

Munus, & officium Apostolicum.

Qui mea ad immites haud mollia iussa tyrannos  
 Intrepido ore seras: Age cæptum perface munus:  
<sup>10</sup> Ne metuas, ego sum tecum, præsensq; videntisq;  
 Et tua verba regens, Tu, ne mollissima fandi  
 Tempora, nec quis sit modus aptæ ve forma loquendi,  
 Sollicitus quæras, hæc cuncta dabuntur abundè.  
 Hoc vnum repetens, iterumque iterumque monebo,  
 Ne dextra, leuâ-ve abeas sed tramite recto  
 Vade mei obiectu protectus numinis, & qua  
 Duco, viam impavidus terras insiste per omnes:  
 Namque ego sum dux, rexque tuus patrūque tuorū,  
 Notus opis, notus dextra virtute potentis,  
 Qui confirmari rebus te semper in arctis,  
 Suscepig, fuga trepidum, tutōq; locavi.  
<sup>11</sup> Ecce, etiam-num hostes, mihi qui diuersa, tibi que  
 Arma ferunt, ne cede tamen, sed fortior ito;  
 Confusos turpiq; fuga, turpiq; pauore,  
 Victor agam, & toto sternam aquore dispalatos:  
 Nam veris vinci nolent, sed vera momentem  
 Aspernabuntur: <sup>12</sup> tanta ergo clade peribunt,  
 Vt nec ubi, nec qui fuerint quærentibus vltro

10 Ne timeas, quia ego tecū sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iustitiae mei.

11 Ecce confundentur & erubescunt omnes qui pugnant ad te: sicut te: erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi.

12 Quæres eos, & nō inuenies, viros rebelles tuos, erunt quasi non sint: & velut cōsumptio hominis bel-lantis aduersum te.

In inimicos crucis Christi & Euangelij & veritatis.

T 2

Apparere



13 Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicens que tibi, Ne timeas, ego adiunxi te.  
14 Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israël: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israël.

15 Ego posuisti quasi plaustrum triturans nouum, habens rostraferrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi puluerem ponēs.  
16 Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tui exultabis in Domino, in sancto Israël letaberis.

17 Egeni & pauperes quæerunt aquas, & non sunt: lingua eorum fiti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israël non derelinquam eos.

18 Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in signa aquarum, & terram inuuiam in riuos aquarum.

19 Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul:

20 Ut videat, & sciât, & recogitât, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israël creauit illud.

21 Prope facite iudicium vestrum, dicit Dominus: affert, siquid forte habeti, dixit rex Iacob.

*Apparere queat, sederunt velut oblitus auo, Olim funestis exercitus obrutus aruis.*

13 *Te verò dextra apprehensum & considerare iussum, Hostibus è mediis per mille pericula rerum Incolumem, (quis enim mihi par similis-ve?) reducã.*

*Pone metum, parue Isacidum, sed lecte mihi grex;*

14 *Pone metum, grex verme minor, despectior umbra.*

*Vise tuo numerus quem plenior efferat hosti,*

*Grex tamen illo ipso, quem concipis, æthere maior;*

*Tecum ego sum Deus ille tuus, tuus ille redemptor*

*Affertor que bonus; tibi quo nil sanctius unquam*

*Fac fiet, o magno genus Israël profectum:*

*Sic erit, indomitis vt gentibus omine fausto*

*Imperites, collisque feros, montisque superbos,*

*Axe nouo vectus superes, quem plurima ferra,*

*Multaque fax stridens rostris armabit abenis,*

*Subsident iuga summa rotis, & pulueris instar.*

*Trita vazi, vento per inane rotante ferentur,*

*Mox dispersa leues turbo raptabit in auras.*

*Tu verò nostro letabere munere felix,*

*Inq. Deo, Dominoque tuo tua gaudia pones,*

*Cuius ab auspiciis rerum tutela tuarum*

*Pendet, & aduersis haud robur inutile fatis.*

17 *Nec mihi cura etiam fuerit minor, inclinata*

*Aure preces inopum, iustaque audire querelas,*

*Qui dudum fodiunt auidi, sitientique lingua,*

*Querentes viuum nequicquam in pumice fontem,*

*Haecenus omnis adhuc cecidit labor irritus iste:*

*Sed simul vt nostras clamor tam mæstus ad aures*

*Venerit, ecce noue venient è collibus vnde,*

*Collibus & campis in liquida flumina versis,*

*Inq. salutare illimã gurgite riuos:*

*Ipsæ etiam rupes, ipsa horrida & aspera saxa,*

*Perpetuis laticum venis scatebrisque rigata,*

19 *Et cedro, & myrto, & silua pallentis oliuæ,*

*Frondebunt, & nil metuentem frigora buxum*

*Ostendent densis hirsuta cacumina ramis.*

20 *Tum demum trepidæ mentes, stupefactaque mostris*

*Corda nouis, opus hoc mortali imitabile nulli,*

*Agnoscent opus esse Dei, dextraque potentis*

*Munus adorabunt, factumque negotibus edent*

*Venturis memores, per secula nulla tacendum.*

21 *At vos, qui duras nostris præconibus aures*

*Obstruitis.*

*Obstruitis, vestris addicti mordicus aris, Quas cæde imbutis, quas fumo adoletis & igne, Vultis & hanc mecum veterem decernere litem?*

*Iudicij nam tempus adest, satis & super orbi*

*Ritibus his misero impositum est. En prouocat vltro*

*Vos Deus, ille Deus Solyma qui præsidet arci,*

*Isacidum ductor, magni decus Israël.*

*Eia agite, in medium proponite si quid habetis;*

*Et nisi quid prohibet, diuos huc sistite vestros,*

*Et suam agant ipsi causam, tandemque perorent.*

22 *Prodeat huc putrium fumosa caterua deorum,*

Apostrophe ad ipsa idola.

*Et nobis (quando tot Barbara regna, tot oras,*

*Tam varios linguis quam more sitiu que diremptos*

*Substrauere sibi populas, mendacibus olim*

*Artibus, infamique superstitione subactos,*

*Sacra, sacerdotes, aras, & numen adepti)*

*Prædicant, si forte queunt, quid vesper Olympo*

*Præcipitans, quid manè nouo cedentibus astris*

*Lux oritura vehat, sorti que vici que futura:*

*Solicitas hominum mentes, suspensaque soluant*

*Pectora, nec flexa verborum ambage rogantes*

*Ludificent, sed vera canant oracula veri.*

23 *Imò, si qua tibi virtus, qui nuper acernus*

*Stipes eras, fædè proiectus, inutile lignum,*

*Quem faber incertus scamnum faceret-ne deum-ne,*

*Maluit esse Deum, si vis, si suppetit ira*

*Vlla tibi, seuosque audes vlciscier hostes,*

*Et ferre auxilium potes, & bene velle mereri;*

*Quid sedem tibi, quid pateris puluinar inulto*

*Formamque effigiemque, Deus qua crederis vna,*

*Aut ferro euerit, aut flammis crepitantibus vrid?*

*Aut saltem si nulla tui te cura remordet,*

*Si potis-es, prohibe infandos à ciuibus ignes,*

*Bella famemque tuis: sed frustra illi irrita surdo*

*Vota precisque ferunt: & erit tibi thurea qui nunc*

*Dona ferat, templisq. tuis indicat honores?*

*His vos esse Deos factis defendite claris;*

*Tum fortasse aliquid nostro de iure feremus*

*Decidi, tandemque simul de pace loquemur.*

24 *At vos, nil vestris cultoribus esse, nihilque*

*Posse liquet, rident, sed clam, quos thure vaporant,*

*Quosque palam metui debere, coli que, pii que*

*Placari donis (namque hinc & venter, & ipsi*

*Complentur*

22 Accedant, & nuntient nobis quæcunque vctura sunt: priora quæ fuerunt, nuntiate: & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicare nobis.

23 Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos: bene quoque aut malè, si poteritis, facite: & loquamur, & videamus simul.

24 Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit vos.

Beati qui esturium & sitient, iusticiam, quia ipsi saturabuntur.

Varietates arborum significant diuersitatem gratiarum spirituum.

Paulus in priori ad Corinthios. Scimus autem quia nihil est idoli.

Complentur loculi) magnis clamoribus instant,  
Stulto obtrudentes mendacia vana popello.  
Hos igitur noua monstra Deos, quiq; illa sub auro  
Vel saxo coluere, vel afferuere colenda,  
Deuoueo, execror, detestor, abominor, odi,  
Dúmque euellantur radicitus, odero semper.

25 Suscitauit ab Aquilone, & ueniet ab Ortibus: uocabit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & uelut plastes conculcans humum.

25 Interea, quando uobis mea munera sordent,  
En ego ab extremo populos Aquilone coactos  
Exciui, mihi qui faciles dent nomina, letique  
Excipiant, utriusque colant, uenerentur, adorent,  
Quem roseo terris induxi oriente profectum.  
Hic fatu lenis, uultuque benignus amico,  
Omne animal ratione ualens, discrimine nullo,  
Dummodo cultura patientem commodet aurem,  
Ad noua sacra suo de nomine dicta uocabit:  
Ille magistratus fasces trabeasque superbi  
Purpureas, regum ille minas, regum ille cruenta  
Imperia, & reges ipsos calcabit, ut udam  
Quam premit argillam figulus, fingitq; premento.

26 Quis annuntiauit ab exordio, ut sciamus: & à principio, ut dicamus, iustus es? non est neque annuntians, neque predicans, neque audiens sermones uestros.

26 O felix, & quod caelo descendit ab alto  
Oraculum! Nam quae Phœbi cortina, quod antrum,  
Qui tripodes furibunda in sepsi à Phœbade quondam,  
Quae uel loquax celso Dodona in vertice quercus,  
Prodidit hæc quae nunc canimus mysteria? quæq;  
Arbiter ipse orbis fatorum rector & author  
Fatus erat prima iam dudum ab origine mundi?  
Tale nihil quicquam mendaci ex ore deorum  
Profluit: haud etenim uerum praescire possunt,  
Nec canere euentus letos mortalibus agris.

Ne mihi nunc igitur quisquam considerare diuis  
Audeat, & sortes illorum, & carmina nunquam  
Veridica heu nimium faciles demittere in aures:  
Postquam, qui rerum causas momentaque solus  
Cuncta regit, mouet, impellit, ducitque, trahitq;  
Fatorum Dominus princepsque, Sionis in alto  
Prima iugo nostrae fixit monumenta salutis.

27 Primus ad Sion dicet, ecce adsum, & Ierusalem euangelisam dabo.

27 Ecce (ait) ecce meum Solyma qui numen in urbe  
Aduentumque ferant, & pacis nuntia portent,  
Constituam, iam iamque adsunt, qui numine pleni,  
Felices mea per terras mysteria spargent,  
Tum magicae sortes, & quotquot gentibus olim  
Vana superstitio reperit delubra, repente  
Caestri cedent uati, prorsusque silebunt.

28 Vidi

Gravis cōsumatio in idolatras.

De Christo hæc intelligit Hieronymus.

Sub Christi aduentu filius, & omnia oracula per totum orbem terrarum, ut alias annotatum est.

28 Vidi ego, nec uerò nugas aut somnia narro,  
Millia multa hominum uario suspenso timore  
Frustra adisse Deos, dubijque in rebus, eorum  
Ne quicquam explorasse fidem, seu fata uenirent  
Publica scitatum, seu scire domestica iussu,  
Irrisisq; suos uotis repetisse penates.

Nam quid consilij, quid opis dare, quid tibi certi  
Respondere queat simulacrum ex are politum,  
Aut quod ab excisa de montibus abiete creuit?

29 Vani homines, ut bulla leues, ut uentus inanes,  
Vana magis duro de stipite numina, fabri  
Sculpta manu, quibus heu miseri puluinar & aras  
Ponitis, & uario offertis libamina ritu.

28 Et uidi, & non erat neque ex illis, qui quædam qui iuret consilium, & interrogatus responderet uerbum.

29 Ecce omnes inuisti, & uana opera eorum, uentus & inane simulachra eorum.

Cap. 42.  
Certissimus horum commentarius apud Marth. c. 12. ubi hæc interpretatur de Christo, qui iuxta dispensationem carnis assumptus, seruus erat.

1 Quem uerò mitto, serui sub imagine uilis  
Ille licet ueniat, Deus est tamen, ante micantem  
Luciferum genitus, ante omnia secula natus:  
Illum ego stirpe mei per stemmata multa Iacobi  
Deductum, regesque at uos à matre ferentem  
Suscipiam, patrioq; aeternum amplectar amore,  
Electum mihi non casu, sed sorte, sed alto  
Consilio, & mentis nostrae ratione suprema,  
Quam fas spirituum nulli comprehendere, nulli  
Fas hominum: hic ille est, in quo ante exordia mundi,  
Ipse mihi placeo, ipsum me cognosco, tuorq;  
Quem super in terras moribundo corpore missum,  
Spiritus aetherea meus effundetur ab arce,  
Aflabitque uirum delapsa caelitus aura?  
Quippe cui dudum caelo terraque marique  
Iudicium omne dedi, leges ut gentibus, & ius  
Proferat innocuum: non ad praetoria iudex  
Litigiosa sedens, nec rauca iurgia gaudens  
Exercere fori, sed pectore mitis, & ore,  
Pacem optare suos, pacem seruare docebit:  
Non odio princeps, non ille fauore remissus,  
Rumorum uel audis, populari seruiet auræ,  
Personam, non rem spectans: sed rege sub isto,  
Iure, fluens opibus, pauperque fruatur eodem:  
3 Non inclinatum pede proteret iracundo  
Crudelis calamum, non imbre grauante iacentem  
Calcabit stipulam, nec linum extinguere fumans  
Sponte uolet, sed ab exigua si forte fauilla  
Semisepulta queat rediua resurgere flamma,  
Utrò expectabit: nec enim communibus ille

Cap. 42.

1 Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet.

2 Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur uox eius foris.

3 Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in ueritate educet iudicium.

Humanitas Christi erga infirmos qui per calamum quassatum & linum fumigans intelliguntur.

Adueniet

*Adueniet obflare bonis, sed lenis in omnes  
Afflictis pacem feret, oppressisque salutem.  
Non illo quisquam sub iudice flebit inultus  
Hostili patuisse dolo, fraudique nefandæ;  
Non fixas pretio leges, pretioque reflexas,*

4 Non erit tristis, neque turbulenta, donec ponat in terra iudiciam: & legem eius insulae expectabunt.

*Non gemet oppressus vanalia iura popellus:  
Sed bona & ad normam veri iustique reducta  
Accipient letæ gentes edicta, colentque.  
Seu medias teneant, seu cinctas fluctibus oras,  
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis,  
Decretos cælo ritus, morémque sacrorum  
Nullo viuacis periturum temporis auro.*

5 Hæc dicit Dominus Deus creas celos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dâs statum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.

*Hæc verò ne vana putes deliria vatuum  
Quorum os effictus furor in mendacia soluit,  
Non ego (quanquam & me ventura recludere cælo  
Fata datum) non ipse cano, Deus omnia complens  
Numine, rerum opifex, magniq; creator Olympi,  
Qui nullis ex principiis, & semine nullo  
Condidit hanc molem, cælos, terrâsque, fretumque,  
Quiq; vago quotquot subsunt animantia cælo,  
Augeat, alit, fouet, & vitali sospitat aura,  
Ille Deus, cui cuncta patent, qui fallere nescit,  
Hæc vobis proprio bona nuntia pandit ab ore.*

6 Ego Dominus vocauit te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium:

*Namque ferunt olim, magni cum mœnia cæli  
Linguentem Natum mortales mittet in oras,  
Talia complexum iuueni mandata daturum:  
Nate mea vires, mea magna & sola voluptas,  
Nate, ego quem in mortis cogor dimittere calus;  
Non ego te, (quando tua magna & feruida virtus  
Et mea nota fides poscit) sine numine mittam  
Præsidiòque meo, sed tecum iunctus, & herens,  
Apprensùmque manu per cuncta pericula ducam  
Incolumem, nec te tempestas opprimit vlla,  
Præsida me, fidoq; tuæ custode salutis.*

7 Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vincitum, de domo carceris sedentes in tenebris.

*Tu verò facito, ut fœdus mortalibus agris  
Promissum coëat, quod nulla ut deleat atas,  
Morte tua firma, & fuso subscribe cruore.  
Inde redux, & mox superata morte triumphans,  
Restitues cæcis oculos, & carcere clausis,  
Et nigro noctis iam dudum horrore sepultis,  
Et cælum & lucem cum libertate reduces.*

8 Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri nõ dabo, & laudem meam sculpilibus.

*Hæc ego firma ut sint saxo & rata, nec mea verba  
Irrita ventosa rapiant per inane procelle.*

Perè in scriptura per insulas, gentes intelligimus, quæ ex omni parte persecutorum incurfionibus patent.

Figuratè per Cedar quemuis barbarus intelligit.

Euangelio nullus locus inaccessus.

Exiit autem ficut gigas ad currendam viam suam.

*Nam quis me præter, Dominus, cui regia cæli,  
Cui mare, cui tellus, inuitaque tartara parent?  
Non fero consortem regni, nec qui mihi soli  
Cælestis debetur honos & gloria, lausque,  
Permittam sibi habere deos de stipite factos.*

*Ergo nouis adhibete fidem gens iam noua fatis,  
Quando priora suas euentu teste videtis  
Obtinuisse vices, nec spem frustra, metum ve:  
Et mihi, quem penes est unum, fors cognita rerum  
Visq; futurarum, ne detrectate volentes.*

*Sed noua qui vobis felici tempora fato  
Spondet adesse, nouis dominum celebrate frequentes  
Carminibus, laudèsq; eius quacunque remota est  
Ora canat, quæ prima nouum, quæ prima cadentem  
Suscipit aduerso contraria cardine solem.*

*Hic etiam vasti maris omnipotentia regna,  
Hic & vos dubius eadem qui regna carinis  
Audaces, & remigio freta concita putri  
Curritis, & nostri procul orbis ab axe direnti  
Incolitis mediis positas in fluctibus vrbes,  
Ne pigeat gratas in carmina soluere linguas:*

*Ipsi dent saltus, ipsa auia, & horrida vocem  
Dent deserta, nouoq; Dei lætentur honore:  
Iamq; feros saltus, siluaq; & inhospita tesqua  
Mittor vpilio fugiens de Cedare linquat,  
Paulatimq; nouos discat consuescere mores,  
Vrbibus in structis incerta mapalia mutans.*

*Et vos montani, de verticibus frondosis,  
Et vos petricole, qui scabra crepidine saxa,  
Et rupes colitis, de culminibus præruptis,  
Festiuum vestro carmen deducite Regi;  
Et plausu, gestu, linguisq; animisq; fauete,  
Et Dominum canite, atque eius componite laudes;  
Quis melius, certamen erit, seu quis pede vincito,  
Seu quis maluerit pede decertare soluto.*

*Dicite, ut aethereo vindex descendit Olympo,  
Horrendumq; tonans, oculisq; ardentibus acrem  
Scintillans ignem, gentes populosq; rebelles  
Sterneret, ut ille olim dux bello, & fortibus ausis  
Ante alios præstans, ultum qui damna suorum  
Resque suas sæno repetitum venit ab hoste,  
Ut semel egressus castris, victricia signa  
Extulit, & iam aciem multo impulit ære sonantem:*

9 Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuntio: antequam oriatur, audita vobis faciã.

10 Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius: insulae, & habitatores earum.

11 Subleuetur desertum & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar; laudate habitatores Petrae, de vertice montium clamabunt.

12 Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt.

13 Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir proeliorator suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

*Degener extemplo loricas exiit hostis,  
Hastaſque clypeoſque, auerſaq; terga relinquens  
Victori fodienda, ſugit fruſtra ille timore,  
Fruſtra proiectis leuior ſibi creditus armis:  
Talis erit Deus armipotens, Deus Iſraelis,  
Cum ſeuas acies impurum vertet in hoſtem,  
Et raptos ſibi iure ſuo ulciſcetur honores.  
Cuius maietas & gloria ſontibus ingens  
Terror erit, ſed leta piis, vt amabile ſidus  
Luce ſalutari longum radiabit in aenum.*

14 Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturienti loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul.

15 Deſertos faciam montes, & colles; & omne gramen eorū exticcabo: & ponam flumina in inſulas, & ſtagna arefaciam.

16 Et ducam caecos in viam quā nesciūt: & in ſemitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucē, & praua in reſta. hęc verba feci eis, & non dereliqui eos.

14 Illi ringentur, contabescētque videndo:  
*Quos toruē aspiciens, calidāque accensus ab ira,  
Hec Deus: O miſeri, qui quod ſilui haſtenus, audent,  
Heu malē securi, demtam mihi credere linguam,  
Mēque ſuis ſimilem falſo ſibi fingere diuis.  
Diſſimulando equidem molliri ſaxea poſſe  
Pectora credideram, ſed ſpes me vana feſellit.  
Quid ſuper eſt igitur? patientia leſa furore  
Mutetur: certum eſt effundere parturientis  
More diu clauſam foeto ſub pectore bilem.  
Longanimis patientiq; fui, lentuſque; ſed ecce  
Iam qui ſim, quem ſponte ſua ſpreuere volentes,  
Faxo ſciant, vna quos mox eadēque litura,  
Vientum libro eradam: ſtirpēque nepotum,*

15 *Et genus inuiſum abſorbens, etiam ipſa locorum  
Nomina, naturam, faciēque, ſitumq; priorem  
Mutabo, colles ſubuertam, & funditus altos  
Excindam montes, & quidquid floret, aduram  
Non expectato maturo tempore falcis;  
Fluminaque irriguas inter labentia valles,  
Stagnaque, piſcoſoſq; lacus, riuoſq; ſalubres  
Siccabo, ſiſtam fontes, vdaſque paludes  
Mutabo, verſis in ſicca canalibus arua.*

16 *Tum quibus a prima naſcentis origine mundi  
Nox tenebris adoperta caput nigrantibus, almam  
Abſtulerat lucem, & caligine merſerat atra,  
Reddam oculos, reddam praclaro munere viſum;  
Vt duce me, quam nescierant regione viarum  
Inſiſtant reſta, qua per compendia caelum.  
Queritur, & tenebris lux ſeſe pandit abactis,  
Lux aeterna, micans, & ſidere pulchrior omni.  
Ergo iter haud vllis anfractibus obliquatum,  
Nec ſcopulis tumidum, nec praecipiti depreſſum*

*Deſcenſis,*

Victoria verbi Dei admirabilis, & laeta populo Chriſtiano.

Gratis comminatio, & nemoaduertit.

Scribas & Phariſeos noſtat, qui decipiūt plebem, habentes ciuem ſcientiam, nec inſerates, nec alios inuicem ſerentes,

*Deſcenſu, vaſtis nec hiatibus interciſum,  
Sed planum, ſtratum, atque aquabile, pergite grefſu  
Nil dubitante ſequi: Deus hac Deus omnia gratis  
O gentes (nec enim vobis ex fœdere quicquam  
Debetur) gratis dabit ille, & ſponte, feretque  
Semper opem dubius praſenti numine rebus.*

17 *At populus, cui lex fuerat data caelitus olim,  
Poſthabitis populus quem legerat omnibus vnum  
Ipſe Deus, ſacrumque ſibi propriumq; dicarāt,  
Longè alio inceſſit vaga per diuortia calle,  
Et diuerſa legens veſtigia, ſponte relapſus  
Poſt idola abiit, qua deteſtanda ſcribat.  
Non tamen hoc ipſo longum latere factō  
Infelix: te dira manent, ſemperque manebunt  
Progeniem tormenta tuam, cui ſiſtile lignum,  
Aut fuſum aſ, aut raſile ebur, marmor-ve politum,  
Supplicibus colitur votis, & numen habetur.*

18 *Quare ſi dictis adhibere fidelibus aures  
Reſpuitis, contraque diem, iam proruſus adultis  
Sole, reſuētantes oculorum clauditis orbes,  
O verè ſurdi, o tenebris & nocte profunda  
Demerſi! (quis enim ſurdus, caecusq; probari  
Iure poteſt alius, quàm qui prudensq; ſciensq;  
Qua coram videt, & certiffima cominus audit,  
Vera negare audeat, miſer, & veſanus, & amens?)  
Qui Domini praſcepta ſui, legēſque tenellis  
Doctus ab vnguiculis, memoriq; oracula vatū  
Voce citans, inſcripta notis, inciſaq; tignis,  
Corde negat, factis odit ridetq; nefandus?)  
Audite haec, qua nequicquam denuntio vobis.*

19 *Quandoquidem duro rigidi praecordia ferro,  
Nec blandos monitus, nec verba minacia vatū,  
Quos magno numero per ſacula ſingula miſi,  
Nec me ipſam veriti, quamuis mihi debita ſoli  
Sacra reſoſcentem, & iuſtos deitatis honores,  
Et facilem legum cultum, & pietatis amorem,  
Externos diuos, peregrinaque numina vobis  
Accerſiſtis, & his & thure litatiſtis & igne,  
Semiputres curui ad truncos, carioſaq; ſigna:  
Vos ego, ſupplicis meritos ulciſcar acerbis,  
Ludibrio praedeſq; datos, crudelis ad vſque  
Tedia victoris: quid enim, quo vilior eſſem,  
Aut intentatum vobis aut manſit omiſſum?*

Z 2

Scilicet

17 Conuerſi ſunt retrorſum: confundantur confuſione, qui confidunt in ſculpili, qui dicunt confiſtiti, Vos dii noſtri.

18 Surdi audite, & caeci iuuemini ad videndum.

19 Quis caecus, niſi ſeruus meus? & ſurdus, niſi ad quem nſtios meos miſi? quis caecus, niſi qui venūdatus eſt? & quis caecus, niſi ſeruus Domini?

20 Qui vides multa, nonne cuſtodies? qui apertas habes aures, nonne audies?

21 Et Dominus voluit vt ſanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.

22 Ipſe autem populus direptus, & vaſtatus: ſaqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum abſconditi ſunt: facti ſunt in rapinā, nec eſt qui eruat: in direptionem, nec eſt qui dicat, Redde.

Scilicet ipsa domus secreta cubilia vestra  
Et quidquid priuūm latet interiore recessu,  
Occupat omne deus, pictura ductus inani,  
I lignus deus, & puro circumlitus auro;  
Cui currus, thensāsq; & puluinararia stulti  
Sacratīs, iuuenūmq; animos his ritibus, imō  
Retibus implicitos, vestra sub lege tenetis.  
Et mirum, si vos crudeli dedo rapina?

Nec sit pro vobis qui verba precantia fundat?

23 Atque utinā si nō quod nūc loquor omnibus aurē

Vellicat, ad paucos saltem cūm fruge veniret;

Esset & hic aliquis metus, & pia cura futuri:

Et tanta causas exquiret et altiūs irā

Vir sapiens, idēsq; semel peccare caueret:

Nam quis prostratis adaperas mœnibus vrbes.

Isacidum, ad cadem truculento prodidit hosti?

24 Quis strages, quis tot Iudæis funera campis

Edidit? Assyrius non sunt hæc facta sariſſis.

Si nescis, Deus ipse Deus, per lata feracis

Arua Palesthinae raptorem immisit auarum,

Quid nisi fœda dolens populi peccata rebellis?

Contemptas leges? noua sacra, deōsq; Canopi

Littore ab vsque sacram ascitos Dauidis in arcem?

25 Iure igitur tot ilaxauit fræna furori,

Euomuitq; omnem malē quam concoxerat iram,

Et bellum, bellum lacrymabile protinus oris

Omnibus effudit: vide, adhuc incendia fumant

Villarum, tellusq; rubet perfusa cruore,

Captiuus, eheu, tellus inarata colonis.

Et tamen, o cæca mentes, non criminis istud

Esse sui inducunt animum, sed pectore perstant

Indomito, morbiq; caput nescire latentis

Malunt, quam morbum sublati tollere causis,

Et reducem pronacernice rogare salutem.

2 Tu verò, non sic magni fæte sanguine Iudæ,

Non illo tantum, quo se gens impia iactat,

Israele tumens atauo, qui maximus illi

Nobilitatis honos, sed me formante future

Nobilior, nostraq; nouum decus addite stirpi;

Pone metum, me nulla tibi custode nocebit

Tempestas: meus es, magnog; mihi ere redemptus:

Pone metum, iam dudum ego te de nomine noui,

Notumq; elegi, mea qui mysteria scires,

Proferresq;

Sic interpretatur dicitur Cyprius, & adducit Ezechielis cap. 8. D. Hieronymus paulo aliter. Tempore Isaie nō deerant Iudæi qui idola colerent.

Causæ itarū & furoris Domini.

Hæc videtur ad Christiū pertinere.

Christianorū genus, nomē, & congregatio.

Cap. 43.

Sermo est ad eos qui tā ex preputio, quā ex circuncisione vocati sunt, præcipue verò ad Apostolos, & verbi Dei præcones.

Proferresque palàm populis. age perfice munus

Iniunctum, frustra tibi vis humana repugnat.

2 Non si gurgitibus maris impedire profundis,

Desere iter, pallens-ve retrò vestigia verte:

Me duce montanum violenti vorricis amnem

Euades nando: flammās interritus ande

Funereoſque subire rogos, si postulet vsus;

Tecum ego sum, te sospitem ego per saxa, per ignes,

Per mare, per fluctus, per mille pericula ducam.

3 Scilicet ille ego sum Dominūsq; Deusq; parensq;

Sernatorq; tuus: tu me duce & auspice regna

A Ethiopum, clarāq; Pharon, Nilumq; sonantem

Peruades, cancroq; vſtam torrente Syenen,

Et fuscām Meroen, regum olim celsa sepulchra,

Et sedem diuinū infandam; 4 quibus inde fugatis,

Succedam, condamq; nouas te interprete leges,

Vnde tui totum fama ibit honora per orbem.

Nec verò exiguum tanti certaminis olim

Pignus erit, pretiūm-ve operæ non vtile vestrae;

Sed commune bonum-vestra de cade sequetur,

Communiſq; salus hominum, de sanguine vestro

Per me missa fluet: 5 perge ergo, degeneremque

Pone metum, grex leſte mihi, grex edit e cælo:

Tecum ego sum, generis custos, authorq; tuorum

Perpetuus, te sospitem ego, fœtuq; recenti

Aucturum populos nostro de nomine dictos

Colligam ab extremo Solis vtriusque cubili.

6 Dicam Austro, dicam Boreæ, qua proximus Arcto

Perpetuas algente niues inducit ab axe;

Mille mihi populos diuerso tramite sistant.

7 Quos omnes, quamuis nec cælo vtauntur eodem,

Nec legum placitis, nec lingua & moribus iisdem,

Conciliabo tamen, populūmq; ut migret in vnum

Efficiam; gens vasta situ, gens dissona voce,

Et quam nemo queat numero comprehendere certo,

Me patrem iam certa suum, Dominūmq; Deūmq;

Noſcat, & in gentem nomēque adscita salutet.

8 At tu Nate Deo, Patris vnica, Nate, potestas,

Exorere o tandem, terris placabile sidus;

Et populos fædo tenebrarum horrore sepultos

Eripe, redde oculos tetra caligine mersis,

Redde salutarem diuini luminis vsus;

Et crasum sordis cerumen ab auribus aufer.

Z 3

Omnes

2 Cūm transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operiet te: cūm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te:

3 Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israël saluator tuus, dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam & Saba pro te.

4 Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.

5 Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam feminem tuam, & ab Occidente congregabo te:

6 Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

7 Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meā creauit eum, formaui eū, & feci eum.

8 Educ foras populū cæcū, & oculos habentem: turdum, & aures eius sunt.

23 Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura?

24 Quis dedit in dirptionem Iacob, & Israël vastatibus? nōne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius.

25 Et effudit super eū indignationem furoris sui, & forte bellū, & combussit eum in circuitu, & nō cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

Cap. 43.

1 Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israël. Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu.

9 Omnes gentes congregatae sunt simul, & collectae sunt tribus: quis in vobis annuntiet illud, & quae prima fuerit, audire nos faciet: dent testes eorum, & iustificentur, & audiant, & dicant, Verè.

10 Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus quem elegi: ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum, ante me non est formatus Deus, & post me non erit.

11 Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator.

12 Ego annuntiaui, & saluaui: auditu feci, & non fuit in vobis alienus, vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus.

13 Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: opebor, & quis auertet illud?

9 Omnes ut gentes, toto simul orbe coactae  
Te querant oculis unum, tersisq; receptum  
Auribus, imbibitumq;, inter praecordia seruent.

O magnum & paucis deprensus vatibus olim  
Arcanum! quis enim diuinit, quibus aurea templa  
Ponitis, o miseri, quae caecis carmen ab antris  
Eruetans anus ambiguum, quis pallidus extis  
Non temere visis, haec diuinauit aruspex?  
Proferat huc aliquis testes, tabulas-ve, fidemq;  
Ista suis faciat praeuisa fuisse prophetis,  
Cedemus: sin vero illos nec vera videre,  
Nec canere euentus rerum potuisse futuros,  
Obscuris nulli conuincimus argumentis;

Qua, quaso, inuidia est, a veris vera doceri  
Nolle, patrumq; sequi mendacia malle suorum?  
10 Me vero numenq; meum quo teste docebo?  
Quas tandem tabulas apud acta requiritis edi?  
Vos mihi, vos eritis testes, quibus abdita caelo  
Et praescire dedi, & populis praedicere fata:  
Vos mea, non scriptis tantum, sed sanguine fusa,  
Et posita leti sanxistis numina vita.

11 Sed, quid ego testes humana per ora requiro?  
Ipse ego terrarum Dominus, caeliq; profundit,  
Quiq; patrem sibi me non falso nomine iactat,  
Ille mihi ante alios lectus puer, aethere missus  
In terras, nostro non sufficimus honori  
Vim contra hostilem, quaecumque sit illa, tuendo?  
Vtique adeo-ne meum patiar vilescere numen,  
Et maiestatis decus immortale tremenda?

12 Scilicet exactis quidquid memorabile saeculis  
Factum est, & quidquid venturo fiet in aeo,  
Et quidquid magnum aut rarum mirabitur olim  
Posteritas, quis sim & quantus sine teste loquetur,  
Vt nulli dubium posthac queat esse, quod orbe  
Solutus ego regnem toto, quodque alter ab ipso  
Atque nullus caeli tulit aurea sceptrata, feretque:

13 Ille ego sum, quem vestra penes tuicla, salusq;  
Qui solus seruare queo, qui perdere solus.  
Haec multis clara exemplis, manifesta q; feci,  
Nunc vos eripiens in aperta periculi missos,  
Nunc gratos male, & ad vomitum sordescq; reuersos,  
Immemore sive mei, renouatis cladihus vrgens,  
Saepè monens, saepe exprobrans tam ferrea corda,

Testes locupletissimi martyres & confessores.

Tam

Tam rigidos animos, flectiq; regiq; negantes.  
Et quis tot casus inter momentaq; rerum,  
Alter ab hoc, quem vos dudum me scitis, & esse  
Ipse egomet testor, semperq; fuisse, nec cui  
Cessurum spatiis, vobis Deus adfuit unquam?

Quam tuto solidosq; loco, quam sede quiescit  
Secura, mihi qui fissus, nil caetera curat!  
Vis illum nulla enertet, nulla obruet illum  
Tempestas, quamuis atrox: nam quidquid ab alto  
Decreui, infectum quis erit hominum-ve deum-ve  
Qui reddet, nostros audax inuertere nutus?

14 Iamq; adeo repetens, iterumq; iterumq; morebo,  
Vester ego dominus, vester Deus, atque redemptor,  
Extra quem, nullus dici tibi, nullus haberi  
Sanctus in orbe potest, domus o domus Ifraëlis  
Incluta: praebe igitur faciles his vocibus aures:

Te propter, mauro dominae Babylonis, acerbo  
Qua te seruitio premit insultatq; superbe,  
Victorem immittam magnum, qui claustra refringat,  
Vectesque oppositos auulso cardine rumpat:  
Hic numerosa suis post se trahet agmina signis,  
Chaldaeosq; graui vinctos ad transtra catena  
Trans Scythici littus pelagi, trans Caspia claustra  
Nauibus ignotas seruitum abducat in oras.

15 Credite, conceptis nam vera renuntio verbis,  
Vester ego Deus, & Rex augustissimus idem:  
16 Qui quondam patribus raro pro munere vestris  
Hinc illinc scisso strauit freta peruia fluctu,  
Intinctisq; dedi transmittere flumina plantis,  
Dum Pharij fugiunt instantia tela tyranni.

17 Ipsum autem, currusque truces, & fulgida ferro  
Agmina, quae raptim fugienti immiserat hosti,  
Intercepit, aquis refugum redeuntibus equor,  
Vorticibusque haustus rapidis exercitus ingens,  
Et citius quam ignis linum est, coopertus ab undis  
In mediis tumultum reperit, quo dignus, arenis.

18 Sed tamen haec vetera, & longo iam temporis aeo  
Obscurata, licet per me, ventura nepotum  
Inducat saeculis obliuiscantibus atas,  
19 Dumodo, nunquam animis, quae nunc noua cedere mū-  
Fata paro, nunquam memori de pectore ponant.  
Iam noua lux terris caelo demittitur alto,  
Sol nouus exoritur, vultus attollite vestros,

14 Haec dicit Dominus redemptor vester, sanctus Ifraël, Propter vos emisi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldaeos in nauibus suis gloriantes.

15 Ego Dominus sanctus vester, creans Ifraël rex vester.  
16 Haec dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam.

17 Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & roburum: simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & extincti sunt.

18 Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.  
19 Ecce ego facio noua, & nunc orientur: utique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina.

Et

Hoc loco pro Babylone mundum in maligno positum, & pro Chaldaeis figuratè demones, sunt qui intelligant.

(do

Et factum, toto quo nil illustrius orbe,  
 Nil hominum generi meliore salubrius ortu,  
 Est, fuit, aut posthac erit, agnoscetis ouantes.  
 Adueniet promissa dies, iam iamque propinquat,  
 Qua vel ab inuitis natura legibus undas  
 Eliciam, terrisque siti diroque calore  
 Damnatæ, viuos fontes, & flumina largis  
 Immittam venis, & qua pede semita nullo  
 Calcatur, dumis (que rigent squalentibus agri,  
 Per loca senta situ, densisq; asperrima siluis  
 Expediam planos equato tramite calles.

20 Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo.

20 Exilient iam tum latebris mansuescere doctæ  
 Tractarique fera, ponent lethale dracones  
 Innocui virus, venient ad frana leones  
 Indomiti, pasciq; manu consuescet herili,  
 Cristatos struthio cogens ad pabula pullos.

21 Populum istum formauit mihi, laudẽ meam narrabit.

At verò in siluis, inter spelæa ferarum,  
 Serpentumque cauis, nigriq; cubilibus hydri,  
 Denique in extremis nostrum cantabitur oris  
 Nomen, & hoc sacri munus memorabile fontis,  
 Quo populus mihi selectus, mihi sanguine multo  
 Quæsitus, toto se proluet ore, meumque  
 Et decus & laudem numerofo carmine dicet.

22 Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israël.

22 Tu verò Israel, durum genus, & mihi semper  
 Obstrepere assuetum, quando me in vota vocasti,  
 Supplicibus veniam lacrymis pacemque precatus?

23 Nõ obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec labore tibi præbui in thure.

23 An si cæde greges totos armentaque vastas  
 Continua, Libani que tuis, nec diues odorum  
 Sufficiat Saba tota focis, mihi munere credis  
 Esse satis factum tam vili, & ritè litatum?  
 Non ita me sanguis calidas effusus ad aras,  
 Si nescis, fumus-ve inuauat de thure subortus;  
 Non ego te fines Arabum penetrare remotos,  
 Indorum-ve sinus cõemenda ad aromata misi:

24 Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis.

24 Non Syrium calami, iunci-ve fragrantis odorem,  
 Nare sagax, nardi-ve nouas florentis aristas,  
 Non adipem hircorum fumantia-ve exta poposci:  
 Me simplex animus, me mens nihil indiga fuci,  
 Me crebri gemitus, me corda mouent delecta.  
 Tu verò Isacida solitis hæres hecatombis,  
 Pro rebuſq; leues nequicquam amplecteris umbras:  
 Interea nullo pergis peccare pudore,  
 Et scelere scelus accumulæ, quod abominor, ultra

Ferre

Baptismus.

Gratiarum actio.

Ipse peccata nostra portauit, cuiusliuore sanati sumus. Spiritus con- tribulatus, cor contritum, &c.

Ferre negans, onerisque graui sub mole fatiscens.  
 25 Non ouium iugulis, non thure, extis-ve piantur  
 Crimina, solus ego vestras (fas credere) solus  
 Deleo nequitiæ, maculosasque eluo sordes,  
 Sponte mea bonus, & gratis peccata remittens;  
 Vnigenæ sancto nati commotus amore,  
 Cui latè rerum custodia tradita cessit,  
 Et generis tutela tui, mundi que supremum  
 Iudicium, cum sol perituro illuxerit orbi  
 Vltimus, & regni instabunt noua sæcla beati.

25 Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas pro; termine, & peccatorum tuorum non recordabor.

26 Ergo age (iure pari nam tecum cernere certum est)  
 Incipe, si quid habes, quod pro te dicere possis:  
 Et mecum exacti reminiscere tempora sæcli,  
 Isacida, veteres repetens ab origine fastos:  
 Quæ tua erit tandem defensio: quid prius, aut quis  
 Posterius dices? aut quò te denique vertes?  
 Fortè patrum mores, præclaræque facta tuorum  
 Iactabis: sed si cunctos peccasse, nec ullis  
 Abstinuisset in me probris conuinco, peristi.

26 Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.

27 Certè nil quondam recti gessere parentes  
 Ductoresque tui: quis enim non nouit, acerbis  
 Quantum odiis, quantum furis immanibus acti,  
 Admisere scelus? cum nostrum nomen, & astris  
 Et terris, cæcæque horrendum in nocte sepultis,  
 Impia gens fædis ausa est proscindere linguis?  
 28 Pæna scelus pede non tardo graue digna secuta est:  
 Namque quater denis plenè haud vertentibus annis,  
 Tanta Paratonias quæ turba reliquerat oras,  
 Desertos Arabum complerunt funere campos,  
 Et solus, solique comes Calebus Iesu  
 Promissos vidit de tot modo millibus agros.

27 Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui prauaricati sunt in me.

28 Et contaminaui principes sanctos, dedi ad interneccionem Iacob, & Israël in blasphemiam.

Cap. 44.

1 Nec verò adferimus peregrina, nec acta prophanis  
 Eruta ab historiis: exempla domestica cernis  
 Chære puer, magni puer edite stirpe Iacobi:  
 2 Hæc animo, hæc oculis, arrectisque auribus hauri,  
 Hæc fastum tibi deiciant, hæc flectere colla,  
 Cervicemque Deo doceant submittere: tum me  
 Qui grandæ te formauit genitricis in aluo,  
 Posce age certus opem, calo descendet ab alto  
 Præsens auxilium, tantum ne defice cæptis:  
 Ipse adero, facilique tuos per lubrica gressus  
 Arte regam, tantum aude aliquid, positoque timore  
 Obfirma pectus: nec enim sine numine certo

Cap. 44.

1 Et nunc audi Iacob serue meus, & Israël quem elegi:  
 2 Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi.

Consilioque, mihi selectus in omnibus vnus,  
Qui mea conuerso ferres mysteria mundo.

3 Effundam enim aquas super sitientem, & fluentia super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.

Vade age, magna tuo surget de semine messis,  
Nam iuga saxoso qua marmore dura rigeant,  
Siccâque, nec roris pluuij, nec munera cæli  
Vlla admittebant, in agros lente scere molles  
Fontibus ubertim riguis saturata videbis.

Ipse tuam meliore aura, diuinitus aura  
Delapsa, sobolem afflabo; longè illa per omnem  
Circuitum, latèque comas extendet odoras:

4 Et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas.

Ac veluti letus que nascitur a sista pratibus  
Cana salix, pulchrum celsis caput inseret astris.

5 Ille dicit, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua, Domino: & in nomine Israël assimilabitur.

Tum tua post aliquot soles mirabere regna,  
Postquam explosa deum signa omnibus omnia tēplis:

Quisque Deo meritis certatim exsoluet honores,  
Hic voce, hic scriptis, hic denique pectore, cuncti  
Quos sol cumque suo radiatus lumine pascet,  
Vnanimes, vnòque dabunt sua nomina voto,  
Isacidum Regi magno, Dominòque Deoque.

6 Hæc dicit Dominus rex Israël, & redemptor eius Dominus exercituum, Ego primus, & ego nouissimus, & abique me non est Deus.

Audi igitur, quisquis contempto numine diuos  
Mille tibi fingis, stolidi ludibria fabri,  
Que sator ille patrum Deus assertorque tuorum,  
Bellipotens Deus, haud vano denuntiat ore:

Fons ego sum rerum, rerum sum terminus idem,  
Quem non principium, non vlla extrema coërcent,  
Occubitus ortusque expers, ego cuncta guberno,  
Ipse idem semper, totusque in me ipse, vicèque  
Temporâque exsupero, immortalis & infinitus:

7 Quis similis mei? vocet & annuntiet: & ordinè exponat mihi, ex quo constitui populum antiqui: ventura & que futura sunt annuntiet eis.

Et quis me præter Deus est? ego ferre secundum  
Aequalè me velim? mihi se fumosa deorum  
Comparet effigies? aut trunci putris imago?  
Prodeat exesis igitur cui naribus olim  
Frontem oculòsque dies absumpsit, edaxque vetustas,  
Et vobis (nam fortè mihi cùm sidera cælo  
Figerem, & aternis vincirem elementa catenis  
Adsuit) ille mea rationem mentis, & altum  
Consilium exponat rebus deus ille futuris,

8 Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annuntiaui: vos estis testes mei, nunquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim?

Non aliter quàm si nunc sint, sua nomina ponat.  
An verò rerum decus, & mirabilis ordo,  
Perpetuus motus, series aterna, vicèque  
Tam varia cali totum vertentis, & illud  
Nobile seminium, quo pars non infima nostri  
Factus homo est, huius moderamen denique mundi

Diis,

Iterum hæc ad sanctos Apostolos pertinent.

De his aquis Diuus Iohannes in Euangelijs suo cap. 4. & 7.

Varietas meritorum & peritum.

Diis o gens tandem debebitur impia vestris?

Non ita me experti, qui prima ab origine rerum  
Me nomènque meam factus nouère stupendus,  
Cum lucem tenebris, tenebras secernere luce,  
Atque undis undas volui, calumq; profundum  
Surrigere, & certis compefcere sinibus equor.

Est meius igitur vani procul, este timores  
Solliciti, vestris quos ritibus indidit olim  
Falsa superstitio: calida fornase refusum  
Aes, aurum, argentumque, nihil nisi ludicra crede  
Mortalis commenta manus, mutâque figurâs.  
An frustra quondam summi de vertice Sina  
Intonui: legesque dedi? populòsque rebelles  
Per maria, & terras, per inhospita tesqua cecidi?  
Scilicet, ut nosti immemores, legumque mearum  
Effigiem mutam, & truncum coleretis acernum?  
An magis, ut quem me diuumq; hominumq; parentè  
Agnoscent cælum, tellus, mare, & infera regna,  
Vos quoque non segnes iusto afficeretis honore?

Ergo ignota mihi vis materiè que deorum?  
Ergo incude diu versata & tunsa fabrili  
Massa vetus, multòque igni bis tēque recocta,  
Arbitrium rerum, mundique capisset habenas?  
O miseri, si ille ipse faber qui repperit ariem,  
Inscriptisq; deum, nihil est nisi fumus & umbra;  
Exanimus quid erit, quid iners nec mobile lignum?  
Ab, frustra, tum cùm vindex exarserit ira,  
Durâque tam seras exposcent tempora pœnas,  
Frustra (inquam) multos cineres, & putrida thure  
Signa coles, frustra pictum implorabis anheld  
Voce Deum: non ille tuis (si vera doceri  
Fortè cupis) precibus quas non habet arriget aures.  
Non oculos flectet lacrymis, non brachia tensis  
Protendet palmis: tu verò iure relictus  
Spes temerè positas damnabis, & impia serò  
Vota miser flebis successu elusa negato.

En quibus & segetis vestrae, mellisque, merique  
Primitias oleique datis, quos scilicet ignis  
Follibus alternis spirans, fusumq; metallum  
Runcina, aut stridens dentato vulnere serra,  
Esse deos voluit, vobis non suppetit unde,  
O miseri artifices, ventres satietis inanes,  
Dumque opus ingratum facitis, subrepat egestas,

4 2

Vexat

9 Plaster idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. ipsi sunt testes eorum, quia non vident neque intelligunt ut confundantur.

10 Quis formauit Deum, & iculprile confauit ad nihil vitæ?

11 Ecce, omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul.  
12 Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esurier & deficiet, non bibet aqua, & lassescet.  
13 Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo.



tulit illicem, & quercum quae steterat inter ligna sitis: plantavit pinum, quam pluvia uerituit.

15 Et facta est hominibus in focum: iumpit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autē operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile, & cumatus est ante illud.

16 Medium eius comburit igni, & de medio eius carnes comedunt: coxit pulmentū, & faturatus est, & calefactus est, & dixit, Vah, calefactus sum, vili focum.

17 Reliquum autem eius deum fecit & sculptile sibi: curatur ante illud, & adoratur illud, & obsecrat, cūcēs, Libera me, quia Deus meus est tu,

18 Nescierunt, neque intellexerunt: obliuimur enim sunt, ne videant oculi eorum, & non intelligant corde tuo.

19 Non recognoscant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, ut dicant, Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam: ante truncum ligni procidam?

20 Pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet, Fortē medicū est in dextera mea.

21 Memento horum Iacob & Iſaēl, quoniam seruus meus es tu, formauit te, seruus meus es tu Iſaēl, non obliuiscaris mei.

*Vexat acerba fames, fauces sitis vrit anhelas,  
Per que fatigatos sudor fluit irritus artus.*

*Nam monstris quae spes vobis affulget ab istis?*

*Annona ne fides reparata fruge leuanda?*

*O infelices, quid dī sint discite, quaque*

*Consistent materia, & tandem respiscite docti.*

14 *Caditur umbrosis annosa in montibus orinus,*

*Aut abies, aut (si malit faber) arida quercus,*

*Mox patris elata iugis, ubi creuerat olim*

*Corus infauis nidus, plaustrūque tremente*

*Imposita aduehitur; limis statuarius illam*

*Explorans oculis, qua sit leuissima parte,*

*Qua nodosa minus spectat; mox expedit acrem;*

*Et multa prius exagitata cote securim,*

*Dein sculpsit, dolat, aequat, arat, fingitque; repente*

*Nascitur inde deus, seu mas, seu femina, fabri*

*Vilis ad arbitrium; tantūque angustior exit,*

*Quanto materies densis pretiosior olim*

*Creuerit in siluis; mox clauis fixus abenis*

*Claudatur antiqua, velut antro, carceris ade:*

*Illum omnes populi certatim, & vulgus adorat,*

*Dona vouent reges, mittuntque dicantque tyranni,*

*Seu bello victos hostes, seu mœnibus urbis*

*Depulsam verso gratentur sidere pestem,*

*Seu dubios portenta iubent inquirere casus.*

18 *Nec venit in mentem ut dicant (ō pectora caeca)*

*Cui lito? cui succos Arabum, cui thuris odores*

*Offero? non illi quem nuper malleus iste,*

15 *Quem manus haec caesa de montibus arbore finxit?*

16 *Cuius reliquias, segmentaque, rasurāsque*

17 *Excita pulmentis consumpsit flamma coquendis?*

18 *Huic ego quem feci, cineres pars cuius in atros*

*Iamdudum effluxit, terrore aduoluor inani?*

19 *Hec nihil aduertunt miseri, quos impius error*

*Detinet, & mentes ignarāque pectora veri*

*Falsa superstitio sacris addixit anitis.*

21 *Tu vero Isacida magni fate sanguine Abrami,*

*Tūque genus magno qui ducis ab Iſaēle,*

*Fac horum meminisse velis, quae sapius olim*

*Admonui, moneoque iterum, repetensque monebo.*

*Nam meus es: te nulla mei, quamcunque feces spem,*

*Quae fors cumque premat, capiant obliuia pacti.*

Tunc

22 *Tunc ego quas scelerum maculas, turpēque lituras*

*Contraxi, melior iam & fronte serenus amica*

*Dispungam, nauōsque omnes de corpore vellam,*

*Ac veluti media nata sub nocte pruina*

*Soluuntur veniente die, nebulaeque patentem*

*Solis equū primis hinnitibus athera cedunt:*

*Sic si quid tristis peccatum offuderit aura*

*Mæstitiēque piis animis, pigrique timoris,*

*Ex oriente mei vultus fulgore fatiscet;*

*Tantum in me, vitam cui debes atque salutem,*

23 *Respicio, & veteres nunc iam obliuiscere diuos;*

*Noſter eris, reditūque tuum gratabitur omnis*

*Terra, nouōque ather latabitur auctus alumno:*

*Ipsa suas elementa vices, virēque nouabunt;*

*Quaque queunt, tanti monumenta celebra facti*

*Voce canent: chorus ille sacer, chorus ille volucrum*

*Spirituū magno reduci tibi plaudet honore:*

*Atque adeo montes ipsi, siluāque virentes,*

*Prataque, pascuaque, & sementifera conualles,*

*Magnificas Domini laudes clangente sonabunt*

*Voce tubae, quantaque manus virtute potentis,*

*Seruitij fœdi vinculis exsoluerit arctis*

*Isacidas, quantūque sui cum nominis auctus*

*Iſraēle satos ad se reuocarit, ubique*

*Terrarum, factum fama prodente canetur.*

*Erumpetque palam, nulloque premetur ab auro*

*Gloria maiestāsque Dei, pietāsque fidēsque.*

24 *Ne tamen ista putes mendaci vatis ab ore*

*Dicta venire, Deus, Deus est, qui fatur ab alto,*

*Cui libertatem debes, vitamque receptam.*

*Qui, cum nil esses, fœta te matris in aluo*

*Finxit, & atheras vitalem eduxit in auras.*

*Ille ego (ait) qui de nihilo facio omnia solus:*

*Quis mihi enim, quis tum cum non imitabile mundi*

*Magni opus extruerem, pictique volumina caeli,*

*Supra omnes terras, supra mare & aëra latē*

*Exererem, velut expansi vaga carbasā veli,*

*Fulcirēque omnem solido fundamine molem,*

*Adiutor fuit, aut operas artēque locauit?*

25 *Scilicet haec fuso nuper quae prodiit aere*

*Turba Deūm, mecum suspendit in aëre nubes?*

*Solibus arua coquit, rigat imbribus, educat auris?*

*Fatāque, fatorūque vices mortalibus agris*

22 Descendi ut nubem iniquitates tuas, & quali nebula peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.

23 Laudate caeli, quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilare extrema terrae: resonare montes laudationem, saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & Iſaēl glorabitur.

24 Haec dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex utero, Ego sum Dominus faciens omnia, extendens caelos solus, stabilis terram, & nullus mecum.

25 Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum: & scientiarum corum stultā faciens.

*Dispensat, nutūque suo verūque regitque?*

26 Suscitans verbum  
seruū sui, & consiliū  
nuntiorum suorum  
complens. Qui di-  
co Ierusalem, Ha-  
bitaberis: & ciuitati-  
bus Iudæ, Aedificabi-  
mini, & deserta eius  
suscitabo.

Imò ego (namque tibi sacris ventura propinquis  
Pandere fata lubet) cū plena adoleuerit etas  
Temporis, & mea iam fessi promissa reposcent  
Mortales, sese terris ostendere Natum  
Ipse iubebo meum, calo ille beata relicto  
Nuntia legatis missis huc sparget & illuc,  
Nuntia lætitiæ nunquam auro audita priore.  
Illius os ego tum & voscum, demissaque calo  
Verba regam; non illa vagum sine fruge per orbem  
Iacta, procellosis per inane ferentur ab Austris,  
Sed, dum mundus erit, sulco commissa fideli  
Aeternos parient rediuiuo semine fructus:  
At que augur canit, & frustra consilius aruspex,  
Irrita ventosis dabo diripienda procellis:  
Auguribus rabiem immittam dirūque furorem,  
Vt iam nec fari, mutire, nec hisecre possint,  
Ridiculi populis, quibus ante futura caneant.  
Qui verò sapere ante alios, multiāque videntur  
Cognitione graues, tantus pavor obruet, vt mox  
Confessi sua conuictiq; asserta retractent,  
Erroresque suos admissio lumine damnent.

Hæc faciam: verum hæc nostri tibi pignus habeto  
Promissi, o Solyma, o superūm augustissima sedes.  
Respice me, nec tu motus horresce futuros,  
Nec quas prædicunt portenta minacia clades,  
Aio tibi: non si tua mœnia barbarus olim,  
Vicisq; plateasq; vincto profcindat aratro,  
Desertam patiar: confide, habitabere plena  
Ciuiibus, & multa secundis prole colonis:  
Vrbibus ille tuis nequicquam incendia iactet,  
Ter si vastentur, ter structa mole resurgent,  
Et calum pinnis, & turribus athera tangent,  
Me cali terræq; Deo, pelagique profundi  
Instaurante opus & veteres reparante ruinas.

27 Qui dico profun-  
do, Desolare, & flu-  
mina tua arefaciam.

28 Qui dico Cyro,  
Pastor meus es: &  
omnem voluntatem  
meam cōlebis. Qui  
dico Ierusalē, Aedi-  
ficaberis; & templo,  
Fundaberis.

At tu, qui numero fidus, pontique furentis  
More, meas vrbes, mea regna superbus inundas,  
Militibus turmisque tuis, victricia retro  
Signa refer, tua te sequitur fortuna vicissim.  
Ecce ego te, virisq; tuas (nec vana minari  
Crede Deum) velut extremum iam deficientis  
Torrentis cursum, exhaustas siccasque videbo.  
Exoriare igitur peregrinis vltor ab oris

Cyre

Cyre potens, regniq; tui quod munere nostro  
Suscipies, moderare datas sapienter habenas.  
Tantum illud moneo; meus explorare quid optem,  
Quid iubeam labor esto, tibi parere iubenti,  
Cura sit, & læto mandata faceffere vultu.  
Tu mihi enim (dico repetens) fufisq; fugatisque  
Hostibus, & parta tranquillum pace per orbem,  
Sedem instaurabis Solymam, summoque Sionis  
Vertice, restitues solido mihi marmore templum,

Legamus (ait)  
diuus Hier.  
historiā Cyri  
maioris octo  
libris à Xeno-  
phonte con-  
scriptā, & I-  
saię prophetiā  
ceinemus im-  
pletam.

Namque ego te, nondum cū sis, nec luminis aur as  
Hauserus, & multis non sis oriturus ab annis,  
Prouidus elegi, lectūmque sacro unguine iinxi,  
Cyre meus, dextrāque, vt mos fert præscus, amice  
Porrecta, in solium nulli superabile duxi;  
Te sceptris reges positus, te poplite flexo  
Omnis adorabit terrāq; marique potestas,  
Te gentes, te regna colent tibi nomine nostro  
Bellanti, porta pendentur, & arca claustra,  
Prostratisque humiles dederunt se mœnibus vrbes.

Ipse ego victoris dux agminis, ante corusca  
Principia, & telis horrentia signa virisq;  
Terribilis visu incedam, montesque morantes  
Impellam, non flumen iter, non vallis iniqua  
Præpediet, non exati munimine vœctes  
Opposito, effringam vœctes, portasque reuellam.

Yoseph. lib. 11.  
Antiq. Iud.  
auctor est Cy-  
rum hoc le-  
gisse vaticini-  
um.

Hic tibi thesaurōs regum redhibebo priorum,  
Defossasq; imis specubus, quas inuida tellus  
Humani generis damno, sub rupibus altis  
Iamdudum tenebris enōque situque sepultas,  
Non ipsi visas qui conspiciat omnia Soli,  
Abdiderat, gazas retegam, totius ab annis  
Mille retro mundi spolia, exuniāque subacti.

His ego te donis, hoc te dignabor honore,  
Vt quis sum, tua qui populis decora alta futuris  
Præcino, teque tuos ante ortus nomine signo,  
Agnoscas, meritoque colas, reuerenter adores,  
Non diuis similem fufis, aut marmore scētis,  
Sed verum solūmque Deum decus Israëlīs,  
Præsidiūmque mei summum: Namque illius ergo  
Isacidēq; mei, quo non mihi promptior alter  
Obsequio seruare fidem, te, Cyre, superbis  
Gentibus imponam regem, dominūmque tyrannis,  
Suscipiamque tuas partes, famāque, decūque,

Regnūm.

### Cap. 45.

1 Hæc dicit Domi-  
nus christo meo Cy-  
ro, cuius apprehendi  
dexterā, vt lubiicium  
ante faciem eius Gē-  
tes, & dorā regum  
veritatem, & apertam  
coram eo ianuas, &  
portę non claudentur.

2 Ego ante te ibo: &  
gloriosos terrę humi-  
liabo: portas aereas  
conteram, & vœctes  
ferreos confringam.

3 Et dabo tibi thesau-  
ros absconditos, & ar-  
cana secretorum: vt  
scias quia ego Domi-  
nus qui voco nomen  
tuum Deus Israël.

4 Propter seruū meū  
Iacob, & Israël ele-  
ctum meum, & voca-  
ui te nomine tuo: af-  
similavi te, & non co-  
gnouisti me.

Regnūque orbetuum toto memorabile reddam.

Te tamen ornatum tot dotibus atque triumphis

Non ego nescieram fore diis ut templa paternis

Extrueres, legēque meas, morēque sacrorum

Aut ignorares, aut ritu imbutus auito

Negligeres; clarum nihilominus ire per orbem

Conspicuumque dedi populis, atque omine lato

In magnum misi imperium, quo gloria nostri

Numinis occiduum pernix peragraret & ortum:

<sup>5</sup> Iamque Deus dicar verus, solūque saluter,

<sup>6</sup> Nec votis posthac alius precibus-ve vocetur;

<sup>7</sup> Qui lucem feci & tenebras, qui nomina nocti,

Nomina, cum nondum luceret, propria luci

Imposui, magnōque diem, noctēque minori

Mandani lustrandam astro; qui bella metūque

Terrorēque fero, cum iustas ultio pœnas

Poscit, & impietas hominum scelerata meretur;

Qui pacem, paci que bona bonus oia mitto

His, sua qui versi agnoscunt errata fatentes,

Et veniam lacrymis poscunt: Deus hæc ego cuncta

Perficiam: Deus omnipotens, Deus omnituensq;

Sanus in iustus, iustus bonus, omnibus aquus.

<sup>5</sup> Ego Dominus, & non est amplius extra me non est Deus: accinxite, & nō cognouisti me:

<sup>6</sup> Vesciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniā absque me non est. Ego Dominus, & non est alter:

<sup>7</sup> Formans lucem, & creans tenebras: facies pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.

Cyrū Deum non agnouisse, notū est ex Esdra, lib primo, cap. primo.

VATI-

LIBER SEXTVS.



Rō age, quando diem felici sidere  
vectum

Horæ urgent agiles, portisque patentibus  
ultro

Non expectatis ardent erumpere fatis,

Quo Deus humana sese dabit ipse saluti

Sponte sua, pacēque feret, nascēnsque perennem

Morte sua vitam mortalibus asseret agris;

Frangie caeleste genus, noua gaudia mecum

Carminibus celebrato nouis, magnūque futuro

Natali, mea musa, die inuitemus Olympum,

<sup>2</sup> Iam satis o rapidi labentes ætheris orbes,

Et vos rorisfluo fœcundæ semine nubes,

Iam satis, o nimiumque diu (si dicere fas est)

Suspensos clauso tenuistis in aëre nimbos,

Et terris imbrem sitientibus inuidistis:

Nunc pluuios aperite sinus, laxate perennes

Viuifici roris fontes, tandēque beatas

Depluite in terras iustum, quem sæpe diūque

Promissum expectamus adhuc, auidiq; sitimus:

Tūque adeo tellus grauida æthere; concipe fœtum,

Pande sinus, Regēque tuum Dominumq; Deūque

Et Seruatorem fœtus mortalibus ede.

Tu quoque rumpe moras, & celo diua relicto

Iustitia exorere, & terris illabere nostris,

Virgo decus celi, mundo letabile sidus.

Euentura loquor, solio Pater almus ab alto

Annuit oranti: En ego, (ait) confidite, mittam

Quem petitis, nec spes vestras & vota morabor:

Quippe illum vobis genui, vobisque mihi que

Ante chaos, lunęq; globum, Titaniæque astra:

Hoc toto potiare, fidem quicumque tenebis.

At verò malè dispereant incredula turba,

Quos lethargus habet nulla medicabilis arte,

Qui verum oppugnare student, qui demere nobis

(Proh scelus) omne suis robur rationibus audent,

Et nostras conuellere opes, & carpere vires.

Siccine nos viles? sic parua potentia nostra est?

O miseri, res sic nostræ sunt denique fractæ,

Vt nequeam magnos etiam diuellere montes,

Cap. 45.  
Vehemens desiderium prophete expectantis & expectantis beneficii Christi & aduentu toties iam promissum.

Ante luciferum genuite.

Samos insula vasis ex luto fictis celebris: hinc vasa Samia.

<sup>3</sup> Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiat terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. ego Dominus creauit eum.

Et

*Et dextra terras quaterere, & calum omne ciere?*

9 Væ qui contradicit  
fictosi suo, testa de  
familiis terræ. nunquid  
diceretur figulo suo,  
Quid facis, & opus  
tuum absque mani-  
bus est?  
10 Væ qui dicit patri,  
Quid generas? & mu-  
licii, Quid parturis?

*Ergo impune sui deriserit urceus artem  
Vimque procax figuli: dextramque reprædet inertem,  
Figlinamque rudem? nec iusta concitus ira  
Proteret impacto vas ille friabile calce?  
Improba quis nati tulerit pater ora rogantis  
Cur se progeniuit? mater de ventre querentem  
Lata suo natum tulerit? longosque dolores  
Atque laboriferi carpentem tædia partus?  
Improbior certe fuerit, penitusque pudorem  
Exutus totum, quisquis mea censor iniquus  
Facta notare volet, vanisque incessere probris:  
Aut alius referens rerum primordia causis,  
Factoris decus, & meritos mihi tollet honores.*

Opus sine  
manibus pro-  
pere imper-  
fecto.

11 Hæc dicit Dominus  
sanctus Iſrahel plastes  
eius, Ventura inter-  
rogate me: super filios  
meos, & super opus  
manuum mearum  
mandate mihi.

*I nunc testa putris, & inobseruabile nostra  
Mentis opus, nullis opus enarrabile verbis,  
Consiliumque animi nequicquam exquire profundi;  
Et quid sit mihi, quoque modo præscribe gerendum;  
Et tandem rerum curam, quas ipse creauit,  
Suscipe: Tu-ne miser, tu vilis homuncio, fædum  
Mancipium, Regem celi Dominumque docebis?*

12 Ego feci terram: &  
hominem super eam  
creati ego: manus  
meæ tetenderunt cæ-  
los, & omni militia  
eorum mandavi.

*Ille ego (si nescis, aut si nescire laboras,  
Quod potius reor) ille ego sum, qui semine nullo,  
Nullis principiis, calum, terramque, fretumque,  
Vnius edicti iussu nutuque creauit:  
Atque adeo ipsum hominem feci, qui numine nostro  
Terrarum imperium magna ditione teneret;  
Illi etiam calum, calique decemplicis orbes,  
Quæque vago passim collucent æthere flammæ  
Motibus æternis iussi parere, vicisque  
Occubitus ortusque sui seruare perennes.*

13 Ego suscitavi eum  
ad iustitiam, & omnes  
vias eius dirigam: ipse  
ædificabit ciuitatem  
meam, & captiuitatem  
meam dimittet, non  
in pretio, neque in  
muneribus, dicit Do-  
minus Deus exer-  
citantium.

*Idem ego, nam poscor, quem memet mente volutans  
Fecunda, me totum obiens, in meque reflexus  
Concipio semper, dudumque ante omnia sæcla  
Concepi Natum, æternum, æquæumque parenti  
Qui semper fuit, est, & erit, nunc edere mundo  
Placatus meditor, vestra sub carne latentem.  
Illum ego, (sic immota meo fert corde voluntas)  
Immittam terris Regem, quo legibus alter  
Iustitiæque prior gentes frænare superbas  
Non fuit, aut sæclis erit hæc post sæcla futuris.  
Ille meo populum ductu reget, illius olim  
Auspiciis Solymæ noua fundamenta beata*

*Hostibus*

*Hostibus inuitis mansura mole resurgent;  
Quam nec tempus edax, nec ferrum abolere, nec ignes,  
Nec valide poterit tempestas vlla procellæ.  
Illius aduentu iussuque adamantina vincula  
Frangentur, custosque gemens ergastula pandet,  
Captiuque, hares patrios, & auita reuiscit  
Tecta, Deumque sua cum cantibus ade reponent,  
Non pretio, non muneribus, non ære redempti;  
Sed virtute tua Rex augustissime regum  
Carceribus plena cum libertate soluti.*

*Nec tibi posteritas Iacobi sola leuatas  
Ostendet manicas dextras, & compede suras;  
Ipsi etiam Aethiopes (nam sic decreuit ab alto  
Bellipotens Dominus diuum pater, atq; hominum rex.)  
Aethiopes longè positi, quos corniger Hammon  
Nunc quoque ludificat, nudisque reperta sophistis  
Mensa Hyperionij decantati sima solis,  
Isidis, & cultor, cultorque latrantis Anubis,  
Qui bibit undantem septeno gurgite Nilum,  
Multa merce potens, diuæque Sabæus odorum,  
Præclarique alij populi, quas pontus, & altis  
Hinc dirimunt iuga verticibus, tua castra sequentur;  
Atque abiuratis qua monstra horrenda colebant,  
In tua mutato transibunt nomine iura:  
Iamque tui dicique volent atque esse clientes,  
Gaudebuntque tuos currus, pompamque triumphi  
Ponè sequi, vincet manicas, terraque voluti,  
Et nigrum fædo turpantes puluere crinem,  
Quantum vincula sinent, palmas ad sidera tendent,  
Et sanctum, sanctum, te terque quaterque beatum  
Numen adorabunt, quo cum Patre cuncta gubernas  
Imperij consors, regni que coæna potestas.*

*Per te conceptis quo tu dabis ordine verbis,  
Vota precisque ferent, per te rata pondus habebunt,  
Vota nec ingrata metuent pallere repulsa:*

*Nam Deus ipse in te es, Deus vnus, & alter ab ipso  
Te non est, cui ritè preces & vota feramus.  
Verè, ò (nec cuiquam fas addubitare fideli)  
Verè ille es, quem corporeo velamine tectum  
De celo venisse Deum nescimus olim,  
Ah miseri, & genti Iſacidum, populisque salutem  
Quos sol cunque videt, vitamque dedisse perennem.  
Felices tamen, & nati melioribus annis,*

14 Hæc dicit Domi-  
nus, Labor Aegypti,  
& negotiario Aethio-  
piæ, & Sabaim viri  
sublimes ad te trans-  
ibunt & tui erunt: Post  
te ambulabunt, vincit  
manicas pergunt: & te  
adorabunt, teque de-  
precabuntur: Tætuna  
in te est Deus, & non  
est absque te Deus.

15 Verè tu es Deus  
absconditus, Deus Iſ-  
rahel saluator.

*Lucis (serò licet) ante obitum supremæque fata  
Nosse Deum, & pulsa præsentem nocte videre  
Complectique datum est, & spem desigere in illo.*

16 Confusi sunt & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatorum errorum.

*16 At, qui luce palàm media, verique sub ipso  
Luminis exortu, calo radiantis ab alto,  
Deiectos in terram oculos aperire grauantur,  
Pascunturq; suis erroribus, atque adeò ipsum  
Præclari solis inbar auricomum auersantur,  
Pérque obscura, rudes populos, pérque auia cæci  
Cæcorumq; duces sine more, sine ordine raptant,  
Mille modis miris agitabunt monstra merentes:  
Nam sibi mens intus scelerati conscia facti  
Non luce optatam capiet, non nocte quietem;  
Sed memor assiduus cor morsibus exedet horror,  
Horror continuus, turpique infamia vultu,  
Nunc pallore genas, nunc ora rubore notabit,  
Nunquam securis, nec in ipso denique somno,  
Curarum dulci agrarum domitore, quietis,  
Sed leuis ad tenuem strepitum trepidantibus auræ,  
Donec ad extremum longo terrore fatiscant,  
Consumti, meritâsq; luant pro crimine pœnas,  
Vsq; adeò spreti grauis incubat ira Tonantis.*

17 Israël saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & nō erubescetis vsque in seculum seculi.

*17 At vos spumosis mare quos circumsonat vndis  
In sanum, ventique agitant, tumidaq; procella,  
State viri, dux vester ego, & si poscitis, ipse  
Miles ero, tantum ne spes aliunde caute  
Pendeat, & dubiis alium ne querite rebus.  
Vos ego, qui gentem Isacidum de faucibus Orci  
Eripui, magnique nepotibus Israël's  
Sponte mea solidam peperì veramque salutem.  
Soluite corde metum gentes (mea cura) beatæ,  
Indecores nunquam patiar (fremat impius hostis  
Cum volet) aut inopes indefensosque relinquam.*

18 Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: ut habitaretur formauit eam, ego Dominus, & non est alius.

*18 Ille ego (dicam iterum, nec dicere sæpe grauabor)  
Qui pæto fixi stellantia sidera calo,  
Qui mare disclusi terris, atque ethere terras,  
Non frustra vacuo telluris in aère molem,  
Suspensi, sed ut hæc vobis habitabilis esset,  
Proferrētque satis fruges, & vinâ racemis  
Composui, & solidam stabili fundamine fulsi,  
Vnicus, omnipotens, immensus, ubique tremendus,  
Solutus honore coli, solus prece dignus adiri,  
Quem non ante Deus fuit, & post non erit alter.*

Talem

Possumt intelligi Scribæ & Pharisæi: nihil tamen impedit quin generaliter intelligantur.

*19 Talem ego me, qualem nulli tamen edere fas est,  
Non animo accipere, aut dignis comprehendere verbis,  
Non altis latitans specubus, non nocte profunda  
Obsitus, & dubium tenebroso carmen ab antro  
Eructans, sed luce palàm, sed vertice Sina  
Montis in aërio, flammam inter vimque corusci  
Fulminis & densis immista tonitrua nimbis  
Exhibui, legesque deû, iustumque piûmque  
Ignotumque prius manifesto numine verum  
Omnibus in fudi terris, vetique prophanis  
Isacidas seruire sacris, me querere solum,  
Mèque meosque sequi ritus: sed protinus illi  
Irrita iussa citis rapienda dedere procellis.*

Euangelica prædicatio sub typo montis Sinae.

Iustitiam legem intelligit Cyrillus, veritatem autem Christi discipulam & institutam.

*20 At vos qui prompta magis aure salubria verba  
Hausistis, penitusque in cor sensusq; reposta  
Conditis: eia agite, & factò concurrite cætu,  
O fortunata mêque vnum accedite gentes  
Auctorem vitæ, donatorémque salutis.  
Ille etenim in fausto (fas credere) sidere natus,  
Infelixq; animi, & vere rationis egenus,  
Quisquis ad idoli simulacrum fusile, dextras  
Poplite sustulerit proiectus utroque supinas,  
Flebilibusque deos votis de marmore factos,  
Nec se nec quemquam validos seruare, rogarit.*

19 Non in abscondito locutus sum, in loco terre tenebroso: nō dixi semini Iacob, Frustra querite me, ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta.

20 Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant deum non saluantem.

*21 Nam si vera queunt (ut falso murmure iactant)  
Promissa mundo predicere nuntia pacis,  
Qua mora, quis-ve pudor latebrosis detinet antris  
Stertentes, hominumque oculos, lucemque timentes?  
Si quod eis robur superest; cur sæpe vocati,  
Sæpe laceßiti certamen inire recusant?  
Cur latebras querunt? cur se committere luci  
Non audent? veniant potius, doceantque suorum  
De grege qui nota hæc auditæque fecerit olim  
Tantarum præcis patribus mysteria rerum.  
Nec verò facient: ego primus & vnicus istha  
Omnia prædixi, primæque ab origine rerum  
Ad suprema vsque interituri tempora mundi  
Perpetuam fati seriem, sortisque futura  
Deducam, quam nulla premet vertet. ve procella:  
Nam quis me præter Deus est? Ego solus, & absque  
Me non est alius qui numine cuncta gubernet,  
Et res humanas moderamine temperet aquo.  
Me, me vnum penes est hominum tutela salutisque.*

21 Annuntiate, & venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? nunquid nō ego Dominus, & nō est ultra Deus absq; me? Deus iustus & saluans non est præter me.

22 Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terrae: quia ego Deus, & non est alius.

22 *Quare agite, & versis studiis, veterumq; sacrorum Deposito iam more, meos assuescite ritus, O quotquot terras colitis, quascunque sonante Oceanus fluctu vastis anfractibus ambit; Salui eritis, tantum confidite, nulla nocebit Praeside me vobis & seruatore potestas. Qui verò in partes diducti, se q; parati Militiae desertores, fideique datique Nominis immemores, fædo mea signa relinquent Transfugio, haud impune feret, Deus hos ego sontum Non mitis vindex, iurisq; aequiq; seuerus Arbiter, exautoratos; turpique notatos Aeternaq; ignominia delebo meorum De numero, quicumque merent sine fraude clientum.*

23 In memetipso iurauit, egredietur de ore meo iustitiae verbum, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.

23 *Per me, perque meum iuro, quod fallere numen Et iurare timent, iusti quos cura remordet, Omnia, ni per vos steterit, me pacta fidei Lege, fideque bona, pro fædere seruaturum Perpetuo. quid enim nisi iustum profluit, aequumque Ore meo? quis consilium menti, si que vigorem Vimq; mea auertet? quis diuim hominum-ve retundet? Num Deus est alius, qui me cessante, futura Dispenset, statuâtque raris sua tempora fatis? Immo hominū omne genu mihi procidet, omniaq; oēs Numine vota meo seruandaque pacta vocato Concipient, nec fas numen violare vacatum*

24 Ergo in Domino, dicet, mea sunt iustitiae & imperium: ad eum ventur, & confundentur omnes qui repugnant ei.

24 *Religioque sinet: tibi enim, tibi maxime rerum (Nam sic me proprio de nomine compellabunt Vnanimis) tibi summe Deum sanctissima cordi Iustitia est, verique parens. & nescia ficti Simplicitas, his imperium virtutibus olim Protendes latè, & toti dominaberis orbi. Hæc illi, mihi qui toto se pectore iungent.*

25 In Domino iustificabitur & laudabitur omne semē Israël.

25 *At tu, quò ruis, aut cui te, miserande, rebellem Obiicis? haud isto longum latabere factio. Tempus erit, cum tristi oculos frontemque pudore Deiectus, toto florentes orbe videbis Isacidum natos, Israëlisque nepotes, Victoriq; Deo latum pæana canentes.*

### Cap. 46.

1 Confractus est Belus, contritus est Nabos: facta sunt simulachra eorum bestiiis & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem.

1 *Nonne vides, ut voce Dei vultuque Tonantis Impulsus, præcepitq; sua datus aede repente Corruerit Belus? Belus pater ille Deorum, Cui nullis non seu locis bibit ara cruorem.*

Idem Paul. ad Rom. cap. 14. sed paulo alio verbis: Vno ego, dicit Dominus, omnis lingua confitebitur mihi.

### Cap. 46.

Babylonis ruina, qua adumbratur ruina Sathanae & omnia satellitū eius. Belus, qui & Saturnus apud Babylonios singulari cerimoniam colebatur, & hostis humanis atque adeo pueris & infantibus eius placabatur. Nabo sive Nebo idolum Chaldaeorum.

HN-

*Humanum, cui pro vitulo capro-ve sacerdos Graecus & Assyrius, casi litat hospitibus extis? Ecce Palaesthinis Dagon celeberrimus oris, A scalo quem Azotique arces, ventosaque Lydde, Quæq; fluenti sono pertunditur aquore Gaza, Gaza Dei sedes, plenis veneratur acerris, Contritus iacet, os, oculos, frontemque caputque, Membraque cuncta (lapis si possunt membra vocari) Huc illuc vasti spatiosa per atria templi, Perque pauimentum sparsus; quo more per agros Semi-comes a bonis differt lupus ossa perempti.*

*En quibus, o stolidi, diis thura adoletis, & ignes! Omnigenum nempe effigies & monstra ferarum. En quibus, & thessas, currusque & fulcra paratis Aurea, quòsque humeris, si quando bella minantur Finitimi, tristis-ve lues infecerit vrbes, Aut mala rubigo messem corruperit agram, Velatos circum vicos, circum arua ferentes, Nequicquam lustratis agros, pacemque per aras Poscitis, exhausti sudore fameque, siti que, Et vix fessa graui trahitis præ pondere membra!*

2 *Nulla salus monstris in talibus, & mutis diis: Immo ipsi, rari pretio inuitante metalli (Namque ebore, & gemmis, argento, auroq; teguntur) In prædam veniunt, nequicquam tympana rauco Cum sonitu, & crotalos pulsantibus ordine longo Sacrificis: tum qui magnum modò numen habebant, Conflati in nummos, perque hostica castra viritum Diuisi, veterem perdent cum numine formam, Et gerulos in clade suos, vinculisque relinquent, Non ipsi se, ne dum alios, seruare potentes.*

3 *Audite hæc, domus Isacidum, lectissima proles, Vosque o Israëlitice quacunque supersunt Reliquiae, mentemque meis aduertite dictis, Quæ loquor, ut charos genitor pius inter alumnos: Quippe ego vos genui, vos visceribus portauit Ipse meis, ego vos dias in luminis auræ Eduxit, pariens diuino semine cretos; Et iam doctrina disciplinæq; capaces, Quid non sustinui, quid omisi, ut meque, meique Notitiam teneris veram imbiberetis ab annis? Heu quoties, Ego sum, dixi: me querite solum, Nuncq; etiam repetens, Ego sum, me querite, dico:*

2 Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & animarum in captiuitatem ibit.

3 Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israël, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua.

4 Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci & ego feram: ego portabo, & saluabo.

Vnus,

Locus hic cū primis aduertendus. Exprimunt enim graphicè, Deum, & plus quam paternū affectū erga nos peccatores.

Vnus, qui senium nullo mutabilis aeo  
Nescio, qui vestri, qui vestrorumque deorum  
Dissimilis, semperque fui, sum semper, & idem  
Semper ero, plenusque mei, & nil indigus extra  
Omnia sustento, procuro, pascō, regoque:  
Vos vitam mihi debetis, certamque salutem,  
Vos, (inquam) vestrique patres, olimque minores  
Debebunt, serie sive omnis ventura nepotum.

5 Cui assimilatis me,  
& adaequatis & com-  
paratis me, & fecistis  
similem?

Me tamen, o miseri, quibus heu componere tandem  
Audeatis, adeoque etiam postponere monstris?  
O male degeneres, o vera lucis inanes,  
Quam nulli similis, quam non imitabilis ulli  
Nocturna versata manu, versata diurna,  
Historiae verax sacra scriptura docebit.  
Siccine vos docui? sic nostro numine pleni  
Commonuere senes? heu, dum licet, impia sacra  
Proijcite, & tandem errores agnoscite vestros.

6 Qui confertis aurū  
de sacculo, & argentū  
statēra ponderatis:  
conducentes aurificē,  
ut faciat deum: &  
prociidunt & adorant.

Scilicet excusis loculis, aurōque bilanci  
Depenso, flammis que diu multumque recocto,  
Aut mage collato de pluribus aere culullis,  
Conducti deus artificis fornace repente  
Emergens, seu mas, seu femina, viderit ille  
Qui finget, seu fœdum aliud, quod abominor, & trux  
Portentum, vobis pro servatore coletur?  
Proque Deo cali, pro Numine principe rerum?  
Signum anima sensūque carens, immobile signum,  
Iura dabit populis, & vota precē sive rogantum  
Suscipiet? monstrū egregium, quod nempe mouerit  
Sede sua nequeat, solennisque ordine pompe  
Traduci, nisi robusti ceruice repanda  
Impositum aditui, tergōve agrestis aselli,  
Qui media fortasse via sub pondere pressus  
Peccet ad extremum ridendus, humique volutus  
Fundat onus, seseque deūmque in pulucre verset.  
Heu miserum, sibi qui tantam baiulōque ruinam  
Non aliqua potuit praesagus ab arte cauere.

7 Portat illum in hu-  
metis gestates, & po-  
nentes in loco suo, &  
stabit, ac de loco suo  
non mouebitur. sed  
& cum clamauerint  
ad eum, non audiet:  
de tribulatione non  
saluabit eos.

8 Mementote istud,  
& confundamini: re-  
dite praenunciatores ad  
cor.

9 Recordamini prio-  
ris seculi, quoniam  
ego sum Deus, & non  
est vltra Deus, nec est  
similis mei:

Accipite haec igitur memori sub pectore dicta,  
Nec vos aut operum aut meritorum ingrata meorum  
Recordes capiant obliuia, flete peractam  
Turpibus in rebus vitam, resipiscite tandem,  
Iamque novos purgati animis assuescite mores.  
Tum si prisca iunet monumenti secula prioris  
Erue, & propius verum discernere falso,

Quis

Quis quantumque siem, qua maiestate verendus,  
Quam nulli similis, quam non imitabilis ulli,  
Littera scripta docet, cali ipsi atque astraloquantur.

10 Ille ego, cui nec heri, nec cras, nec quod fuit olim,  
Aut erit, obijcitur, sed sunt praesentia semper  
Omnia quae causis firmis, & lege sequuntur  
Aeterna, obscuraque, & quam fas vertere nulli.  
Quis vero mentem, quis Numinis alia potentis  
Consilia exploret? quae vis hominum-ve Deum-ve  
Obstiterit? non si calum coniuret & Orcus,  
Irritum erit quod nos longè praeuidimus ante,  
Maxima quam vasti strueremus mœnia mundi.

11 Iamque meo ne quis dubitet de numine, signum  
Quo non est aliud caelo praesentius edam.  
Ergo eat exclusus dudum quem saepe diūque  
Parturio terris fortunatissimus ales,  
Anteolect Zephyros, quando sic sacula poscunt,  
(Nec retinere lubet, nec fata propinqua morari.)  
Par ales superis, tractusque relinquat eos,  
Vnde rubet ventura dies, fugitiuaque pallet  
Nox roseis afflata iugis, & praepete nisu  
Pennarum, pernix alienum pergat in orbem.  
Vade, vola felix, & numine missa secundo,  
Nulla tibi ventorum vis, rapide-ve procellae  
Obstiterit, me me duce & auspice nubila scandes,  
Aeris que plagas tranabis, & infera regna  
Peruades, & promissos potieris honores.

Cyrum hic  
plerique in-  
telligunt. Et  
comparat eum  
aliti velocissi-  
mo. Est autē  
typus Christi.

12 Accipite haec animis, & ferrea ponite corda,  
Ceruicē sive nouo tandem consuescite duras  
Emollire iugo, satis, heu, satis aspera contra  
Arma Deum sanctum scelerata mente tulistis,  
Iustitia procul & vera pietatis amore  
Seducti, nunc versa retro vestigia ferte,  
Accelerate, venite, procul mora segnis abesto:

Christum in-  
telligit, de  
quo Paul. 1.  
ad Corinth.  
cap. 1. Factus  
est nobis iu-  
sticia & re-  
demptio.

13 En mea iam propior patriam clementia dextram  
Tendit, opemque offert, in speratamque salutem:  
Vos modo vexillum praerupto in monte Sionis  
Suspiciate erectum, Isacides, vestraeque salutis,  
Virtutis que mea, maiestatisque tremenda  
Magnificum letis animis spectate trophaum.  
At vos Assyria, Babylonica scorta, puella,  
Virgineum frustra simulata frontis honorem,  
Signaque mentiti geritis non vera pudoris.

Cap. 47.

Tempus

10 Annūtians ab ex-  
ordio nouissimum, &  
ab initio quae needū  
facta sunt, dicēs, Cō-  
filiū meū stabit,  
& omnis voluntas  
mea fiet:

11 Vocans ab Orien-  
te auem, & de terra  
longinqua virum vo-  
luntatis meae, & lo-  
cutus sum, & addu-  
cā illud: creauit, & fa-  
ciam illud.

12 Audite me duro  
corde, qui longè estis  
a iustitia.

13 Propē feci iustitiā  
meam, non elonga-  
bitur, & salus mea nō  
morabitur. Dabo in  
Sion salutē, & Iisrahēli  
gloriam meam.

Cap. 47.

1 Descende, sede in  
puluere virgo filia Ba-  
bylon, sede in terra:  
non est solum filiae  
Chaldaeorum, quia  
vltra nō vocaberis  
mollis & tenera.

Tempus adest, vobis quo larnam detrahent omnem  
 Vindictis os, oculisque Dei, quem fallere nulli  
 Contigit; & duratis adhuc pugnare Tonanti?  
 Cede Deo Babylon solium turrata superbum,  
 Et terra prostrata pedes victoris adora.  
 Descende infelix Chaldaei filia regis,  
 Filia deliciis & turpi perditæ luxu,  
 Propexamque comam, pictosque in pulvere vultus  
 Deice: non etenim lauta amplius, vinctaque fœdos  
 Inter amatores lenta spatiahere in umbra.

2 Tolle molam, & mole farinã: denuda turpi nudicem tuam, discooperi humerũ, reuela crura, tranã flumina.

1 Iamque tibi nil turpe puta quodcumque minaci  
 Imperiosa potest vultu fortuna tubere,  
 Pone animo reges atavos, seruire memento,  
 Incipe pistrinum tractare, molaq; rotanda  
 Assuetas ad scepra manus adhibeto, farina  
 Est hodie subigenda tibi, dominoque coquenda  
 Pransuro, niveos aze denudare lacertos  
 Non pudeat, distringe sinus, & veste remissa  
 Nudum aperi pectus, tennes insigne pudoris  
 Pone procul vittas, sparsos ferat aura capillos,  
 Non teretes velent sandalia lutea suras,  
 Supra infrãque artus vtero tenuis exue cunctos:  
 Nam cui captivum custodis serua pudorem  
 Coniugio? dominum rapidos miseranda per amnes,  
 Per iuga perque nives nuda sectabere planta:

3 Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobriũ tuum: vitionẽ capiam, & nõ resistet mihi homo.

3 Tum fiet quidquid tegis extra intrãque pudendum  
 Orbe palam toto, fœdi retegentur amores,  
 Et sitiens semper venus & monstrosa libido,  
 Indomitũque ardor, nullog; explebilis usu,  
 Et vestri sexus infamia tota patebit.  
 His ego qui fontum vitas & crimina solus  
 Vindico, ter sanctus Deus, & ter ubique tremendus,  
 Supplicis queis digna vltum te protinus ibo,  
 Supplicis, feri recoleat quæ sepe nepotes.

4 Redemptor noster, Dominus exercitũ, nomen illius, sanctus Israël.

4 Nec mihi quisquam hominum mortali semine cretus  
 Cogitet oppositis contendere viribus audax.  
 Vincere namque meum est, bellisque imponere finem,  
 Quem statuo, gentesque armis domitare rebelles.

5 Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldaeorum: quia non vocaberis vltra domina regnorum.

5 Tu verò, nulla non sugillata patenter  
 Parte tui, tot dedecorum liuoribus vsta,  
 Tot maculis, tot stigmatibus contusa pudendis,  
 Celum audes lucẽque pati? quin occulte densis  
 Te tenebris, nudãque sedens sub rupe, gemensq;

Babylon filia Chaldaeorum dicitur, quod in eius substructione vstã sit Chaldaeorum operis ægina Semitã. Veteres molis manuaris utebantur, & molæ feruire apud eos erat extrema seruitus.

Hinc aduertant reges & principes, prætextu isti belli nefas efferes sacras & sacra loca violare, & ferrũ in quolibet stringere, sine sexus aut ætatis discrimine: quanto minus cum bella mouentur iniulta?

Volue memor tecum vitæ commissa prioris,  
 Nequitiasque tuas, quantòque à culmine rerum  
 Corrueris reputa, iam non regina vocari  
 Assuesce, & teneram seruilibus indue vinclis  
 Cervicem, tibi rex auus excidat & pater. Olim hæc  
 Præteriere, ferus nunc omnia possidet hostis,  
 Iure quidem immissus, qui factis facta referret  
 Digna tuis. <sup>6</sup> quidem tandem feritatis omissum  
 Seuitiaq; fuit, cum nuper ad arma coactus  
 Irata repetenda manu, malè sana pararem  
 Consilia vlciisci, fœdamque domare furentis  
 Perfidiã populi, tuãque huic mihi sola placeret  
 Dextra ministerio? tamen hæc loca lecta sciebas  
 Sorte mihi dudum, gratãque ante omnia sedem.  
 Cur mores truculenta tuos animũque ferinum  
 Quãm nostrum potius genium nutũque secuta,  
 Fãsq; nefãsq; simul nullo discrimine miscens,  
 Fœdasti sanctos infanda cade penates?  
 Te nec virgo genas lacrymis suffusa pudentes,  
 Nec longæua parens canos lacerata capillos,  
 Nec puer imbellis, grauibus nec adobrutus annis  
 Decrebitusque senex, sua quos natura tnetur  
 Et prohibet violare pudor, quibus vrsa Lybi stis  
 Parceret, aut factæ rabies ieiuna leæna,  
 Mouerunt: tu templa sacris, tu sepra puellis  
 Castra viris, cunas pueris, thalamosque maritis,  
 Tu miseris magnas spoliasti ciuibus vrbes.  
 Tu nihil illicitum, nihil inuiolabile ducens,  
 Sanguine, cade, stupro, scelere, immanique ruina,  
 Nature leges, diuina humanaq; iura,  
 Omne audere nefas promptissima, peruertisti.  
 7 Dũque domum nuper victricia signa referres,  
 Dicebas (memini) spoliis induta meorum  
 Captiuosque palam reges, casosque recensens,  
 Vicimus: en vobis belli monumenta peracti  
 Certa fero, ciues, vinctum cum principe vulgus  
 Aequatumq; solo, quo non augustius vllum  
 Nescio cui quod terra Deo Iudæa dicarar  
 Templũ, excelsum, inges, auroq; & marmore structũ.  
 Cætera mors hausit, ferrũque ignesque tulere,  
 Omnia nunc vobis securã putate, nec vllus  
 Turbet ab hoste metus, viam dum secula vinent,  
 Collãque magnorum calcabo minacia regum.

6 Irarus sum super populum meum, cõtaminaui hæreditatẽ meam, & dedi eos in manu tua: nõ poluisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde.

7 Et dixisti, In sempiternum ero domina, non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.



*Aeternisque premam imperiis. o caca futuri  
Pectora, tur̄ rebus confidere stulta secundis  
Audes? nec sero quid vespera sole minetur  
Prospicis? o miserè instabili confisa sereno,  
Dum securatui nimium, dum nescia sortis  
Ventura tibi blandiris, & deside luxu  
Perdita, delicias facis, & regalia ducis  
Otia molle sedens, & spes tibi fingis inanes,  
Et nullis sobolem spondes tibi de fore sacris,  
Qua viduos hosti thalamos, orbamque perempta  
Prole domum, vacuosque lares fecisse triumphas.*

8 Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & non est præter me amplius: non sciebo vidua, & igno- rabo sterilitatem.

9 Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas & viduitas. vniuersa venerunt super te, propter multitudinem malefactorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

10 Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti, Non est qui videat me. Sapientia tua & scientia tua, hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo, Ego sum, & præter me non est altera.

11 Veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quæ non poteris expiare: veniet super te repente miseria quam nescies.

12 Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine malefactorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid proficit tibi, aut si possis fieri fortior.

13 Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cæli, qui contemplabatur sidera, & supputabatur menses, ut ex eis annuntiant ventura tibi.

*Hæc eadem tibi nil metuenti tale, repente  
Euenient: En qua tot regum mater & uxor  
Nuper eras, felix numerosa prole, beato  
Felix coniugio, si fata immota manerent,  
Nunc viduo miseranda iaces & frigida lecto,  
Et mutus, assueta iubere, tremiscis heriles.*

*His tua te mersere malis immania facta,  
Ambitioque furens, regni que insana cupido,  
Hæc tibi iam dudum ex illo metuenda fuerunt  
Tempore quo sacris Hecates deuota triformis,  
Dæmonibusque litans magicas accingeris artes,*

*Contemptoque Deo, quem nil curare, nihilque  
Possè videre putas, regnis noua regna subactis  
Accumulas, totumque hauris spe feruida mundum:  
Vnde repentinum merita tibi nuntio verus  
Exitium vates, laqueumque, specumque latentem,  
Quam nil tale timens, nunquam emeritura, subibis.*

*At verò, tantam hanc cladem, subitamque ruinam  
Non auium voces, obseruatique volatus  
Prædixere tibi, non vatum turba tuorum,  
Non Persæ cecinere magi, non vidit aruspex  
Chaldeus, non inspectis Babylonius extis*

*Augur præmonuit: nil te iuuenere prophane  
Impuraque artes, anuum commenta malarum,  
Qua tumulos & busta obeunt, qua gramina mæstis  
Nata sepulchretis ad lunam multa precantes*

*Nocte silente legunt, teneros nil profuit annos,  
Et docilem his studiis olim exercere iuuentam.*

*Prodeat impostrix acies, suaque aduocet arma  
Mendax Astrologus, coniurent cuncta magorum  
Concilia; haud quaquam de celo signa notantes  
Auertent telum, quod dudum & sæpe minatus*

Nunc

Neque enim  
Babylonij po-  
terat tibi per-  
suadere se à  
Cyro debel-  
landos.

*Nunc ultrice manu nulli reuocabile vibro.*

*Ecce velut stipula rapido quas flamma sonore  
Inuasit, momento vno feralibus omnes  
Consumpti perière rogis; cineracta rapaces  
Ossa tulere Noti, nec tanto paruus ab igne  
Reliquus argentem calefecit carbo popellum.*

*Scilicet ille malus teneris quem luxus ab annis  
Imbiberas cum lacte simul, totoque sequentis  
Aeni curriculo fouisti semper, ab ipsa  
Quippe rudi dudum scelus omne edocta inuenta  
Contemptisque Dei, rerumque profunda latentum  
Cognitio, vetitas olim quaesita per artes  
Hanc cladem peperere tibi, quam nulla silebunt  
Sacula; consultis & consultoribus equam.*

Cap. 48.  
Per antithe-  
sin transit ad  
Israëlitas.

*Assyrios hæc fata manent, qua vertere nulli  
Fas hominum, nulli quos percoluere deorum:  
At vos, qui veterum titulos iactatis auorum,  
Stemmatibus variè pictis, & sanguine tantum  
Mentiti genus Isacicum, claramque Iacobi  
Progeniem; audite hæc, qui non effabile numen,  
Quod proferre timent ipsa sine corpore mentes  
Caliuage, nomen calo terrisque tremendum  
Vertitis ad fraudes periura voce tegendas:*

*Interea sceleri speciosa vocabula vestro,  
O impostores, pratexitis, & genus alto  
Israële satum, & primos sanctæ urbis honores  
Præripitis, falsoque Dei præsentis amicam  
Persuadetis opem: Deis omnem belliger odit  
Iamdudum fucum, nec tales perferet usus.*

*Ecce vides, meritoque tuo gens perditæ sentis,  
Ni tibi (quod credo) frons ænea, ferrea ceruix,  
Et triplici pectus riget ære, miserima sentis  
Quam tibi verà olim, quam sum manifesta minatus.  
Cum canerem sacris instantia fata futuris,  
Ecquid ab ore meo, quod non mox ipsa probauit  
Euentu præclara fides, auctore profectum est?*

*Ut dixi, ut volui, mox erupere malorum*

*Agmina, vindictæ scelerum prouisa tuorum.  
Nam surdam monitis clausisti mollibus aurem,  
Dura nimis, sensuque omnes adamante reuincta.*

*Hæc ego, ne falso vestris præuisa referres  
Dæmonibus, volui prædicere, dictæque iussi  
Esse rata ut fierent, que tam præsentia nunquam*

c 3

Sperasses,

14 Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ quibus calefiant; nec focus, ut sedeat ad eum.  
15 Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueras: negotiatorum tuum ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt: non est qui saluet te.

### Cap. 48.

1 Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israëli, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israëli recordamini non in veritate neque in iustitia.

2 De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israëli constabunt: Dominus exercituum nomen eius.

3 Priora ex tunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus sum, & uenerunt.

4 Sciti enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea.

5 Prædixi tibi extitit: antequam uenirent indicaui tibi, ne forte diceres, Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & consilia mandauerunt ista.

6 Quæ audisti, uide omnia: vos autem num annuntiaui? Audita feci tibi noua extitit, & conseruata sunt quæ nescis:

*Sperasses, nec enim vetera aui gesta prioris  
Nunc cano nota satis, nec vocis egentia nostrae,  
Sed noua, sed veterum nulli praescita magorum,  
7 Ne-dum nota tibi, quod non nisi dicere mendax  
Nugatrixq; potes: nam quae sub corde voluto,  
Exequor illa statim, dictum factumque perarctis  
Inter se distant spatiis, passuque propinquo  
Verba fides sequitur manifestis prodita signis.*

7 Nunc creata sunt,  
& non extitit: & ante  
diem, & non audisti  
ea, ne forte dicas, Ec-  
ce ego cognoui ea.

8 Neque audisti, neque  
cognouisti, neque ex-  
tunc aperta est auris  
tua. scio enim quia  
praenariens praenari-  
cabaris, & transgre-  
forem ex vtero voca-  
ui te.

9 Propter nomen  
meum longe faciam  
furorem meum: & lau-  
de mea infrenabo te,  
ne intereas.

10 Ecce, excoxi te,  
sed non quasi argen-  
tum, elegi te in cami-  
no paupertatis.

11 Propter me, pro-  
pter me faciam, ut non  
blasphemem: & glo-  
riam meam altitii  
non dabo.

12 Audi me Iacob, &  
Israël quae ego voco.  
ego ipse, ego primus,  
& ego nouissimus.

13 Manus quoque  
mea fundauit terram,  
& dextera mea men-  
sa est caelos: ego vo-  
cabo eos, & stabunt  
simul.

8 Nec tamen haec facilem admisisti pronus in aurem,  
Atque adeo nostros etiam-num audire recusas  
Infelix manitus, docilemque aduertere mentem.

Heu durum genus! haud potus es desistere victus,  
Corde sed indomito perstas infrenis & exlex  
Peccare, hoc ipsum materna imbutus ab aluo.

9 Talem ego te, quamuis iam dudum ab origine prima  
Cognorim flecti rigidum, & mollescere durum,  
Intecta cohibebo manu, frenoque prehensum  
Ad meliora traham inuitum, frustra que frementem,  
Et saltus cacos praeruptaque saxa petentem.

Interea iusta parcam indulgere furori,  
Me propter nomenque meum, ne scilicet inter  
Falsa peregrinas patiar conuicia gentes,  
Et mihi, cui debetur honos & gloria soli,  
Muta idola ferant, & signa carentia vita.

10 Nam cur te toties coxi, totiesque recoxi,  
Ut coquitur rapidis argentea massa carminis,  
Nunc opibus, modo pauperie, modo pace, modoque  
Immutans sortem belli, versansq; probansque;  
An non ut scires qui sim, aut quo nomine dignus?

11 Me propter me propter ego faciam ista, mea q;  
Non patiar minui ius maiestatis honorum.

12 His ergo, o moniti toties, totiesque vocati  
Isacida, arrectas aduertine vocibus aures.  
Primus ego rerum, rerumque nouissimus auctor  
Et sator omnigenum, quidquid mare, quidquid & ether  
Latipotens, quidquid tellus, caelumq; profundum  
Sive extra sive intus habet, quodcumque videtis:

Sentisti q;, opus omne meum est. 13 Ego pondere nixam  
Libratamque suo telluris in aere molem  
Suspendi; cali vastos ego mobilis orbes  
Dimensus, Soli radios, sua menstrua Luna  
Augmina dispenso, stellas ego, cunctaque magni  
Luce mea pasco rutilantia sidera mundi.

Semel atque  
iterum admo-  
nuimus tem-  
pore Isaiae  
fuisse multos  
idololatrias in  
populo Israe-  
l: hinc est quod  
tam sollicitè  
tamque dili-  
genter incul-  
cat maiestatem  
Dei vnicè co-  
lendam.

Stant

*Stant per me, stabuntque anni, mensesq;, dieque,  
Et madida noctes, manuum monumenta mearum.*

14 Ite igitur, vestri que iugum ceruicibus olim  
Impositum excutite Isacida, certique salutis  
Promissa oblatum diuini muneris vsum  
Et libertatem meliore capebite vultu.

Non tutum renuisse Deo: mortalia non sunt  
Quae vestras immissa sonant responsa per aures,  
Audendum est auctore Deo: Deus optimus auctor

Haud dubium  
quin hic Cy-  
rus intelligat  
qui voluntate  
Dei fecit  
contra Baby-  
lonem, & ex-  
eruit brachium  
suum contra  
Chaldaeos.

Egregium bello heros, & praestantibus ausis,  
Quem sibi delectum magno deuinxit amore,  
Mittet ab extremi longinquis finibus orbis  
Depopulaturum Babylonica regna, genusque  
Chaldaeum, generisque inuisum semen ab ima  
Stirpe reuulsurum. 15 Nam quae mihi cunque sedebit  
(Magnus ait Dominus) sententia, proinus ille  
Perficiet, comes armorum ductor que meorum:  
Ille viam ingrediens, me, me duce, & auspice vincet;  
Nec quisquam aduersis illi se opponere signis,  
Vltricem-ve aciem audebit, cursumque morari.

16 Sic etenim iussi, sic sacris pluribus ante  
Quam fieret, vera praedixi voce futurum,  
Conscius ipse etiam nostro se numine ferri,  
Vadet in aduersos hoc ipso audentior hostes,  
Certus opus, certus potuisti ex hoste triumphari.

17 Haec ego, quaeq; alia admonui olim plurima, quaeq;  
Nunc etiam monco, vester Deus atque redemptor,  
Debuerant vobis vitam mutasse priorem  
In melius, morisque nouos formasse colendo,  
Omnia quae pigras leuiter transmissa per aures  
Aut contempta vaga per inane tulere procella.

18 Quae si pectoribus penitus commissa profundis  
Seruasses memor, o quam te pax alma bearet!  
Pax animi tranquilla quies, securae voluptas,  
Pax aequi iustique tenax, & conscia recti,  
Deliciaeque pluens pleno velut aurea cornu  
Copia, montano torrentior amne, marique  
Gurgitibus vastis tumidi, pelagique profundo.

19 At stirpis series vestra, & genus omne nepotum,  
Quot vento pulsi plangunt ad littora fluctus,  
Quotque lapillifera fundo voluuntur arena,  
Viciisset numero, longumque superstes in annum  
Nullisque attritum bellis, nulloque minutum

14 Congregamini  
omnes vos, & audite:  
quis de eis annuntia-  
uit haec? Dominus di-  
lexit eum, faciet vo-  
luntatem suam in Ba-  
bylone, & brachium  
suum in Chaldaeis.

15 Ego ego locutus  
sum, & vocavi eum:  
adduxi eum, & dire-  
cta est via eius.

16 Accedite ad me, &  
audite hoc: non a  
principio in abscon-  
dito locutus sum: ex  
tempore antequam  
fieret, ibi eram, & nunc  
Dominus Deus misit  
me, & spiritus eius.  
17 Haec dicit Domi-  
nus redemptor tuus  
sanctus Israeël, Ego  
Dominus Deus tuus  
docens te vilia, gu-  
bernanste in via qua  
ambulas.

18 Utinam attendis-  
ses mandata mea: fa-  
cta fuisset sicut flumē  
pax tua, & iustitia tua  
sicut gurgites maris.

19 Et fuisset quasi  
arena semen tuum, &  
stirps vteri tui ut la-  
pilli eius: non interis-  
set, & non fuisset ar-  
tritum nomen eius a  
facie mea.

Funere,

Aduerte elo-  
quentiam Pro-  
phetarum admi-  
rabilem in pra-  
dicanda ole-  
nissima Dei  
iustitia &  
pace.

Funere, me coram sedes tenuisset auitas.

20 Egredimini de Babylone, fugite a Chaldeis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extrema terre. Dicitur, Redemit Dominus seruum suum Iacob.

21 Non stiterunt in deserto, cum educeret eos: aquam de petra produxit eis, & scilicet petram, & fluxerunt aqua.

22 Non est pax impiis, dicit Dominus. Cap. 49. 1 Audite insule, & attendite populi delongae: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei.

2 Vos quoque littoribus quamquam contraria nostris, O claustra pelago gentes, procul arua tenetis, Gens obscura modo, sed mox voluentibus annis, Ventura in magnum imperium domui insita nostra Vos vox, vos hac vox diuinitus edita tangit: Audite, atque Deo faciles parete volent.

Me Dominus capitis inclusum virginis almae Visceribus, factumque hominem virtute manente Incolumi, qua sum Deus, ut vis nominis apte Naturam signaret utramque, vocauit Iesum; Verum hominem, verumque Deum, seruare potentem Quos hominum primi vetitos decerpere fructus Ausi perpetua damnarant crimine mortis: Hoc titulo insigni, quem summus suspicit ether Infera regna tremunt, reges telluris adorant Sceptrigeri, casta pura me matris ab aluo Diuus honoratum voluit Pater, illius olim Promissi memor, Abramo quod fecerat ante.

2 Ipse meo ancipitem gladium distringit ab ore, Quem quisquis penitus in corde recessibus hausit, (Miracano) vitam recipit pro funere, moxque Ardet abire fuga, tenerosque relinquere natos, Consortemque thori, fessosque etate parentes;

3 Et dixit mihi, Seruus meus tu Israel, quia in te glorior. Meque sequi, verum sub carne Deum moribunda, Verum hominem, dextraeque Dei munimine fultum: Quem, velut electam mille inter tela sagittam, Cum lubet, aurata promit conditque pharetra, Omnipotens rerum genitor, mentesque suorum Vulnerat, aeternoque sui bonus vrit amore.

3 Tum me oculis spectans dulcem iaculantibus auram Allo-

Alludit ad historiam Exodi.

Cap. 49. Ab hoc capite vsque ad finem libri est quasi vnus & perpetuus contextus de Christo: ita ut Hieronymus ad Rufinum scribens dicit hic Isaiam non prophetiam, sed historiam texere.

Vide Cyrillum hoc ipso loco.

Verbum domini gladius acutus. Hinc collige vim efficacem verbi Dei.

Alloquitur: Gratum est, o nobile semen Iudae, Obsequium, mi nate, tuum, nec parua fidei Post ministerio merces; tu gloria nostra, Tu decus es, tu patris amor, tu sola voluptas.

Ad quem ego: Nec ratio nec res finit, optime diuum, Hunc mihi te, quemcunque adij sine fruge, laborem Acceptum ferre, & gratandi innectere causas. Nam quid ego tandem tantis sudoribus egis? Quid tam extrema pati, quid tam miseranda subire Supplicia, extorrem, inuisum, rerum omnium egenum, Profuit, & leto infami finisse dolores? In vanum labor omnis est: Proh quantula gentis Isacidum nostris accessit portio regnis!

Iudicio tamen ista tuo Pater almae relinquo; Tu scis, tu solus mihi testis idoneus esse Namque potes, nullam commissi muneris olim Particulam mihi prateritam, tarde-ve peractam: Omnia confeci, implemi, tua magna voluntas Quaecunque impleri Pater o sanctissime iussit.

5 Ille refert: Ego te, fili, materna subire Viscera, naturamque hominis, seruique figuram Inducere, aethera demissum sede, volebam: Vt pridem auer sum monstrisque litare prophanis Addictum Isacidam, longaeque a numine nostro Abductum, ad vitae reuocares sacra prioris: Ille sed impatiens frangi, durusque reduci Perget, & excussis praecipit rapietur habenis; Nec conuersa retro releget vestigia, quamuis Ad commune bonum, & caetus caelestis honorem, Saepe, manuque data, verbisque vocatus amicis.

Tu tamen hanc animo curam depone, nec ullus Te dolor abiecti nimium perstringat Iudae, Deliciae, mi nate, meae, mea magna voluptas, Nate tui virtus & gloria sola parentis:

Corruit ille quidem, sed qui sibi causa ruinae Exitique fuit: pro quo tibi mille rependam, Mille dabo populos, diuerso sole calentes, Qui tua iurati constanter sacra sequentur, Aeternoque datas seruabunt fœdere leges.

6 Rursumque hac, tristem verbis solatus amicis, Adiecit: Parua est iactura (absiste dolere) Si fœx Abramidae populi, si gentis Iudae Viles relliquiae densa caligine emersae

4 Et ego dixi, In vacuum laboravi, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.

5 Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

6 Et dixit, Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas. Ecce, dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea: vsque ad extrema terra.

Ex te perditio tua Israel. \*Vide Actuum Apost. caput 13. vbi Paulus & Barnabas Iudaeis Euangelium repudiantibus conuertentibus dixerunt: Vobisquidem oportebat loqui prius verbum Dei, sed quoniam illud, ecce conuertimur ad gentes.

d Con-

Contemserunt tuos monitus, veramque negarunt  
 Cæcatis errore animis admittere lucem:  
 Scilicet adueniet tempus, iam iamque propinquat,  
 Cum tu, Nate Deo, terris letabile sidus  
 Luce salutari toto radiabis in orbe,  
 Et vitam afflictis populis, veramque salutem  
 Sponte feres, quacunque vagas circumfluus oras  
 Oceanus vastis terrarum anfractibus ambit.

7 Hæc dicit Dominus redemptor Iſtaël, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad feruum dominorum: Reges videbunt, & consurgēt principes, & adorabūt propter Dominum, quia fidelis est, & sanctum Iſtaël qui elegit te.

8 Hæc dicit Dominus, In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruauit te, & dedi te in feodus populi, vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas:

7 Talibus ille meos genitor qui sidera torquet,  
 Diuum hominumque parens verbis prænūtiat ortus,  
 Imperio cuius, calum commune relinquens,  
 Indutusque hominem, & moribundos corporis artus,  
 In commune bonum, vitam cum sanguine fundam,  
 Multa prius passus conuitia, multaque probra,  
 Et recitatorum ludibria Iudeorum.

Quem tamen has iterum missu genitoris in auras  
 Olim venturum, vitasque & crimina fontum  
 Disquisiturum, pœnâsque & premia cuique  
 Pro meritis aqua libratis lance daturum,  
 Horrebunt ipsi reges, pauidique tribunal  
 Excelsum circumfistent, sauique tyranni  
 Supplice adorabunt vultu; nec corpora tantum  
 Vina, sed & dudum defuncti corpore manes  
 Accipient ius quisque suum: medio ipse theatro  
 Conspicuis, fuluâque sedens in nube per auras,  
 Sanctorum cœtus inter, turmâsque volucrum,  
 Secernet dextra iustos, leuâque nocentes.  
 Omnis adorabit sexus illum, omnis & atas  
 Flexa genu, magni imperio iussuq; Tonantis  
 Munus ad id selecta, pio cumulabit honore.

8 Quinetiam his illum dum mittit, dicitur olim  
 Affatus genitor dictis: Pone ocyus omnem  
 Corde metum, mi Nate, ego te, mea cura, tuosque  
 Audiui gemitus, dum tempora resque sinebant,  
 Nec te indefensum, non exspem inopem-ve reliqui;  
 Sed quoties dubia metus anxiamque hora salutis  
 Incidit, ipse aderam præsto, auxiliūque ferebam,  
 Perpetuōque feram: tibi enim, tibi fœderis illa  
 Sponsio, qua numen nostrum mortalibus agris  
 Obstrinxi, peragenda tuo est fusoque luenda  
 Sanguine, quo nobis non est pretiosior alter,  
 Aut fuit, aut aliis posthac erit vllus in annis.

Sanguinis hoc chari pretio tibi maxima rerum

Dece-

Locum istum exponit D. Paulus de tempore gratiæ, 2. ad Corinth. cap. 6.

Decedet tellus, diuisaq; regna nouato  
 Letabuntur hero, vincisq; & carcere clausi  
 Obscuro, lucem libertatēque videbunt.  
 Felices qui te pastore per herbida prata,  
 Camposque irriguos, per saltus tramite nullo  
 Detritos, nullo demessos dente, licenter  
 Pascentur: non tetra fames, non arida fessos  
 Urgebit sitis, aut lethali Sirius aestu  
 Afflabit canis; at leti per pascua leta  
 Deducente Deo, durōsque leuante labores,  
 Perpetuam vitis potabunt fontibus vndam.  
 Tum celsos in planitiem decrescere colles  
 Cernere erit, faciliq; viam præbere meatu  
 Per complanatas, iuga nunc imperuia, rupes.  
 Conuenient alacres, quos longè Aurora remotos  
 Diues alit, quos afflat equis sol serus anhelis,  
 Quisque madent Austro, Boreaq; rigoribus abgent.  
 Vos ergo o tacito labentia sidera mundo,  
 Vos o celi ipsi, & qua vos, & vestra volucres  
 Tempa colunt mentes, pura sine corpore mentes,  
 Labisque exsortes: tuque o ter maxima rerum  
 Terra, canis seu tu conuallibus humida sidis,  
 Seu celsa attollis montes, caloque superbum  
 Inferis os, in clarifonas erumpite voces,  
 Et sanctum magni numen celebrate Tonantis.  
 Nam populum ille suum magno complexus amore,  
 Opportuna tulit fessis solatia rebus,  
 Demissosq; animis, & opis respexit egentes,  
 Quos fore mente suos olim præuiderat alta.  
 Cur igitur calum lacrymosis vocibus imple  
 Fortunata Sion, modò sit tua nunc bona noris?  
 Parce queri, non te Dominus, quod rere, reliquit,  
 Nec te, fors quacunque premat, confide, relinquet.  
 Non magis unigenam quàm mater dulcis alumnum,  
 Et licet illa feris longè crudelior vris,  
 Sacra contempto naturæ fœdere, tantum  
 Audeat in sese scelus, & sua viscera, certè  
 Non ego te (dicit Dominus) mea cura, relinquam.  
 Tu quanta es, manibus nostris descripta teneris:  
 En muros turrēque tuas affixus & hærens  
 Nusquam amitto oculos, & propugnacula coram  
 Me tua sunt semper, tanquam depicta fidei  
 In tabula, quam nulla atas eradere possit.

d 2

Tu

9 Vt dices his qui vincis sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.

10 Non esurient neque sitient, & non percutiet eos aestus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

11 Et ponam omnes montes meos in viâ, & semitæ meæ exaltabuntur.

12 Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi.

13 Laudate celi, & exulta terra, iubilare montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.

14 Et dixit Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.

15 Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

16 Ecce, in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.

17 Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exiunt.

18 Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestièris, & circūdabis tibi eos quasi sponsa.

19 Quia deserta tua & solitudines tuæ; & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur, qui absorbebant te.

20 Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ, Angustus est mihi locus, fac spatium mihi ut habitem.

21 Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transigrata & captiua: & istos quis enutrit? ego destituta & sola: & isti vbi hicerant?

22 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce leua ho ad Gætes manum meam, & ad populos exaltabo signū meū. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt.

23 Et erunt reges nutritij tui, & regine nutritices tuæ: vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo nō confundentur qui expectant eum.

17 Tu ne lapsa videns aliqua tua mœnia parte, Deicias animum, lux ecce beata propinquat, Qua, qui te excisam ferroque ignique volebant, Excedent, pulsiq; vagis erroribus orbem Percurrent totum instabiles, nusquamque quieti, Hæcq; nouis tua metatoribus arua relinquunt.

18 Mox vbi regisco surgent ad sidera sumptu Ingentes passim præcelsis turribus vrbes.

18 Tūque adeo attollens oculos, circumfer in omnem Lumina circuitum; Lybia si discis arenas, Aut Libani frondes, numera quot prospicis omni Parte coire virum non vno nomine gentes, Agminibus feruere vias mirabere densis, Et tantam comitum turbam affluxisse nouorum.

19 Non ego, non viuam, quem expertem mortis & cui Non nescis, nisi turrigero tua tempora seruo, Et multorum hominum plexa de flore corona Mox redimita geras, sublimèque frontis honesta Os tollas, ut sponsa suo ducenda marito.

20 Tum noua tentabunt tacitum tibi gaudia pectus, Iamque parens prolis numero formosa carentis, Cum tua non capient tantam pomœria pubem, Angustas sedes, & non satis ampla querentum Tecta sibi, vicisq;ue alios urbésque rogantum, Non surda blandas admittes aure querelas.

21 Et simul hæc tecum: que me, o, que numina seruant? Quis Deus effætam, & viduo dudum agrā trahentem Membra thoro, tanta me prole repente beauit?

22 Quis nouus hic matris deserta fætus? vbi autem Hos genui non mixta viro, non conscia lecti? Aut quo lacte alui, captiua, extorris, egea, Pulsa domo, famulæque manu data pensa retractans?

23 Parce metu, Deus ore refert; nec sicca queraris Vbera, nec ventrem effætum, nec iura negata Consortis thalami; vir ego, tibi fungar amati Coniugis officio: parient tibi semine nostro Fæcunda gentes, quotquot Sol lustrat vterque Natósque, natósque vtrius-vis pignora sexus; Certatimq; ferent vlnis gratissima matri Munera communi, tutaque in sede reponent, Nempe sinu gremioque tuo, non vilia tantum Mancipia, at regum pueros, natósque sub ostro, Et reginarum mammis felicibus altos;

Pharisæi & cæteri hypocritæ destruet Ecclesiam per suas traditiones.

Apostoli & pauci alij ex Iudæis cōuerfi.

Ecclesia.

Quos

Quos omnes vultu procumbere suppolice cernes Ante tuos, o diua, pedes, & lingere terram Qua tua cunque sacris figes vestigia plantis.

Tum quis sim, quàm largus opis, quã ferre paratus Auxilium, mihi qui sese suaque omnia credunt, Docta scies; tum degeneri pallere timore Dedisces, iam facta meis audentior armis.

24 Amplius hoc dicam; tu condere mente memento: Ardua res forti prædam extorquere giganti, Incolumemque domum caso prædone referre Difficile est: sed posse mihi dedit omnia, qui me Legauit Pater, hæc me vnum pugnanda reposcunt Bella ducè: ibo ergo, ibo, adamatina claustra refringã,

Hic tyrannus diabolus est, cui Christus eripuit spolia.

Et spolia immani longum possessa tyranno Eripiam, victorque illæsa & salua reducam. Quique ream te iudicio fecere prophano, Arguam in os, iustum pallentes ante tribunal: Nec frustra: nam quæ tanto par pœna furori, Exemplum-ve potest statui pro crimine dignum?

Ergo ego conspicuus solio quæstor ab alto, Aequabo sceleri pœnas, & præmia virtus Digna feret; genus omne tuum, seriemq; nepotum Seruabo bonus, & quotquot nascentur ab illis.

25 Ast hostes, o diua, tuos, quos cadis auara Exercet situs humana, satiabo repente, Faxo suos rabidis discerpant dentibus artus, Permadaentq; suo, velut inter vina cruore: Tum cuius hominum, quocunque sub axe iacentes Exercent terras, manifesta in luce patebit Quis sim, quàm dulci te circumplexus amore Seruarim semper: tum gens humana mearum Agnoscet robur manuum, seseq; redemptam Sentiet à magno stirps Israël profecta.

Cap. 50. Præcedenti capite locutus est Ecclesia sanctorū vsque ad aduentum Christi: nūc ad Iudæos incredulos verba facit, vbi matrem intelligit synagogam.

1 Pone importunas igitur, Iudæe, querelas. Non ego, si nescis, matris connubia vestra Sponte mea abiici, nec scripta repudia misi: Profer, siquid habes, de me quod iure queraris, Et, si quid potes, exhibitis conuince tabellis. An ego vos subieci hastæ, venum-ve maligno (Contractum placito dissoluere tempore nomen Haud potis, aris egens) sub exactore reliqui? Non ita: sed scelerum vestrorum pondere pressi, Vos ipsos licitatori addixistis auaro.

24 Nunquid tollitur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit?

25 Quia hæc dicit Dominus, Equidè & captiuitas à forti tollitur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo.

26 Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

Cap. 50.

1 Hæc dicit Dominus, Quis est hic liber repudij matris vestræ, quò dimisi eam? aut quis est creditor me, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.

d 3

At

At vestra hæc genitrix infelicissima rerum,  
Per sacra nil metuens iuratum mutua fœdus  
Rumpere adulterio turpi, thalamoque repente  
Pacta novos, vltro connubia nostra reliquit,  
Et seruo commixta, thorum despexit herilem.

2 Quia veni, & non erat vir: vocavi, & nō erat qui audiret. nūquid abbreviata & paruula facta est manus mea, vt non possem redimere? aut nō est in me virtus ad liberandum? Ecce, in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in ficcum: putrefcēt pitēces sine aqua, & morientur in siti.

Ab quoties veni communem questus amorem  
In ventos abiisse leues; nihil illa querelis  
Mota meis, vt dura silex, aut horrida cautes,  
Perstitit in cœpto, fugitque inimica vocantem.

An verò, quod saua tuum sic spernis amantem,  
Ad mea, quæso, tuas audebis robora vires  
Metri? aut certis hæc circumscribere metis?  
Si nescis, non vsque adeo mihi languida friget  
Dextra, nec imbelli tam lenta in pectore virtus,  
Vt nequeam magni vel solo numine vultus  
Conterere hostiles acies, nulloque labore

Iam prope commolitam de fauce reducere prædam.  
Quoque minus dubites, ego nil mutatus ab illo:  
Aspice me, qui olim pelagi per stagna rubentis  
Imperio diuisa meo, fluctusque minaci  
Voce retrò in fontem trepido cum murmure versos,  
Asserui vestros in libera iura parentes.  
Tum iussi fugere lacus, fugere lacuna,  
Desertumque suis sub aquis computruit omne  
Squammigerum pecus, & sicca porrectus in vlu  
Thynnus hians medio non repperit amne liquorem,  
Sed vitam sitiens natali in flumine liquit.

3 Induam caelos tenebris, & sacrum ponam operimentum eorum.

Ille ego per Pharias miracula plurima gentes  
Qui feci, & calum tenebris, & nocte profunda  
Inuolui; stetit innitus, tenuitque iugales  
Sol ad fræna suas, lucemque diemque scelestis  
Inuidit meritò terris; tum conscius horror,  
Et noster laxis furor indignatus habenis  
Turbaust trepidas mentes, & ceca futuri  
Pectora, non vanis terroribus externauit.

Talia veridico longæui vatis ab ore  
Fundeat Deus, insane non credita genti:  
Vtq; fidem strueret dictis, & pondus haberet  
Sermo salutaris, seseque probaret ab arce  
Siderea missu Patris hæc venisse supremi,  
Mox hæc adiecit: Non sunt, vt rere, prophana  
Qua loquimur, non vana hominū commenta, nec isthic  
Impostura latet, liuenti interlita fuco:

Omnia

synagoga.

Omnia vera audis, penitisque reposita Tonantis  
Arcanis, quæ fas nulli penetrare deorum,  
Nulli hominum, quæ cuncta mihi concredidit vni  
Diuum hominumq; Parēs, magni ante exordia mundi.

Rabbi ad Isaiam hæc referunt: nos autem veritate subnixi de Christo intellegimus.

Nam me factū hominem dū vestras legat ad oras,  
Instruxit, linguamque dedit sermone potentem,  
Quæ molles aditus, quæ fandi tempora nosset,  
Eloquiumque sacrum vario moderamine mulcens  
Captaret mentes hominum, alliceretque monendo.

Ille mihi quoties humentes depulit umbras  
Luteolis Aurora nouans incendia bigis,  
Personat attentam non vanis pulsibus aurem:  
Arripio sonitum arrectus, supplexq; magistrum  
Adueror, quiduis facere & perferre paratus,  
Dum mihi quæ data sunt mandata à Patre capeßam.

Scilicet horrissonis liuentia terga flagellis  
Nudauit, tenerasque genas vellentibus vltro  
Permissi, nec sidereum os, quo nubila mundi  
Cuncta serenantur, spūtis auertere fœdis  
Tortorum volui, flexū-ve eludere pugnos.

Non tamen auxilium de calo defuit vnquam;  
Quamuis afflictio rerumque extrema secuto  
Adfuit in mediis cruciatibus, atque adeo ipsa  
In morte, omnipotens hominū sator atque Deum Rex,  
Nec tulit infesto circumuallatus ab hoste  
Tristia deformi confunderer ora rubore,  
Ire sed erectum sublimi vertice iussit,  
Irati veluti victrix maris aspera cautes,  
Contemptorque hyemis tempestatisque sonora  
Stat scopulus, tumidis nunquam frangendus ab vndis:

Insuperabilis fiducia bonæ conscientie.

Et quis erit, qui me tam magno vindice tutum  
Audeat aduersis incurrere cominus armis?  
Quisquis es hinc assiste: propè est fortissimus vltor  
Defensorq; mee, cæli Deus incola, causa,  
Iudice quo (nec enim dubito) victoria certa,  
Certa mihi cedit promissi palma triumphi.

Pertineam si uerredinem intellige verum conscientie, qui conseruit eos qui Christum nō receperunt.

At vos, & vestri decreta nefanda Senatus,  
Vt longo consumptam vsu atque teredine vestem,  
Dissoluet Deus, & memori delebit ab æuo.

Sin aliquis vestrum de tot modo millibus vnus  
Qui timeat Dominum superest, non segniter atris  
Emergat tenebris, quibus hæcenus obrutus, alnum  
Non potuit sperare diem, felixque reperta

4 Dominus dedit mihi linguā cruditam, vt sciam sustentare eum qui lassus est, verbo: erigit manē, manē erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum.

5 Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abij.

6 Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus.

7 Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciē meā vt petrā durissimam, & scio quoniam non confundar.

8 Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul. quis est aduersarius meus? accedat ad me.

9 Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

10 Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui, qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.

Luce,

Luce, Deo natum, non tristia iussa ferentem  
Audiant, & Domini numen solius adoret,  
Spesque & opes cunctas in eo componere discat,  
Tuta super solidi nitens fundamina saxi.

Sed quid ego hac? Equidē cano carmē inutile surdis:

Vix hæc accipient pauci, quos æquus amavit  
Iamdudum Pater, & ciues ascripsit Olympo,  
Felices ciues: "infelix cætera turba

Nec flecti mollis, facilis nec vera doceri,  
Indomitas cæco tegitur sub pectore flammæ,

Quæ multo aggestu subiecti fomitis aucta,  
In vestram erumpent, ô gens incredula, tandem

Perniciem: ite igitur quando sic vultis, & ignem  
Pascite, quem dudum fibris aluistis in imis:

Vos vobis ego permitto, franisque remissis  
Soluo lubens, quocunque rapit vos vestra libido,

Ite vagi, prius admoniti tamen atque monendi  
Interitum vobis tristem pro talibus ausis

Inq; Deum insigni vestrum impietate manere.

At vos, sancta quibus magnoque parata labore  
Iustitia & pietas diuinum inspirat amorem

Obsequiumque ardens, bene quo sine nulla litatur  
Victima, nec grato perfunditur ara cruore,

Accipite hæc, animosque meis aduertite dictis:

Qui sis, unde domo, qua nomen origine ducas,  
Et genus, & proavos, & patrum stemma tuorum,

Grege ô lecte mihi, grege ô generose recense.  
Non ego te terris volo credas esse profectum

Limosâ plenâ vîgine (clarior ortus  
Est etenim natura tui) sed rupe memento

Sublimi excisum, calog, astrisque propinqua,  
Flumine de puro sanctum subisse lauacrum.

Nec vos Abramum pudeat meminisse parentem,  
Et Sarra, quamuis effæta, agnoscere partum.

Hos ego defecta plorantes damna senectæ,  
Et steriles thalamos, & frigida connubialis

Iura thori (nam spem partus extinxerat atas)  
Mox herede dato, patrij qui lata teneret

Regna soli, in populos ingentes crescere iussi,  
Vnde genus vestrum, & vestra incunabula gentis.

At illis tacitam pertentant gaudia mentem:  
Qualibus & tu nunc, rata si mea fœdera seruas,

Afficiere Sion, cælo gratissima virgo.

11 Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis, ambulat in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

### Cap. 51.

1 Audite me qui sequimini quod iustum est, & queritis Dominum: attendite ad peccata vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis.

2 Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos: qui vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicauit eum.

3 Confolabitur ergo Dominus Sion, & confortabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & letitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

Namque

Namque ego præteritas ne iure querere ruinas  
Efficiam, solito cum me instaurante resurges  
Altior, & calum turrito vertice tanges,  
Iam non sola Sion, iam non deserta, sed ingens  
Comitæque, & irriguis longè fœcundior hortis.  
Luctifoni procul hinc gemitus, procul ora rigantes  
Virginæque genas lacrymæ: sed læta canoro  
Carmina concentu, per compita cuncta, per omnes  
Certatim vicos, choreis, hymniisque sonabunt,  
Gratantum reducem cum libertate salutem.

Vos ergo populi felici sidere nati,  
Quos nullis in me meritis, sed sponte receptos  
In nostrum adsciui nomen, gentemque, tribumque,  
Gratuitoque supra reges, regumque tyaras  
Euexi dono, me audite, audite frequentes;  
Quæq; loquor, nam vera loquor, ne tradite ventis  
Irrita, sed memori concepta recondite mente.

Non ab inaccesso nimbo si vertice Sina  
Credite promissa responsa venire salutis,  
Profluet ista meo lex sacra loquentis ab ore,  
Et decreta salus: lex hæc rata gentibus, ante  
Digestum chaos, & magni noua semina mundi,  
Ne fortè erretis, non est aliunde petenda.

Iamque adeo fons iustitiæ, Patris aureus imber,  
Humani generis seruator, ab æthere fractis  
Vi multa portis erumpere gestit, & oras  
Visere mortales; venienti occurrite læti:  
Frænabit dextra populos, fortisque lacerto,  
Ius dicet terris, & quas circumfluus ambit  
Oceanus, & quas fluctu indignante relinquit.

Illum expectabunt omnes; pendebit ab illo  
Quidquid magna sinu fundit natura beato.

Quoque minus dubites, nec enim diffidere verbis  
Fas reor esse meis, oculis vaga sidera lustra,  
Et maria, & terras, animo metire capaci  
Omnia quæ tacito voluuntur sidera motu;  
Ipsam etiam calum, & cæli quos suspicis orbes,  
Mutabunt faciem, & fumi de more liquecent:

Quinetiam tellus auro detrita senescet,  
Iamque usu confecta ruet, secumque ruina  
Vna eademque suos irabet inclinata colonos.  
At æterna manent, nullisque obnoxia sacris,  
Quæ promissa dedi per me iurata, salutis

4 Attēdit ad me popule meus, & tribus mea me audire: quia lex à me exiit, & iudicium meum in lucem populorum requiescet.

5 Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt.

6 Lenate in calum oculos vestros, & videte sub terra decorum: quia cæli sicut fumus liquecent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet.

Simile in Euāgelio: Cælum & terram transibunt, & verba autem mea non transibunt.

e

Aucto-

*Auctorem vestrae, verique aequique potentem.*

7 Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.

8 Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.

9 Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?

7 *Audite hæc, iterum moneo, repetensque monebo, Vos, quibus ipsum me per plurima splendida facta, Quis quantumque siem, discussa nube videndum lampridem exhibui, legumque arcana mearum Scire dedi, memori qua condita mente tenetis; Soluite corde metum populi, mea cura, fideles; Nec vos constanti mentis de sede, malorum Improbilas quatiat; nec sint opprobria tanti Contemptusque truces, vultusque oculique minaces, Ut vos propositio vis instans vlla tenaci Deiciat, flectat-ve animos; & talibus olim Assuetis fient vobis leuora ferendo.*

8 *State modo: non ora ferent aduersa rebelles: Sed veluti pluuiis qua penula promitur horis Tantum, assueta seris claudi condique sereno, Ut sensit lucem, tinea exesa fatiscit, Totaque per partes cadit intermorsa minutas, Dilapsi huc illuc fugient, pavor exterratos Dirus aget, nigri que volans circum agmina pennis Eumenidum turba anguigeros intorta capillos. At meus aternum vestros comitabitur orsus, Præcedetque fauor nullo variabilis æuo, Perpetuæque fides inconcussique tenoris.*

9 *Sic o sic eat. o vindex aterne tuorum Accipimus promissa, tuosque nouamus honores. Exurge (exclamant atque hæc tibi carmina dicunt Isacidae iam olim duce te meliora secuti) Exurge o tandem lacrymosis exacte votis, Mostrorum domitor Deus, auer sorque malorum: Quaque manu fulmen vibras, quo tela lacerto, Sacrilegis ostende, deum fortissime, terris, Qualis eras æuo veteri, qualisq; fuisti Semper, & à prima nascentis origine mundi. Non ille es, profugos qui longo errore parentes, Optatas sedes, fataliæque arua tenere, Et latas Solymæ fugientis prendere terras Post longi exilij diuersa pericla dedisti? Tu reges, tu terrigenas, inuicte, gigantes, Fossarumque moras, obstantesque eminus vrbes Strauisti: tu, tu seruantem claustra draconem Flammeaque exercitis iactantem sibila linguis, Tollentemque iubas, arrectæque colla tumentem,*

*Maçtasti:*

Sunt qui per draconem intelligunt Pharaonem.

*Maçtasti: iacet ille immani corpore serpens, Iam nulli terror, totoque extenditur antro.*

10 *Te fluctus tremuere truces, tibi, summe Deorum, Cessit Erythraei refugio salis æquore vortex, Et populus flunij quondam tua signa secutis Traiectum medio siccum fecere profundo.*

*Olli autem læti tantos superasse labores, Deuenero locos, vbi nunc angusta Sionis Mœnia visuntur, Solymæq; biuerticis arces, Et templum donis opulentum, & numine sacrum Surgit, Dine, tuo, & montes supereminet omnes.*

11 *Hic hilares omnique metu tristisque timore Defuncti, solidæque animos, & pectora pleni Lætitia, nullo belli turbante tumultu, Non intermisso tua carmine facta sonabunt.*

12 *Ergo dolor, gemitusq; procul, lacrymæq; faceissent: Namq; ego (ait Dominus) qua vos fors cumq; laceisset, Auxilio præsens, opibusque tuebor amicis.*

13 *Et quis præside me fretus, rerumque suarum Peruigili custode, minas horrescat inanes Humani fremitus? aut os vultumque tyranni Palleat irati? Vanum est quodcumque minatur, Vanum (inquam) ne subdubites, & inutile, quidquid Mortalis molitur homo: illius irrita venti Consilia, & celeres rapiensq; ferentq; procelle, Ut stipulam, aut cancri demessum sidere gramen.*

14 *Ergo supercilium si tollat homuncio, vimque Fortè paret, morientemque etiam minuetur acerbam, Auxilij toties obliuiscere recepti?*

*Nec tibi succurret, media inter prælia tecum Stare Deum? qui te fecit, sine numine cuius Non cadet auulsus vestro de vertice crinis? Cui terra, & calum, campi que liquentibus ather Obsequitur, vastique maris plaga carula seruit?*

*Pone metum, qui te nocte que die que fatigat, Iamque vide quam certa meis fiducia dictis.*

*Dic age, dic quæso, quo formidabilis ille Euasit furor? in tennes euavidus auras Effluxit, nec quo tendebat, pertulit ictum. Opposuit clypeum magno memorabilis ausu Legatus ductor que meus, mediis que per hostes Fecit iter, cæsisq; viam patefecit acervis.*

*Dira quidem passus, sed non, ut credidit hostis,*

e 2

Supre-

10 Nunquid non tu ficcasti mare, aquam abyssi vehemētis: qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati?

11 Et nunc qui redempti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiā tenebunt, fugiet dolor & gemitus. 12 Ego ego ipse consolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fecerunt ita arefcerit?

13 Et oblitus es Domini factoris tui, qui terendit caelos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perendum: vbi nunc est furor tribulantis?

14 Cirò veniet gradus ad aperiedum, & non interficiet vique ad intericionem, nec deficiet panis ei?



Supremam paritura necem, dum conderet urbem,  
Inferretque suos Iudaea per oppidarius,  
Et fecunda nouis transcriberet arua colonis,  
Arua exquisitis indeficientia mensis.

15 Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus exercituum nomen meum.

16 Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meae protexi te, ut plantes caelos, & fundes terram: & dicas ad Sion, populus meus es tu.

17 Eleuare, eleuare, conurge Ierusalem, quae bibisti de manu Domini calicem irae eius: usque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti usque ad fucos.

18 Non est qui sustinet eam ex omnibus filiis quos genuit: & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutrit.

19 Duo sunt quae occurrerunt tibi: quis contritabitur super te? vastitas, & contritio, & fames, & gladius, quis consolabitur te?

20 Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui.

15 At tu Nate, mea vires, mea magna voluptas, Perge bonis iter auspiciis, neu defice caeptis: Scis istas etenim quis te legauit in oras; Nempe cui imperium pelagi, quo vasta mouente Miscent se maria, insanique ad sidera fluxus Tolluntur, fundoque nigrae voluuntur arena. Bella mihi, mihi bella placent, vltima cura Praelia, bellipotens Deus hinc ego nomine dicor, Duxque exercituum fama super aethera notus.

16 His cum mandatis ego te mi Nate iacentes Demisi in terras, tuaque ora diserta potenti Compleui eloquio, cui nec vis ulla, nec vllus Restiterit regum furor, aut insania vulgi. Ibis securus nostri sub numinis umbra, Protectusque mea praestanti robore dextrae, Calumque terraeque tuis sub legibus omnes Inuictus rediges: populus tamen ille Sionis Incola, sorte tuus potiore feretur, eritque Ante chaos, mundi que senis primordia lectus.

17 \* Tu vero Solyme, meretrix antiqua rebellis, Ebria victa mero, quod de cratere bibisti Face tenus, mixtumque simul cum fece furorem, Vindictamque Dei, & medicatum morte venenum Hausisti, sustolle genas, exsurge, grauique De somno euigila, atque ubi sis circumspice tandem.

18 Nonne vides, ut mersa tuis in sordibus usque & usque voluteris? nec sit qui te erigat ist hinc? Nec de tot tuis qui suxerunt vbera quisquam Subleuct assurgentem, sustentetque labantem?

19 Vindicis ecce duo suprema exempla Tonantis, Bisque adeo geminata premunt, tu fleibus istum Vana lenare putas alienis posse dolorem?

20 Ecce iaces confecta fame, miserabile bustum, Nec si forte velis, rediuiua aliquando resurges, Non nisi fœdarum domus opportuna volucrum, Quam victor protrinit eques, quam ferreus hausit Ensis: & his speras solatia cladibus vlla?

20 Tum tua deficiet pubes fortissima quondam, Languidior cocta pubes fortissima beta,

Pérque

Per caelos, Apostolos Apostolicosque viros intellige: per terram terrena tractates, sed iis amore non inhaerentes. \* Hic Hierusalem non quae recepit Christum, sed illa quae occidit prophetas, excutatur ad poenitentiam.

Orix à capra- rum genere.

Pérque vias, vicos, & compita, pérque plateas Vi laqueo constrictus Orix, & arundine fixus Getula, viles animae malè humataeque turba, Proiecti, inflecti, nudique, inopéque iacebunt.

21 Siste igitur, penitusque animo mea percipe dicta O Solyme, rationis inops, non pota, quod vna Expressum pralo biberis spumante cruorem, 22 Sed magis irati vultu perstricta Tonantis: Si mea verba vagis non des rapienda procellis, Sed morem submissa geras, humilisque monentem Audieris, iam non nostro medicata furore Pocula potabis diram facientia mortem, Vas aliud, craterque nouus, noua vina propinans Fundetur, fluet unde salus & vita perennis.

23 Per me, ego, (ait Dominus) iuro per meque meumque Quod iurare timent homines & fallere numerum, Per me (inquam) bello tueor qui iura meorum, Hic plenus mærore calix, hic mixtus amaro Felleschypus, confide, tuos transibit ad hostes; Vnde bibent plenis praesentia toxica buccis, Cervices quicumque tuas flexere premendo, Collaque calcarunt nimium patientia freni.

Cap. 52. Ergo age, tollere humo, fœdoque è puluere corpus

Erige, surge ingo Solyme iam liber a tristi, Et solitis audax accingere fortiter armis, Et vidui posito luctus squallore, iuuenta Vestimenta tua, & frontis decora alta resume.

Pone metum, non te posthac regnator habebit Præputio turgens, immunditiæque prophanus.

2 Iamque situm, cineremque tuo mea filia peplo Decute funereum, gelidoque cubare sub astro Desine: quid rigido perstas tua ponere saxo Membra? sede, o Solyme, solioque recumbe paterno, Iamque diu nimium sauo captiua sub hoste Indignè tenera quam fers ceruice catenam

Frangere manu: Deus est auctor, Deus hæc tibi fatur:

Quæ te prima tulit tellus, à stirpe parentum, Hæc eadem reducem (nec longa mora) vberè leto Accipiet: nam si truculento addicta tyranno Seruisti gratis, gratis te crede redemptam, Non pretio, merito-ve tuo; mihi gratia soli, Omnia per solui qui debita solus, habenda est.

\* Fabor enim (quando hæc animum tibi cura remordet,

Sic in Psalmo 43. Ven didisti populum tuum si ne precor.

21 Idcirco audi hoc pauperula & ebria non à vino.

22 Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo, Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meae, non adicies ut bibas illum vitra.

23 Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ, Incuruare, ut transcamus: & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transcutibus.

Cap. 52.

1 Conurge, cõsurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem civitas sanctis; quia non adiciet vitra ut pertrahat per te incircumcisus & immundus.

2 Excutere de pulvere, conurge, sede Ierusalem: solue vincla colli tui captiua filia Sion.

3 Quia hæc dicit Dominus, Gratis venundauisti, & sine argento redimemini.

4 Quia hæc dicit Dominus Deus, In Aegyptum descendit populus meus in principio, ut c. Ionus esset tibi: & Assur abique vlla causa calumnia tus est eum.

Tu penitis ea fuge animis) repetamque iuarum  
Longius historiam rerum, qua fata subinde  
Teque tuosque manent, paucis ex ordine pandam.

Fortè patres vestri, fatiis urgentibus, agros  
Dum profugi linguunt patrios, fugiuntq; prementem  
Obscœnam sua rura famem, Nilotica regna  
Deuenère, agmen modicum, puerique senesque  
Et verna imbelles, cum femineo comitatu.

Hic, aliquot regum dono, non multa remota  
Iugera telluris, coniunctaque pascua nacti,  
Innocuum cultis duxere in salibus auum,  
Pastores lanaq; ouium lactisque magistri:  
Sed mox suspectos opibus, numeroque, sequentum  
Non tulit ambitio regum; multo que per annos,  
Seruitium lateris crudele tulere coquendi:  
Eripui fateor, quamuis nil tale merentes,  
Et noua regna dedi pulsis habitanda colonis.  
Sed non hi longum letati munere tanto,  
In pradam Assyriis mox concessere tyrannis:  
Quos iterum post lustra aliquot miseratus, auitis  
Sedibus, exosus dominantum facta, remisit.

5 Et nūquid mihi est hic, dicit Dominus: quoniam ablati sunt populus meus gratis? Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur.

6 Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.

7 Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, Regnabit Deus tuus!

Et quid nunc faciam? num distimulabo dolorem,  
Cum funesta meus gemat inter vincula popellus,  
Arbitrium victoris heri non sponte secutus?  
Aut (qui nunc hominum status, & quæ tempora rerum)  
Imminui - ne meum patiar sine vindice numen?  
Sic mea maiestas, sic gloria, visque decusque  
Ibit in opprobrium gentes impune per omnes?  
Testor ego hoc ipsum nulli violabile numen,  
Faxo presentem victor me sentiat hostis;  
Et qui victori stricta sub compede seruit,  
Mox liber populus, coramq; loquentis ab ore  
Pendeat attonitus, & nostrum numen adoret.  
Nec iam ultra differre placet: confidite, vester  
Vester ego Dominus, (ni fortè negarit) adsum,  
Fons veri, lux iustitiæ, via recta salutis.

O quam grata piis venient hæc nuncia? quantum  
Latitiæ toto passim fundetur in orbe?  
Ferte citæ lymphas, & lacte meroque recenti  
Formosos lauitote pedes, quos monte propinquo,  
Nympha ô Isacides, ad vos properare videtis.  
Ille bona bellum mutatum pace reportat,  
Ille bonam pacem denuntiat, ille salutem

Historiam hæc habes Genes. cap. 47.

Vide expositionem huius loci epist. ad Rom. cap. 10.

Præ-

Predicat æternam vobis, muriisque Sionis,  
Atque his affatus blandè solabitur agram:

Pone metum, Rex ecce tuus tibi venit, adeptus  
Terrarum imperium, tua qui rediuiua reponet  
Mœnia, defensamq; dabit prædone subacta.  
En speculatores summis de turribus altum  
Proclamant, signumque manu plausuque sonoro  
Dant, magnum aduentare Deum, mox & noua dicent  
Carmina laudantes; nam coram sancta videbunt  
Ora Ducis summi, capta qui iura Sionis  
Afferet, & Solyma & genus omne in pristina reddet.

Hanc consolationem expectauit Simeon iustus apud Lucam.

9 Gaudete ô Solymi, simul & celebrate frequentes  
Tam mitem Dominum, cuius solatia fessi  
Tempestiua modo rebus sensistis in arctis,  
Cum vos immani placatus ab hoste recepit.

10 Idq; ingens, mirandum, & inenarrabile factum  
Esse palam voluit cunctis, quos vesper & ortus,  
Quos gelidis Aquilo, madidis Notus imbrifer alis  
Perflat, ne nullus terrarum nesciat axis  
Quanta suæ sit vis, quam magna potentia dextra.

11 Ite igitur, quando iam libertatis aperta  
Conditio, poriaq; patent, ite ocyus omnes  
O fortunati, nec respectate, sed isthinc  
Pro se quisque fuga laxis rapiatur habenis.  
Nulli, qui saltem sapiet, mora longior obsit,  
Summum in ea discrimen erit: procul ergo prophanis  
Pollutisque locis, quacumque est sacra supellex:

D. Hieronymus hæc de Apostolis intelligit: & per vasa Domini, sacramenta nouæ legis, & armarum scripturarum.

Vosque prius mundi, & puro de flumine loti,  
Vasa dicata Deo purgata piatæque ferte,  
Et priscis aris, veterique reponite sede.  
12 Neue sit hac instar trepidi fuga fœda tumultus,  
Et palans iter, & terroribus interceptum  
Continuis, quale olim Arabum per inhospita tesqua  
Fecistis, sed pompa magis festusque triumphus;  
Ipse Deus vestrum præcedet signifer agmen,  
Et dispalatos cogens in castra maniplos,  
Dux eadem bonus Isacidas sub signa reducet:

13 Vnde tui terras fama ibit honora per omnes,  
Nate Deo, Patris unigena & certissima Proles,  
Et mentis patriæ interpret, mens & Patris idem,  
Cuius transcendens summos sapientia celos,  
Magnum opus hoc, nullique hominum, nullique deorum  
Intellectum absoluit opus, quod nulla silebunt

Redemptionis opus.

8 Vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit Dominus Sion.

9 Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ierusalem.

10 Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium Gentium: & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

11 Recedite, recedite, exite inde, pollurum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini.

12 Quoniam non in tumultu exhibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israël.

13 Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.

Tem-

*Tempora, nulla dies memori delebit ab ævo.*

14 Sicut obstupuerunt super te multi: sic inglorius erit inter vitos aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.

*Nam licet ille decor diuini conscius oris,  
Quem laudant elementa, stupet sol, lunæque pernox,  
Miranturq; polo surgentia sidera viroque,  
Decolor aspectu, formæque inglorius, & vix  
Humanam retinens speciem, pro tempore vilis,  
Et letho informi pallens, sine honore iacebit;  
Morte tamen victa, roseo formosior astro,  
Et matutina nitidus mage luce resurget,  
Rursus in antiquam reuolutus sponte figuram.*

15 Ille asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt: & qui non audierant, contemplati sunt.

*Quas non ille sui gentes aspergine roris  
Mundabit: quos ille feros mansuescere reges  
Non faciet, duris compefcens ora lupatis?  
Scilicet adueniet tempus, voluentibus annis,  
Cum, quibus aut scripto aut fama prodente negatum est  
Nosse Deum, aut illum præfenti voce loquentem  
Audire, interius propiusque ad sacra vocati  
Sancta Dei, mota mysteria nube videbunt.*

### Cap. 53.

1 Quis credidit auctui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendit sicut virgulum coram eo, & sicut radix de terra sitienti:

*Mira loquar, quæ posteritas fortasse negabit  
Credere, nam vatum dictus quis credidit olim  
Veriloquis? quis nostra lubens responsa recepit?  
Seu dum visorem canimus, dextræque potentem  
In populos ferrum vindex distringere fontes,  
Seu dum venturum serui sub imagine vilis  
Præcinimus longè ante diem, frustra que monemus  
Esse Deum, quamuis moribundo corpore septum?*

2 Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum:

*Et tamen abiectus venit, & rerum omnium egenus,  
Qualis in arenâ compactus surculus agro,  
Quem matre excisum tenera, & radice carentem,  
Nec vegetant Soles, nec ros alit, aut rigat imber:  
Omnis enim decor & species euauit oris,  
Omnis ei succus defloruit, & vigor, & flos  
Corporis effecti tenues concessit in auras;  
Horruimus speciem illius: Proh, qualis ab illo,  
Quantum mutatus, quem coram cernere, voti  
Pars erat, & desiderij summa vnica nostri!*

3 Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum.

*Vidimus o ciues (quid vestra auertitis ora?)  
Vidimus indignis lacerum crudeliter artus  
Confossumq; modis, extrema per omnia mortem  
Oppetere, irrisum, contemptum, & turpibus ora  
Fædatum sputis, animo tamen omnia forti  
Intrepidoque, necis diræ tormenta ferentem:  
Atque adeo vultus morientis, & illius ora,*

Ora,

Baptifinus.

Cap. 53.  
Hanc scripturam citat Ioan. ca. 12. Euang. & Paulus ca. 10. ad Romanos.

Elegans metaphora sive similitudo.

*Ora modis dum suspicimus pallentia miris.  
Penè, (nefas) illum dignas expendere pænas  
Credidimus, meritoq; suo pro crimine plecti  
Vltoris Domini percussum vindice dextra.*

*Verè equidem tulit, at nostros tulit ille dolores,  
Et peccata luit, quæ nos contraximus ipsi,  
Nos, nostriq; patres, seriq; subinde nepotes,  
Ille sui nostrum lauit scelus amne cruoris,  
Vulneribus plenus, nostra vt commissa piaret.  
Nostra eius de morte salus, de funere vita  
Paxq; orta est, saniq; eius liuore valemus.*

*Dirum ingensque malum fuit hoc quod cade luendum  
Tam chari capitis, Natiq; cruore litandum  
Duxerit ipse Parens. Nos, nos hæc impia tangunt  
Crimina, quæ duris fert scrupæ roboribus Crux.*

*Nos, vt grex pecudum, spreto custode vagati,  
Perque iter implexum, diuortiaq; inuia rapti,  
Destitimus rectare via, sua quisque sequentes  
Ingenia, & mores, cacòsque libidinis æstus,  
Omnia quæ, quidquidq; aliis peccabitur annis,  
Vsq; sub arfuri suprema incendia mundi,  
Imposuit tergo Nati Pater ipse: nec ille  
Ferre recusauit, sed sponte lubensque volensque  
Triste subiuit onus pro nobis victima Patri  
Factus grata suo; sæuasq; oblatas ad aras,  
Non vocem gemitumque dedit, sed mitis, & insons,  
Ritè Patri sacrum non vnquam iterabile fecit.*

His omnibus nihil potest dici apertius. Idem Petrus, Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.

*Hic cum à carnifice ad mortem raperetur acerbam,  
Non contradixit, tenera sed mitior agna,  
Quam lanis ingulat, compresso obmutuit ore,  
Iam verò viuit nunquam moriturus, & omnes  
Exegit casus, ærumnosq; labores,  
Iudice non vltra coram sistendus iniquos  
Cuius fœcundo tumuli de semine multi  
Prodibunt populi, multa q; resurgere gentes  
Cernere erit, vitamq; eius de morte referre.*

*Quis genus hinc quondam per millia multa futurum,  
Quis numerum fando teneat? quis carmine scripto?  
Hic verò numero viuentum abscissus, & alto  
Vulnere pro populi factis perfossus iniquis,  
Vitam hominum generi moribundo reddidit, & se  
Tartareis virtute noua reuocauit ab umbris,  
Haud vltra lethi patiens, & victor Auerni,*

Frequenter inculcat hoc Christi beneficiū, vt eius perpetuo simus memores ad gratiarum actionē & consolationem.

*f*

*sed*

4 Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. 5 Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

6 Omnes nos quasi oues errauimus, vniquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.

7 Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram tondeute se, obmutescet, & non aperiet os suum.

8 De angustia & de iudicio sublatus est: generatione eius quis enarrabit? quia abscessus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussus eum.

9 Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.

*Sed per eum ad calum cunctis via facta per auris,  
Seu reges, seu sint inopes, rurisq; coloni.*

*Quippe sua mortis pretio tumuliq; perennem  
Vitam orbi reperit, clausumque redemit olympum.*

*Nam cui pectus erat simplex, fraudisq; doliq;  
Ignarum, sontum maculas & stigmata lauit.*

<sup>10</sup> *Victimater felix, ter cerè victima felix,*

*Quæ pro hominum noxis in stipite fixa pependit*

*Infami, dedensque animam tortoribus vitro,*

*Imperiumque Patris contemta morte capeffens,*

*Perpetuam de se meruit producere stirpem,*

*Quam nec tempus edax, nec vis inimica reuellet,*

*Cognatam stirpem superis, ipsiq; minantem*

*Principibus qui regna tenent inamæna silentum,*

*Stagnaq; Cocyti rapidis torrentia flammis.*

<sup>11</sup> *At verò tantos magna pro parte labores*

*Lenit ille ingens, & inexsaturabilis ardor,*

*Quo nostræ miro stimulatus amore salutis,*

*Sponte crucem subiit, nec lethum expauit acerbum*

*Et cerè voti compos est factus, & ipse*

*Latitæ noua signa Pater celo extulit alto,*

*Talibus affatus rediuuium à funere Natum:*

*Vicisti tandem, mi Nate, & munus obisti*

*Ritè tuum, quod non alius potuisset obire:*

*Tu iustus, tu fons, & origo beata potentis*

*Iustitiæ, scelera omnia facta, infecta luisisti.*

<sup>12</sup> *Quotquot erūt hominum, quot sunt, quotque antè*

*Vnus qui nostris veriq; aequiq; tenacem (fuerūt,*

*Ingeneras affectum animis & pacis amorem,*

*Atque adeo celebrem hoc te nomine fama per omnes*

*Efficiet terra qua sol meat aureus oras.*

*Ast ego, quod saua formidine mortis inertii*

*Deposita, donasti animam pro crimine mundi,*

*De trabe latrones inter dependulus alta,*

*Proq; tuis etiam tortoribus exorasti,*

*En toti faxo solus dominaberis orbi,*

*Hostèque prostrato, & spoliato, nobile victor*

*Attolles signum, prædamque ex hoste receptam*

*Distribues, nemo abs te non donatus abibit*

*Pro merito: pedibus tandem subiecta videbis*

*Cuncta tuis, nam sic statuit mea magna voluntas,*

*Cuius numerus habes, mors denique concidet, hostis*

*Postremus, mors, dira prius quæ funera a totis*

*Edebas:*

10. Et Dominus voluit contere cum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.

11. Pro eo quod laboravit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus servus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.

12. Ideo disperiam ei plurimos, & fortium dividit spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

Sicut saluum animarum & saturatus est.

*Edebat campis, victori cedet, abactam*

*Restituens prædam, reuomensque quod antè vorarat.*

Cap. 54. <sup>1</sup> *Quare age, quæ longo sterilis iam tempore facta,*

*Nescisti gestare uterum, nullaque beasti*

*Prole virum, simili laudata puerpera fætu,*

*Pone metum & viduos iam comptior exue cultus,*

*In laudèque erumpe Dei, dignata superbo*

*Eius coniugio, venientemque excipe latis*

*Vocibus, & festus hinnitibus àëra comple.*

Ad Ecclesiam hæc pertinet.

*Tempus adest, quo tu modo, quæ infectos hymenæos*

*Et solum flebas gelidumque relicta cubile,*

*Natorum numero potior, numeroque nepotum,*

Synagoga.

*Quàm quæ iuncta viro tanta nunc prole superbit,*

*Attolles pulchrum cælo caput, omnèque probrum*

*Infacundi uteri frustra hoste fremente, reuinces.*

<sup>2</sup> *Ergo, quæ latè campi funduntur aperti,*

*Sensimq; arrecti nullo prope vertice colles*

*Ascensum mollem præbent sine limine certo,*

*Castra loca, longèque tuis latèque maniplis,*

*Ampla situ, securæ loco tentoria pone:*

*Perq; iuga & valles (quando sic postulat usus,*

*Nec capere ingentem comitatum agmènque tuorum*

*Planities angusta potest, contractæque siluis)*

*Pellitas extende casas, neu parcere lino,*

*Nè ve velis canabo, at funes ex arte retortos*

*Texe tibi longos, ut dum metabere campum,*

*Sufficiant, claudèque para, qui fortiter omne*

*Sustineant opus, & ventos aduersus & imbres,*

*Immitèsq; hyemes, tempestatèsq; sonor as*

*Perdurent: nec enim certæ tibi tempore certo*

*Contingent sedes, sed succedentibus annis*

*Extremas utriusque orbis penetrabis ad oras:*

*Et qua Sollauus rubicundo surgit Eoo,*

*Et qua dexter aquas subit occubiturus Iberas,*

*Posteritas huc vsque tuo de semine nata*

*Proferet imperium terræque marique superbum,*

*Fundabitque nouas vrbes, lapsasque reponet,*

*Omnia quæ nati natorum, quique nepotes*

*Postea nascentur, longa dititione tenebunt.*

<sup>3</sup> *Parce metu, iam non cebebs, sed iuncta marito,*

*Et veteris mecum nunc obliuiscere probri,*

*Contractæq; notæ quondam florente iuuenta,*

*Cùm sterilis damnata thori, sine prole, sine vllò*

f 2

Coniugio,

Cap. 54.

1. Lauda sterili quæ non parit; decæta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filii desertæ magis, quam eius quæ habet virum, dicit Dominus.

2. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolidata.

3. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis: & semen tuum Gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.

4. Nol' timere, quia non confundèris, neque erubescas: non enim te pudebit, quia confusiois adolescentiæ tuæ obliuiscèris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

Coniugio, infelix, iniusta, in honora iaceres.  
Nō animā hāc angant memorē nimis: omnia namque  
Mutata in melius, bene te sperare suādent.

Ecce tua fœdum deterfit fronte ruborem,  
Dispunxitq; notam, & seruilis stigmata tergo  
Sortis iniusta, Deus, cui quidquid es, omnia debes:

Ille Deus, qui te fecit, Deus ille redemptor  
Seruatorque tuus, Deus Israël's amator.

Armipotens Deus, immenso qui præsidet orbi  
Solut, & ingentes rerum molitur habenas;

Hic sibi te, quamuis desertam, inopemque relictam  
Connubio iunxit stabili, propriamq; dicitur.

Deseruisse quidem paruo te tempore dici  
Possum ego (ait Dominus) & cerē aliquando reliqui.

Iratū (que meos vultus, frontisq; micantes  
Siderea radios inducta nube negauit;

Nunc verō memor ipse mei, scelerumq; tuorum  
Oblitus, posita factus clementior ira,

Pace ad me reuocabo data, dulciq; remittam  
Offensam pietate omnem, magnosq; fauore

Suscipiam, quem sæcla suo voluentia lapsu  
Non periment, nec edax decerpit falce vetustas.

Testor me, Numenq; meum, quo vindice salua es,  
Seruatamque fidem seruato à clade Noemo

Nimbiflua, visamque vagis in nubibus Irim,  
Tum primum variis curuasse coloribus arcum,

Diluuij signum posthac fatale remisit,  
Vt pactum hoc, nostro postquam semel exiit ore,

Non superum, non vlla hominum sententia vertit,  
Sic mihi perpetuo constabit fœdere tecum.

Abfiliēt rupti diducto fornice montes,  
Concidet & tellus imis tremefacta cauernis:

At mea non vllō clementia sine tenetur,  
Deiq; mea sancta pietatis lege nec vnum

Paruum apicem carpet longinqui temporis etas.  
Quosq; minus dubites, ego te miseratus ab alto,

Semi-rutiq; in star ventorum turbine muri  
Connulsam laceramq; & curatoris egentem,

Restituam, lapidesq; tuos, disiectaq; passim  
Saxa legam, & digesta suo ordine rite locabo;

Sapphireis stabunt tua fundamenta columnis,  
Fuluaq; quadratas turres distinguet Iaspis;

Et sculpto bifores radiabunt marmore value:  
Denique tota ebore & gemmis fulgebis & auro;

<sup>13</sup> Felix.

5 Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israël; Deus omnis terę vocabitur.

6 Quia vt mulierem derelictam & meretricem spiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam: dixit Deus tuus.

7 Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.

8 In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna miseratus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus.

9 Sicut in diebus Noë istud mihi est, cui iuravi ne inducerem aquas Noë vltra supra terram: sic iuravi vt non irascar tibi, & non increpem te.

10 Montes enim commouebantur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ nō mouebitur: dixit miserator tuus Dominus.

11 Pauper culatempestate cōuulsa, absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris.

12 Et ponam iaspide propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles:

<sup>13</sup> Felix prole bona, iustisq; beata colonis,  
Qui pacem verumque colent, qui scita Tonantis  
Eloquiumq; Dei mites docilesq; sequuntur.

<sup>14</sup> Ergo procul diro viro sa calumnia dente,  
Attonitus procul esto pauor, securaq; crede  
Cuncta tibi, nam quid Domino custode paueres?  
En tua finitima complent pomœria gentes,

Communiq; tuis cum ciuibus vrbe foroque  
Iure eodemq; frui, magno pro munere ducunt.

<sup>15</sup> Ecce peregrinus procul hinc ignotus ab oris  
Aduena dat iunctas in mutua fœdera dextrās.

Quem porro metuus? quis te timor vsque fatigat?  
<sup>16</sup> Parce metu, nullum ille doli fraudisq; repertor

Antiquæ, nullum ille faber structorq; malorum,  
Sic licet ignipotens, & vastæ rupis in antro,

Peruigili stygios exerceat arte caminos,  
Irrita ventosis incendia follibus vrgens,

Ius in te virtute mea superatus habebit.  
Illum ego, quod nostri sceptris inhiaret Olympi,

Et nulli, mihi non ipsi concedere vellet  
Regnatori hominum moderatoriq; deorum,

Corruptum tortis à vertice crinibus, alto  
Precipitem cælo tenebrosa in tartara misi:

Hic vbi quanquam operi studiis vrgentibus instet,  
Nuncq; alias, nunc atque alias super aduocet artes,

Mille nocendi artes, cepti tamen irritus ibit.  
<sup>17</sup> Nec tibi que vastis in cudinibus arma refingit,

Noxia erunt, siue illa palam fera fata minentur,  
Seu tectam succis lethalibus oblita pestem.

Tu linguas bifidas, tu sibilavana refelles.  
Tu, quocunque agites causam sub indice, vinces.

Hæc est seruorum merces æterna meorum;  
Hæc (ait omnipotens Deus) à me premia iusti

Digna ferent homines, nec me sententia vertet.  
<sup>18</sup> Vos ergo, quos ægra sitis, quos vrit anhelus

Ardor iustitiæ, veræq; cupido salutis,  
Ne mihi, ne pigris puitres haurite liquores

De lacubus, plenos purosque accedite fontes,  
Quæq; cadit venis illimi dulcibus vnda,

Proluite os, explete sitim, largè que bibendo,  
Exhilarate animos: nec opus sitientibus auro

Argentò-ve, patet ditiq; inopi, taberna:  
Parcite barbaricis inscripta numismata signis,

f 3

Aut

Periphrasis diaboli, quem creauit Deus: malum non necessitate nature, sed suæ arbitrio.

Vasa diaboli, mali homines & huic omnes.

Cap. 55. sic Iesus Ios. cap. 7. clamat si quis sitit, veniat ad me & bibat, &c.

Per synecdochē in genere certorum lapidū nomine intelligit vniuersitatē gratiarū: quæ autem gratia hæc vel illo lapide significetur, egregiè hic Hieronymus.

13 Vniuersos filios tuos docet à Domino: & multitudinem pacis filii tuis.

14 Et in iusticia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi.

15 Ecce, accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.

16 Ecce, ego creauit fabrum sufflantem in igne prunas, & profecerentem vas in opus suum, & ego creauit interfectorem ad disperdendum.

17 Omne vas quod factum est contra te, non dirigitur: & omnem linguam resistetem tibi in iudicio, iudicabis. Hæc est hereditas seruorum Domini, & iusticia eorū apud me, dicit Dominus.

Cap. 55.

18 Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentū, properate, emite & comedite: venite, emite absque argento & absque vlla commutatione vinum & lac.

*Aut permutandas vobis conquirere merces:  
Hic vinum, lac hic potare licebit inemptum,  
Tantum huc, o properate viri, puerique senesq;  
Nemo omni e numero mihi non saturatus abibit,  
Propria quisque suo inueniens alimenta palato.*

<sup>2</sup> Quare appenditis  
argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturatione? Audite audietes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine animæ vestra.

*Quid frustra pretium numerato penditis aræ?  
Quo tot pernigiles curæ, durique labores?  
Vt reparanda nouo momenta per omnia victu,  
Nec satiata unquam, verum esurientia semper  
Corpora pascat is? non solum (credite) tosto  
Farre repletur homo, succo-veliq; uolentis oliui,  
Sed verbo, quod ab ore Dei demanat ad imos  
Pectoris arcani sensus, viuumque calorem  
Intus alit, motuq; suo conseruat, & auget,  
Hoc animos, auisq; sine sinus explete, famemque  
Pascite ieiunam: præsto est, nulloq; labore  
Queritur, attentas dictis aduertite tantum  
Veridicis aures, vatunq; haud dura meorum  
Imperia, & monitus assuescite ferre salubres.  
Hoc erit in dulcem vobis plus nectare paslum,  
Ambrosiaq;: nihil conditæ melle placentæ,  
Nil collatus adeps sapiet, pinguisque ferina:  
Delicias stomacho male marcescente potestis  
Fastidire meas? properate, venite frequentes:*

<sup>3</sup> Inclinate autem vestra, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.

*Et rursum moneo, rursumque monebo, venite,  
Viuere si mecum dulce est, si funera nunquam  
Dra pati, vera est, & paucis nota voluptas.  
Tum demum nostri ius inuiolabile pacti  
Firmum erit, & vires renouato fœdere sumet,  
His icctum nostro quondam cum Dauid verbis:  
Dum face perpetua currentia secula Titan  
Deducet, terrisq; hyemes, æstusque vicissim  
Verq; dabit, fratris dum lumine Luna micabit,  
Dum mare, dum tellus, dum picti sidera cæli  
Constabunt, mansura tibi mea fœdera scito.*

<sup>4</sup> Ecce testem populis dedi cum, ducem ac præceptorem Gentibus.

<sup>5</sup> Ecce gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israël: quia glorificauit te.

*Ecce ego te legi qui testis idomeus esses,  
Interpresq; meæ fidei, populisq; remotis  
Testarere nouam solenni pignore pacem.  
Te latè regem, moderatorémque, ducemq;  
Gentibus esse dedi, fluctu quascunque sonante  
Circuit Oceanus: Tu regna ignota, proculq;  
Disita, in terras non isto sole caleutes,  
Immensa Rex æternus ditioe tenebis.*

Isud partim  
hic impletur,  
plenissimè  
tò in vita  
tura.

En

Sic supra 23.  
cap. Quibus  
nò est narra-  
tum de ea, vi-  
derunt.

Sic Paulus ad  
Ephes. cap.  
primo: Deus  
Domini no-  
stri Iesu Chri-  
sti: quòd in-  
telligitur se-  
cundum na-  
turam huma-  
nam Christi.

Dum estis in  
corpore, dum  
datur locus  
penitentia,  
Querite Do-  
minum, &c.

*En tua sceptrâ colent peregrine regia gentes,  
Certatimq; sacros concurrent visere vultus,  
Sidereos vultus, per quos certissima patris  
Effigies, Dominiq; tui tralucet imago,  
Illius Domini, Isacidum qui regna gubernat,  
Teque suum Vnigenam miro insigniuit honore,  
Supra omnem naturam hominum, sortemque Deorū  
Euectum, & cælo terrisq; Ereboq; tremendum.  
Talem igitur, quando præsens vltroque paratus  
Sese offert, iam iamq; fores & limina pulsat,  
Proximus & sese mortali ostendere cætu  
Non negat, inuitate animis, linguisq; fauentes  
Clarisonis: iam tempus adest, iam secula faustis  
Auspiciis lucent, casta quibus omne fugandum  
Mente scelus, procul impietas, procul est rapina,  
Cadesq; & diri male suadi pectoris æstus,  
Cunctaque fanda, nefanda malo permista furore:  
Hec etenim Astraam terris populè, Deiq;  
Iustificam nobis mentem auertere supremi.  
Ergo quisq; suum ad Dominum Patremq; Deumq;  
Obsèruata retro relegens vestigia, sese  
Securus venia referat, mox ille reuersum  
Suscipiet, diues misereri, & parcere largus  
Supplicibus, facilisq; suum posuisse furorem.  
Nec verò Deus ad vestras sua robor a vires  
Metiri patitur, nec isdem includere metis  
Diuinam fas est hominum cum pectore mentem,  
Quæ mare, quæ terras, quæ cæli continet orbes:  
Quantum etenim centro cæli telluris ab imo  
Distat (ait Dominus) quantumq; in tartara præceps  
Nigra chaos procul astrifero subsidit Olympo;  
Tantum ego (sed non fas conferre creata Creati)  
Vos ingens supero, sensusque euado supinos,  
Terrena quàm mole diu membrisq; grauantur.  
Sit scelus interea, nostris diffidere verbis,  
Et dubitare nefas: nam qualis vere tepenti  
Roscidus in terras non frustra labitur humor;  
Arua sed hybernis nuper resoluta pruinis  
Calfacit, & sensim torpentes euocat herbas  
Quæ mox in flauas segetes, robustaque farræ  
Consurgant, ditentq; suos demessa colonos;  
Et victum mensis, & templis liba ministrent;  
Conseruentq; nouam rediuiuo semine prolem;*

<sup>6</sup> Querite Dominum inueniri potest, inuocate eum dum propè est.

<sup>7</sup> Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserbitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.

<sup>8</sup> Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestra: neque via vestra, via meæ, dicit Dominus.

<sup>9</sup> Quia sicut exaltatur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.

<sup>10</sup> Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vitra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & geminare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti.

<sup>11</sup> Talis

11 Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui, & prosperabitur in his ad quae misi illud.

12 Quia in letitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

13 Pro saluica ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum eternum, quod non auferetur.

## Cap. 56.

1 Haec dicit Dominus, Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reuelentur.

2 Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud: custodiens sabbathum ne polluat illud; custodiens manus suas ne faciat omne malum.

3 Et non dicat filius aduenae qui adharet Domino, dicens, Separatione diuidet me Dominus a populo suo. Et non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum.

11 Talis erit sermo, nostro qui missus ab ore Caelitus effertur, nec iam mora, compluet orbem: Rorifluens sermo, quo frigida corda calescent, Quo mollita fauos sudabunt saxa recentes: Non ille in vanum missus sine fruge redibit, Sed in suos edet generoso semine fetus, Prosper vbique, nec insanis obnoxius Austris, Nec gelido Borea, nec acuto grandinis imbri.

12 Ite meo, ite igitur freti sermone, catenisq; Imperium crudelis heri fugitote refractis. Lata etenim vobis pacataeque cuncta futura Polliceor, dura cautes, & inhospita tutum Siluarum iuga praebeunt iter, omnia plausu Latitiaeque fremunt: tellus alma omni-ferentes Et grauidos expassa sinus, venientibus vltro Dona feret, multaque vias umbrabit & agros Abiete, quos humilis nuper saluica tegebat, Et myrto cedet mordax vrtica virenti.

Dux autem vester Dominus deducet euntes, Sustolletq; alte signum, venerabile signum, Eminus ostendens rubeo sua nomina texto Mansuris inscripta notis, quas nulla vetustas, Nulla dies vnquam memori delebit ab aeo.

1 Propterea haec dicit Dominus, vos mente tenete.

Conditae, nec surdis date diripienda procellis: Si nostri vos tangit amor, si cura salutis, Quae per me caelo gratis demissa propinquat, Si iam pertaesum vite, morumque priorum, Per me, perq; meam toto satis orbe probatam Testatamq; fidem, per non mutabile pactum Quod populis ici sub vtroque iacentibus axe, Discite iustitiam tandem, vitaeq; per omnes Quam breuis est actus, quidquid fera fata mimentur, Rectum inconcusso mentis seruate vigore.

2 Felix o felix, quem non fortuna, nec atrox

Imperium regum potuit diuellere iusto;

Felix qui tenet hoc, & iisdem semper inheret

Consiliis, animi constans, fixusque, tenaxq;

Felix, qui Domini metuens sacra sabbatha seruat,

Exosusq; nefas rabido cane petus & angue,

Cor purum, pura q; manus scelere abstinet omni,

Iusque equumq; colit rigide virtutis amator. (mas,

Quisquis ad haec animum adiiciet, seu femina, seu

Seu

Loquitur de verbo promissionis suae.

Magna felicitas eorum qui Christum recipiunt.

## Cap. 56.

Concio haec similis predicationi Ioannis Baptistae, cum ait, penitentiam agite &c.

Intelligit sabbathum spirituale, non Moisaicum, id est, quietem a vitis.

Non est distinctio Iudaei & Graeci. Ad Rom. cap. 10.

Seu Graecus, prisco-ve fuit de sanguine Iudae, Seu vir, siue virum ferro truncata iuuentus, Quid referi? omnes nullo discrimine habebō. Ne dicas, peregrinus ego, nihil ista morantur Pacta peregrinos: nec tu quoque semi-vir addas, Ecquis ego, cui sanguis hebet, cui semen ademptum, Et genus, vt lati quidquam ex hoc fœdere sperem?

4 Dico ego, nec dictum vlla meum sententia vertet, Qui mea cunque dato seruabunt sabbatharitu, Et memores legum, & monitorum, & fœderis icci, Quae mihi recta placent monstrato calle sequentur; 5 His ego stelliferi complere sedilia regni, Sydereamq; dabo meritis pro talibus aulam, Adsciscamq; mihi ciues, nomenq; beatum Inter honoratos proceres, nostrosq; creatos De genere heroas, nullo debibile nomen Tempore concedam per saecula cuncta fruendum.

6 Quinetiam sobolem illorum, serosq; nepotes, Si modo fœderibus maneant, patrumq; suorum Passibus insistant, & religionis amantes, Nec leges spernant, nec iussam sponte recusent Ire viam, 7 pietate mea super aethera vectos Monte meo sistam, & sancta penetralibus adis: Iamq; mei factos hylaros sub numinis umbra, Non sine festarum lato clangore tubarum, Ad mea sacra nouo ritu peragenda vocabo.

8 Ne mihi tum, edico, vitula lactente litetur, Nec iugulis ouium, nec caesi sanguine tauri; Sed castis precibus, sed votis rite solutis, Et, mea queis dicent praecordia, dulcibus hymnis. Nulla mihi posthac acceptior imbuet aram Victimae, nulla magis lato hababit odores.

9 Nam domus haec, soli domus instaurata Tonanti, Nec thuris fumo, nec salsa aspergine gaudet; Arcanis tantum precibus, locus iste, piorum Sollicitisq; patet votis, 3 quos Solis abortu Occasusq; velut dispersa examina, coget Isacidum Deus, & corpus componet in vnum.

10 Ah miseri, tali quos non dignabere caetu, Summe Deum! vos o profugis occurrite tygres Montanae, natiq; feris sub rupibus vrsi, Et quaecumque fera per agros saltusq; profundos Queritis optatam catulis immanibus escam.

Vetur verbis veteru ceremoniarum, tam me alia sentit: intelligit enim sacrificii laudis & spiritus contribulati & vitulos labiorum &c. Ecclesia Christi. Hoc tamē Christus retulit etiam ad templum Salomonis Matth. 21. Sic Ioannes cap. 11. Iesus erat mortuus pro gente & non pro gentilitate, sed vt filios Dei qui dispersi erant cogregaret. Ferae hae sunt, de quibus Psal. 73. Ne tradas bestis animas cogregentium tibi.

4 Quia haec dicit Dominus Eunuchis, Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quae ego volui, & tenuerint foedus meum: 5 Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

6 Et filios aduenae qui adherent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem sabbathum ne polluat illud, & tenentem foedus meum:

7 Adducam eos in montem sanctum meum, & latificabo eos in domo orationis meae: holocausta eorum, & victimae eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.

8 Ait Dominus Deus qui congregat dispersos Israel, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius.

9 Omnes bestiae agri venite ad deuorandum, vniuersae bestiae salutus.

*Huc rictus, huc fulmineos conuertite dentes,  
Deuotumq; gregem cædi tristiq; rapina  
Vnguibus humanis, pandisq; inuadite rostris;  
Falletur minimo custodia tota labore.*

10 Speculatores eius cæci omnes, nescient vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia.

11 Et canes impudentissimi nesciunt fatuitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiã suam, à summo vsque ad nouissimum.

12 Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

## Cap. 57.

1 Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordie colliguntur, quia non est qui intelligat: a facie enim malitiae collectus est iustus.

2 Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua.

3 Vos autem accedite huc filij auguraticis, semen adulteri, & fornicariæ.

4 Super quem iustitiam super quem dilatatis, & cecistis linguam? nunquid non vos filij scelesti, semen mendacium?

10 Nam vigilantes, quorum munus, de turribus altis  
Insidias cornu flammæ-ve, aut voce sonora  
Prodere præuisas, furẽmque arcere, lupumq;  
Nil oculis, nil mente vident: fidissima nuper  
Armenti tutela canes, latrare repente  
Dedidicere metu muti, ignauiq; & inertes.

11 Scilicet oppressos somno, fusosq; per herbam,  
Reliquias inter fœdas, semesaq; cenæ.  
Ructantes frustra besterna, mendacia nigram  
Per noctem vanis ludunt in somnia visis,  
Sensuq; obtenebrant inducã nocte sepultos.  
Mane epulas repetunt, nulloq; pudore modoq;  
Turpia in expleto conuiuia ventre repossunt.

Nec mirum, quando ipsi etiam statione relicta  
Et grege, pastores abeunt, quò quemque libido  
Abducit petulans, & opum malè sana cupido,  
Et luxus, atque ocij amor, quibus illud in ore.  
Personat: 12 O curæ procul hinc, procul este labores,  
O socij, properate, venite, bibamus, amemus:  
Quid vino melius? quid curis tristius agris?  
Flore comæ, vino pectus, frons rore madescat  
Assyrio, malè dispareat, qui crastina curat.

1 Interea, dum quisque datus bacchatur habentis,  
Indulgentq; animis, & nulla quid vitæ cura,  
Quid fas, quid-ve nefas segnes vacuosq; remordet;  
Vir bonus, & rigide custas virtutis, inulta  
Morte perit, pietas cadit indefensa, viriq;.

Ad eadem insontes magnis rapiuntur aceruis:  
Nec cuiquam mens est (heu quæ sacordia, ciues?)  
Aut animus, prope damnatæ succurrere causæ.

2 Felix causa tamen, nec enim periisse putandus  
Qui cadit, ille etenim ærumnoso raptus ab æuo  
Transit ad æternam non longa morte quietem;  
Pax ubi seposita est iustis ab origine mundi,  
Et nullo peritura die decreta voluptas

His quos non piguit vitam pro morte pacisci,  
Profectoq; meas inscribere sanguine læges.

1 Sed cui illuistis malè nati, & semine diro  
1 Concepti? meretricis onus, mæchæq; salacis

Ad eos hæc pertinent, qui prælaticum sint, officio suo non funguntur, sed tacent, dediti vino & voluptatibus.

## Cap. 57.

Hieronymus. Christum intelligit: potest tamen accipi generaliter pro omnibus iustis hominibus. Sic Regum cap. 22.

Turpe

*Turpe genus, partuque olido sub fornice fusus?  
Dicite carnifices, conuati que cruenta  
Cædis, in auctorem vitæ gens impia, spretrix  
Numinis, & magicos primis à matre sub annis  
Iamdudum cantus vanosque edocta susurros,  
Et leuo quid auis, qui dextro visa volatu  
Significet, quid plena boni, mutilata sinistri  
Ominis exta ferant, ecquem mala vipera sauo  
Dente petisse putas? in quem prolixia serpens  
Sanguinolenta tui torristi spicula rictus?  
Et telum bis de nimium penetrabile lingua?*

Quod genus hoc hominũ? quæ-ve hæc tam barbara  
Genis colit? immensi deserta numinis ade, (morem  
Sacra nouant horrenda sub arboribus frondosis.

5 Scilicet, ô miseri, vos hæc scelera impia tangunt,  
Qui me contempto, diis dæmonisq; profundas  
Sacras lucos, in verticibus præruptis;

Hic, ubi mille focus balant fumantibus aræ,  
Crudeles aræ, sed quæ crudelius ipsi  
Visceribus vestris (forsan ventura negabit  
Credere posteritas) & vestri sanguine fœtus  
Imbuunt, tanquam vitulos armenta negarent;  
Aut agnum caprum-ve greges, pretiosior hirci

6 Quam vester cruor est, quo sicci sæpe videtis  
Crescere torrentes, & præcipites conualles,  
(Horresco referens) rupesque & saxa rubere.  
Hunc morem certè non seruaere priores:  
Hic ritus vestrum inuentum est, ideoque peculij  
In sortem vestri (nam sic voluistis) habere.

Sic, ô sic libate diu, repetitaq; sæpe  
Sacra, noua vestros funestent cæde penates,  
Funera diiq; ferant nec funera talia vestri.

Sed quid ego interea? pro tam furialibus ausis  
Non indignabor? num forsitan sicut inultus  
Flebo puer? scelerum pœnas instare tuorum  
Fatidico vates tibi nuncio præsciis ore,  
7 Impia gens, quæ muta colis, quæ montibus altis  
Purpureis effulta thoris, sub nocte silenti  
Velleribus-ve ouium stratis, per somnia, rerum  
Nequicquam seriem, venturaq; tempora captas,  
8 Vestibuloq; tui primo conclauis, & ipsos  
Ante domus postes, larium simulacra tuorum  
Aut auro, aut ebene, aut cæ lato marmore poni,

Hæc facilius habent interpretationem ex cap. 17. quarti Reg. & Paral. 105.

Hæc omnia de Christo intelliguntur.

5 Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras?

6 In partibus torrentis pars tua, hæc est fors tua: & ipsi effudisti libamen, obtulisti sacrificium. nunquid super his nõ indignabor?

7 Super montem excelsum & sublimem posuisti cubiletuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias.

8 Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discepisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta.

g 2

Aut



*Aut fuso are iubet, cultus monumenta nefandi,  
Conspicuis incisa notis, ne lumina visu,  
Nemens admonitu sapiat caritura frequentr.  
O caeca mentes! o dulce latensq; venenum?  
Quid tibi non olim spondebas credula, quando  
Non à me verita es desciscere fœdere rupto,  
Externosq; sequi mendacia numina diuos?  
Spes omnes & vota tamen rapuere procella,  
Nec minus interea scortaris ineptia, tuosq;  
Vris amatores, & amando, & amare fatendo;  
Vrunt illi te, consetanturq; vicissim*

9. Et ornaſti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos.

*Regia fragrantem comtos vnguenta capillos,  
Et minio vultus, & tegmina murice pictam,  
Per iuga, per colles, per florea rura, per agros.  
Quid, quod & auditos tantum, nec nomine notos,  
Nec viſos, ardes meretrix mercabilis hircos,  
Faſaq; te, flammaſq; tuas, connubia supplex  
Legatis vltro petiſti turpia miſiſi?  
Spretaq; proh quas blanditias, quæ vota, preceſq;  
Non effudiſti, placito vt potireris amore?  
Mox ſpernens, & spreta iterum, ſpernensq; vicissim,  
Indomitoſq; gerens rabido ſub corde dolores,  
Vt ratis incertis tumidum raptata per æquor  
Turbinibus, quos non poſito temulenta pudore  
Paſſa procos? quos non teſtæque lutoque ſecuta?  
Mancipiis etiam auſa tuum ſubſternere corpus.*

10. In multitudine viae tuae laboraſti: non dixiſti, Quieſcam. viam manus tuae inueniſti; propterea non rogaſti.

*Nec laſſata tamen potuiſti hoc edere verbum,  
Iam ſatis, obſcena procul hinc abſcedite flamma,  
Iam tempus vetitos de corde fugarier ignes.  
Namque velut deducta manu, teneriſq; ſub annis  
Nullum non edocta ſcelus, ſenſimq; per omnes  
Mollitiei artes exercita, per dita luxu,  
Nec tua iam, compoſ-ve tui, dulciq; veneno-  
Ebria iam dudum tua per præcordia fuſo,  
Spes haud magna ſuper, poſiſi vt ſanior eſſe;  
Precipue, cum nulla tibi ſit cura ſalutis,  
Nec morbum agnoſcas, nec morbi vulnera nudes;  
Nec medicum accerſas, nec opem prece ſuplice poſcas.*

11. Pro quo ſolicita timuiſti, quia mentiſta es, & mei non es recordata, neque cogitaſti in cordetuo: quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es.

*Interea ſerpit virus, & gliſcit alendo,  
Dum tegus, & mihi te mentiſta, tuosq; dolores  
Infelix celas, pro quo iam multa tuliſti,  
Multa feres, ſed iure feres me vindice, quem tu  
Auſa negare Deum es, per iura, tuiq; mei;  
Immemor olim ego te euciam, ſpernamq; vicissim.*

*Diſſimulera.*

Sequi Deos alienos, relicto vero Deo, ſecundū ſcripturas eſt mœchari, vt dicto cap. 17. quarti Regū & apud Hieremiam cap. 10.

Leuiſimo momento perduntur omnes dii quos congregaſti.

Sumta metaphora ab iis qui ſternunt vias publicas.

*Diſſimulem licet, & pœnas in tempus omitam,  
Tu populis exempla dabis toto orbe futuris  
Iuſtitie manifeſta mea, tua, quid ſit amicum  
Sed iuſtum numen contemnere, pœna docebit.  
Tempus erit ſeris cum noſtras queſtibus aures  
Implebis, ſuperante malo, nullamq; ſerente  
Vltius medica artis opem, Tua numina, dicam,  
Te ſeruent, dii te, quos thure & ſanguine placas,  
Dij tot quaſiti cultiq; laboribus olim,  
Si quid habent, ſi quid poſſunt, in priſtina reddant.  
Aſt illi rapiente noto, ſubitaq; procella,  
Vaneſcent, tenues vt fumus inanis in auras.  
At qui me Dominum cœli terræq; potentem,  
Qua pietate decet, ſincero & ſimplice cultu,  
Et quo lex ritu dudum præcepit, adorant,  
Speſq; ſuas vni, ſua vota fideliter vni,  
Rêſque & opes, ſeu ſors triſtis, ſeu proſpera, credunt;  
Hos ego, terrarum, fragiliſq; laboribus aui,  
Et curis functos, cœli ſuper alta locabo  
Mœnia, quemq; habito ſublimes vertice ſiſtam;  
Qua ſemel arce ſitos, & lata pace fruenteſ,  
Sola relictorum comitum pia cura remordet.  
Ite (aiunt noſtri genis cuſtodibus aui)  
Ite genus volucre, & noſtros deducite fratres  
Hoc ipſo quo calle viam præceſſimus olim,  
Tollite inæquales cliuos ſcrupoſq; moranteſ  
A Equatis remouete viis, variaſque viarum  
Ambages, torioſque & multipliceſ anfractus:  
Et labyrintheos in rectum ducite flexus:  
Nulla viris obſtent diſpendia, nulla morentur  
Aſpera ſaxa fugam, dura emollite, luſoſa &  
Lubrica perpetuo, leuique inſternite ſaxo.  
Hæc etenim magni, quo non ſublimes alter,  
Qui cœlos caleat, quem circumſcribere nulla  
Sæcla queunt, quem nulla loci dimenſio finit,  
Immota atque æterna Dei ſtat fixa voluntas;  
Scilicet ille Deus, ſanctiſſimus ille Deorum,  
A quo, fonte velut, manant, quæ ſancta vocari  
Forſitan aut poſſunt, aut nobis poſſe videntur;  
Qui pia corda lubens habitat, reſugitque ſuperba,  
Qui ſpes acciſas, & deplorata repente  
Vota beat, miſeriſque animos & morte propinqua  
Solicitis vitam reddit, virêſque priores.  
Ille Deus cuſtas, & conſolator egentium*

12. Ego annuntiabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

13. Cum clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiducia habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit montem ſanctum meum.

14. Et dicam, Viam facite, præbere iter, declinate de ſemita, auferte offendicula de via populi mei.

15. Quia hæc dicit Excellus, & ſublimes habitans æternitate: & ſanctum nomen eius in excelſo & in ſancto habitans, & cū cõtrito & humili ſpiritu: vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum.

Hæc aliè in clamat, clamanti aduertite mentem.

16 Nō enim in semper militabo, neque v̄ que ad finem irā car: quia spiritus à facie mea egredietur, & status ego faciam.

17 Propter iniquitatē auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum: abscondi à te faciem meam, & indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui.

18 Vias eius vidi, & fanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius.

19 Creauī fructum labiorum pacem, pacem ei qui longè est & qui propè, dixit Dominus, & fanaui eum.

20 Impij autem quasi mare feruens, quod quicere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.

21 Non est pax impiis, dicit Dominus meus.

16 Non ego (quamquā aliud, si summo iure nocentiū facta velim factisq; pares expendere pœnas, Numinis exemplum temerati iniuria poscit) Perpetuo vindex in te seuire furore Constitui, & iusto franos laxare dolori. Si facerem, non terra suo libramine nixa, Nec mare fluctifono non explorabile fundo, Nec chaos immensum, nec quod tegit omnia cœlum, Nostri impune ferant stricturam fulminis vllam. Parcā igitur, nec quos animāui præpete mentis Viuificæ statu, quibus vnīs nostrā referre Ora dedi, placet extrema vastare ruina.

17 Peccauere quidem, cæcāq; cupidine rapti, Omniaq; & fanda, atque nefanda immaniter ausi, Conciuere meam factis furialibus iram, Inuitoq; mihi (restor mea numina) fulmen Extorsere meum: <sup>18</sup> sed mox ubi lumina vidi Mæsta scelus deslere suum, mea tela remisi, Verbaq; multa metus tristes solantia dixi. Cum quibus & luctus sedatus, & omnis ab vdo Fronte serenata, siccata est lacryma vultu. Quiq; fuit morbi, fuit & medicaminis auctor:

19 Nam simul ac petièrè, simul me dante salutem Et pacem, summo per verba precantia cœlo Deductam, pacem superum admirabile munus, Accepere omnes nullo discrimine gentes, Tam quæ iuxta habitāt, quàm quæ procul orbe remoto Regna colunt: <sup>20</sup> At non hæc tangunt dona superbos Numinis ofores, nec enim pax alma scelesto Impuroque potest in pectore figere sedem: Ast illud curæ vltrices, terrorq; pauorq; Irrequietus habet, noctèsq; dièsq; tremenda Exagitat sceleris semper præsentis imago, Terribilis visu species, cui conscius horror Accubat, & memorem nunc huc nunc diuidit illuc, Continuoq; æstu rapit in contraria mentem. Qualis in Euripo feruente reciproca sape Tempestas oritur, quem vis diuersa furorq; Ventorum discors resuis exasperat vndis, Et conculcandas ad littora vertit arenas.

21 Non alio (si dicta Dei non falsa probamus) Turbine vexantur fontes, longèque quietis Arcentur placido quem pax tenet aurea, portu.

Locum hunc diuus Paulus transcripsit in ep̄ ad Eph̄ capite secundō.

LIBER SEPTIMVS.



ERVVM ubi te pax alma, Dei certissima proles, Aut qua te tandem fessus regione requiram?

Non mihi te fasces populi, non purpura regum Inuidiosa dabit, nec te Mauortia castra, Insanum ve forum, nec litigiosa receptat Curia: Tu potius dulces ante omnia Musas Diua colis, musas non ex Helicone canentes Stupra Deum, cades hominū, & fera bella gigantiū; Sed quæ palmiferi sacras Iordanis ad vndas, Aut super Hermonij iuga roscida matutini, Sæpius Amoside cytharam mouere sonantem, Et populis responsa Dei cecinere futuris.

Cap. 58. Hic Isaias non prophetam, sed conuocatorem agit.

1 Ergo per Hebræas fama celeberrimus vrbes Dum ventura canit, cœlo vox missa sereno Perculit his vatem iam tum quorūq; certa petenti Fata recludentem populo: Quin, hoc age, (dixit) Et meus hic populus, quæ sunt præsentia, tandem Agnoscat, veniamq; petat, sua crimina passus. Iamque age, clarisonam quantum potes exere vocem, Nec lateri parcas, clama, increpa, & argue caram, Clangentiq; in star litui, per compita, perq; Vrbes & vicos, scelus exitiale meorum, Degeneresq; palam mores vulgare memento, Isacidumq; domus opprobria detege fœda.

2 Nam licet officij videantur velle videri Obnixè memores, si me per templa, per aras Sacrificis quarant ficta pietate diebus, Perq; scholas, & per collegia Rabbiorum Discursent, tonat hic ubi sede magister ab alta Turgida nescio quis sensuque carentia verba, Mèque volubilibus quis sim vestigat elenchis, Consiliūq; modum nostri, mentisq; vigorem Fando tenere putat: stat plebs arrepta, filetaq; Ingratus tamen ille mihi labor omnis habetur; Prorsusq; inuisus: nam quis me fallere possit, Et cœlum & terras atque infera regna videntem?

Et tamen hoc hominum genus intolerabile, sese Pässe putant nobis simulato imponere vultu,

Cap. 58.

1 Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.

2 Mè etenim de die in diem quaerunt, & scire vias meas volūt: quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudiciū Dei sui nō dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt.

Orè

Ore p̄j, scelerati animo, quibus est sua cordi  
Gloria, nec minus est odio mea: quidquid ab arte  
Iamdudum edocti prae texant, non secus ac si  
Omnia praestiterint legis praescripta seuerae.  
Exprobrare audent, & in os consistere contra,  
Iusta repositos praesumpta premia palma.

3 Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliuimus animas nostras, & neficisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.

3 Cur (aiunt) tristi ieiunia longa labore  
Perpetimur? corpusque fame, geniumque labore,  
Et teneros oculos lacrymis corrumpimus vdis?  
Quando nec fletus, nec te ieiunia tangunt  
Nostra, nec inculti vultus, artusque iacentes,  
Respicere ut saltem ista velis nutuque probare?  
Vos ego, respondi, non villo dignor honore;  
Neque penes nulla est istius gratia facti,  
Ut quidquam tali pro sobrietate rependam.  
Ora modis, esto, pallent liuentia miris,  
Labentisque genae fletus imitantur: at istam  
Non maciem fractisque genas, & languida membra  
Substracti fecere cibi, sed vestra libido  
Immodicusque furor, mentisque in fracta voluntas  
Indomitae, nulloque potis mitescere freno.  
Vos dapis immemores, ut dicitis, atque Lyaei,  
Alter amor violentus agit, sitis altera pungit,  
Auri sacra fames, & amor sceleratus habendi,  
Crudelisque facit, ne quas prece supplice voces  
Debitor exanguis, neruoque addictus, & haerens  
Fundit, inhumanas unquam admittatis ad aures:  
Immo etiam, quae debuerant pro tempore festo,  
Dum sacrum colitis, dum ieiunatis, omitti

4 Ecce, ad lites & contentiones ieiunatis, & percussis pugno impietate. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, ut audiatur in excelsis clamor vester.

5 Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circum caput suum, & faccum & cinerem sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino?

4 Arma fori, repetita vigent, litisque mouentur  
Olim intermissa, causisque nouantur iniquis.  
Nec tantum arma fori resonant arguta loquacis,  
Bella etiam ferro pugnisque parantur apertis,  
Et pulsatur egens, & vi subuertitur insons.  
Ne mihi, ne quae so ieiunia talia posthac  
O miseri iactate, graui mihi verberat aures  
Cum sonitu, caelumque quatit, miserandus egentum  
Clamor, & oppressa tristis querimonia plebis.  
Non haec sacra mihi, non haec libamina posco.  
5 An tu, quod iubeas mensas remouere, merumque  
Fontana mutes lympham, certisque dierum  
Curriculis iteres leges potusque, cibique,  
Pallidus, & sacco cinctus, vultusque remissos

Pulvere

Tales erant  
Pharisaei, in  
quos hoc loco  
inuenitur,  
& hypocritae,  
de quibus  
apud Matth.  
cap. 23. & Luca  
cap. 11.

Pulvere conspersus, tibi ritè videbere numen  
Demeruisse meum? Non qui summittere colla  
Fusus humi diducit, variisque inflectere gyris  
Huc illuc, torti in speciem de vimine cycli,  
Ritè litat, nec enim solo, quod rere, sacrantur  
More dies; puro sed religionis amore,  
Et veri studio, & pietatis simplice cultu.

6 Quisquis es acceptos igitur qui quæris honores  
Ferre Deo, quæ nunc loquor impiger arripe iussa:  
Eripe te duris, quantum potes, eripe vinculis  
Quæ vetus impietas nexu te detinet arcto;  
Tum liber, vinculos tibi obaratosque vicissim  
Solve lubens, duroque leua sub fasce gementes,  
Signaque, syngraphaque, & memores discerpe tabellas,  
Fænoris extorti testes diraque, rapinae:  
7 Differtoque penum, cellaque patente, popello  
Diuide ieiuno cerealia muneris fruges;  
Pauperibusque vagis, terraque iacentibus vda,  
Hospita recta aperi, nudoque operire memento,  
Et qui sis memor, & quo semine factus, eadem  
Conditione satos durus ne despice fratres.

8 Hæc si praestiteris, tua fama serenior horis  
Erumpet roseis, nitidoque illustrior astro  
Præueniente diem, cum matutina pudicum  
Exerit os Aurora, iubarque, accendit Eoum:  
Tum quidquid scelerum vestris infederat olim  
Sensibus, & quacunque mala contagia noxæ  
Tempore serpebant, penitusque in pectus abibant,  
Protinus abscedent, & iam magis, ac magis omnem  
Tam citò depelli mirabere pectore pestem,  
Teque statim absterfo reualefcere vulnere posse.

9 Non tamen istud opis vestrae, nec tanta facultas  
Insita, sponte sua Deus, haud pietate merentes,  
Non intellecto satis unquam munere donans,  
Laudatoque satis, vos tandem in pristina reddet,  
Iustitiamque ducem vobis vitæque magistram  
Demittet caelo, unde salus, unde omnis opum vis,  
Gloriaque, unde operum stabilis fiducia surgit;  
10 Qua tandem arreptus, terrisque ablatas, ad auras  
Niteris superas, nunquam irrita vota daturus:  
Quippe Deus, vix dum trepidantia labra mouentem  
Præueniet, iam iamque adsum, iam desine (dixit)  
Ecce adsum, quid me coram praesente tremiscis?

Abstinencia à  
cibus con-  
iuncta operi-  
bus gratia est  
Deo: Nec  
enim prodest,  
(ait Hierony-  
mus) vacuum  
portare ven-  
trem, & ca-  
cere quæ Deo  
displicent.

Per gratiam  
voluntas fa-  
natur, & illi-  
minatur in-  
tellectus.

Quæ hic di-  
citur nostræ  
iustitia, dici-  
tur à Paulo  
cap. 3. ad  
Rom. Dei iu-  
stitia, quia ab  
eo nobis do-  
natur.

6 Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui contracti sunt liberos, & omne onus dirumpe.

7 Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

8 Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orientur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.

9 Tunc innocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catenam, & deficeris extendere digitum, & loqui quod non prodest.

h Ergo

*Ergo age (namq; piis posita est uberrima merces)  
Iam melior, laqueos uncosq; graue sique catenas,  
Proijce, scintilla monumenta nefanda prioris;  
Parce pius in fonte manus scelerare cruore,  
Simplice sis mitique animo, sis cultor honesti,  
Contemtorq; auri; nec eme ambitiosus honores,  
Nec tu vende rapax, sit sobria lingua, modumque  
Infandi sandiq; sciat, sit dextera diram  
Larga famem miserorum hominum saturare sitimq;  
Diuitiasq; pios effundere prodiga in usus,  
Sit clemens oculus, nec linidus obliquato  
Lumine (grande nefas) alienos spectet aceruos,  
Nec crudele tuens atroxq; iacentis iniquam  
Rideat exprobrat-ve vicem, sit denique rectus,  
Per similesq; mei, quo res hominumq; deumque  
Temporo, rex iustis iniustisque omnibus idem.*

*Tum tibi versanti in tenebris lux protinus orta  
Clara magis, quam sol medio cum altissimus orbe est,  
Lustrabit puram pulsa caligine mentem:*

*11 Tum tibi se radio sique suos, pax munus Olympi,  
Pax hilaris, placidaq; quies gratissima mentis,  
Ostendet, nebula s q; animi fulgore corusco  
Dispellet: noua tum tibi gaudia pectus inibunt,  
Ossaq; per stupido sique artus, tenuataq; membra,  
Innuent vires, roburq; calorq; recurrent.  
Vtique herbae siccis quaecunq; seruntur in hortis,  
Sedula ni nutritrix fusas radicibus imis  
Sufficiat vires occulta que pabula tellus,  
Languescunt primi moritura solis ad aestum:  
Sic tuus iste vigor, ne nostri numinis aura  
Deficiente cadat, tandem & sua culmina ponat,  
Ipsè ego te nostros translatum nuper in hortos,  
Semper alam, semper fecundo rore fouebo.*

*12 Maeste animo virtute ista, tu sacra nouabis  
Aurea, tu lapsam iam dudum restitues rem.  
Tu loca vasta feris infessa draconibus olim  
Deductis toto replebis ab vrbe colonis.  
Tempora iam auspiciis per te melioribus ibunt,  
Aduentuq; tuo felix renouabitur aetas,  
Qualem non vidit veteris iustissimus eni  
Abramus, nec dux populorum Mosès, & ipse  
Iustus, amansque mei, nec rex atque optimus idem  
Vates, septenis praelatus fratribus, atque*

10 Cum effuderis  
esurienti animã tuã,  
& animum afflictam  
repleueris: oritur in  
tenebris lux tua, & te-  
nebrae tuae erunt sicut  
meridies.

11 Et requiem tibi  
dabit Dominus sem-  
per, & implebit splen-  
doribus animam tuã,  
& ossa tua liberabit;  
& eris quasi hortus ir-  
riguus, & sicut fons  
aquarum, cuius non  
deficient aquae.

12 Et edificabuntur  
in te deserta saeculorũ  
fundamenta genera-  
tionis & generationis  
suscitabis: & voca-  
beris aedificator se-  
pitum, auertens semi-  
tas in quietem.

Docet euilli-  
ter & huma-  
niter eũ ho-  
minibus, qui  
buteũ nobis  
est negocium,  
agendum.

Hæc & ple-  
raque quæ se-  
quuntur, pos-  
sunt ad Chri-  
stũ pertinere.

*De stabulo ad solum vix puber missus eburnum.  
Quinetiam sepes teneræ custodia vitis,  
Arcendo quondam pecori bona, noxia furi,  
Diruta nunc, denitusq; sua cum stirpe recisa,  
Floridior solito, te, te instaurante resurget,  
Nec pecori, nec iam nocturno peruia furi.*

*13 Maeste iterum, Numenq; sacras veneratus ad aras  
Rite meum, fuge solennes temerare nefando  
More dies, sensuq; tuos rationis inanes  
Velle sequi, vera irrisor pietatis acerbus:  
Ast animi placidus, parcus sermonis, & equum  
Iusq; & fas cole præcipue, Dominumq; potentem  
Iustitia reuerenter habe: tum cognita paucis  
Miranti tacitum tangent tibi gaudia pectus.  
Tum raptus terris sublimis ad astra ferere,  
Iam nihil humana metuens ludibria sortis.  
Vnde tuis subiecta oculis, qua mobile vulgus  
Summa putat, nihil ipse tuo sub corde caducum,  
Nil mortale fouens, felix tutusq; videbis.*

*14 Namq; ego te (ne sperne Deum nõ vana loquentẽ)  
Isacide patris solio sceptri s q; reponam  
A Eternis; nam fixa manent quæ fatum ab alto  
Os Domini, nec dura cui sub lege tenentur.*

**Cap. 59.** *1 At vos, ne rata sint facitis quæ spondeo, crimen  
Vestrum est si pœna citius si præmia votis  
Serius eueniunt; nec enim mihi dextera nervis  
Languida contractis adeo usque repente refrixit,  
Vt non sim, qui semper eram, neque amq; precantes  
Audire, & patrios saluis redhibere penates;  
Idem sum, qui saepe fui, nec mutor in horas:  
2 Nec mora, nec culpa est in me: vos crimine vestro,  
Concentum nostrum, quem me fore teste perennem  
Iurastis, miseri rupistis, & interiecto  
Obice coniunctum vobis malè dissociastis;  
Deniq; ut occulerem vulnus, aure s q; querelis  
Obstruerem, auctores per facta nefanda fuistis.*

*3 Quippe manus vestre digitiq; cruore piorum  
Stillant innocuo, lingua est armata veneno,  
Labraque nil impura nisi mendacia voluunt.*

*4 Nullus in hoc populo iustiq; bonique seuerus  
Exactor, nullus qui rectas aduocet artes,  
Consiliis nullus qui leges, iustitiamq;  
Suscipiat vera fortis ratione tuendam:*

Metaphora  
similitudine u-  
sata. Scrip-  
ta autẽ te in-  
fert ad Ecce-  
siam Dei, cu-  
ius sepes est  
vnitas fidel-  
qua iustitiam  
mordebit co-  
lubet.

13 Si auerteris à sab-  
batho pedem tuum,  
facere voluntatẽ tuã  
in die sancto meo, &  
vocaueris sabbatum  
delicatum, & sanctũ  
Domini gloriosum,  
& glorificaueris eum  
dum non facis vias  
tuas, & nõ inuenitur  
voluntas tua, vt lo-  
quaris sermonem:  
14 Tunc delectaber-  
is super Domino, &  
sustollam te super al-  
titudines terræ, & ci-  
babo te hæreditate  
Iacob patris tui: os  
enim Domini, locu-  
tum est.

#### Cap. 59.

1 Ecce, nõ est abbre-  
uiata manus Domini  
vt saltare nequeat,  
neque aggrauata est  
auris eius vt nõ exau-  
diat:

2 Sed iniquitates ve-  
stræ diuiserunt inter  
vos & Deum vestrũ,  
& peccata vestra abs-  
conderunt faciẽ eius  
à vobis ne exaudiret.

3 Manus enim vestræ  
pollutæ sunt sangui-  
ne, & digiti vestri ini-  
quitate: labia vestra  
locuta sunt menda-  
cium, & lingua vestra  
iniquitatem fatum.

4 Non est qui inuo-  
cet iustitiam, neque  
est qui iudicet verè:  
sed confidit in nihili,  
& loquuntur vanita-  
tes: conceperunt labo-  
rem, & pepererunt ini-  
quitatem.

*Omnes in præceps sua tetra libido ruentes  
Abripit, innixos vanis & inanibus umbris,  
Qua nihil ad veram prosunt faciunt-ve salutem.*

*Namque ex continuo cerebrig, animig, dolore  
Concipiunt intus sceleris genus omne nefandi,  
Furta, dolos, inimicitias, perjuriam, cædes,  
Dira latrocinia, & si quid crudelius istis:  
Sed pariunt vano fugientia somnia nixu:  
Ut quos illudunt noctem simulacra per atram,  
Vota cadunt, aut spem præter contraria veris*

5 Oua aspidum rupe-  
runt, & telas araneæ  
texturunt: qui comede-  
rit de ouis eorum,  
morietur: & quod cõ-  
forum est, erumpet in  
regulum.

*Eueniunt fatis: veluti quibus aspidis oua  
Frangere contingit, qui pro rutilante vitello,  
Aut nihil, aut factum caudag, iubaq, minantem.  
Repperiunt pauidi, quam velent talibus orsis  
Abstinnisse manum: labor irritus omnis inanes.  
Liquitur in ventos; ut opus quod aranea neuit,  
Subtilem tenui suspendens stamine telam:*

*Perniciem mortemq, fouent hac oua, caute*

*Qui sapitis: nam pro pullo pipiente, minaci*

*Conspicuum crista, visug, nocentior ipso*

*Quam morfu, testa saliet basiliscus aperta:*

*Nec tela istius, sibi quam gens impia texit,*

*Ne lacero rigidum sub tegmine credite frigus*

*Posse abigi, tristis-ve hyadas, rabiem-ve leonis;*

*Nudus erit talos à vertice totus ad imos,*

*Sub brumam tali quisquis cingetur amictu.*

*Quidquid agunt fontes, aut fors iustissima verit;*

*Aut non longa dies irrisum & inutile reddit.*

*Plena cade manus, celeresq, ad turpia planta*

*Flagitia, innocuum properant haurire cruorem;*

*Nulla sitim potis est restringere, nulla replere*

*Carnificina famem, vastant, rapiuntq, feruntq,*

*Obuia quæque, truces homines, quibus aurea magno*

*Pax odio est, & iustitie via recta seueræ*

*Displicet, auersis ad curni tramitis vsum,*

*Qua vir nulla bonus posuit vestigia, quæq,*

*Quisquis est, pacis nuraquam bona commoda vidit*

*Infelix, veraq, procul virtute remotus:*

*Qua semel expulsa mentis de sede, repente*

*Iudicium omne perit sanum, rectiq, boniq,*

*Cognitio, fons iustitie & pietatis origo;*

*Crebrescunt tenebræ sensim, lucemque diemq,*

*Eripiunt oculis, nox occupat omnia latè.*

6 Tela eorum non  
erunt in vestimentũ,  
neque operietur ope-  
ribus suis: opera eorũ  
opera inutilia, & opus  
iniquitatis in mani-  
bus eorum.

7 Pedes eorum ad  
malum currunt, & fe-  
stinant vt effundant  
sanguinem innocen-  
tem: cogitationes eo-  
rum cogitationes in-  
uiles: vastitas & con-  
tritio in viis eorum.

8 Viam pacis ne-  
scierunt, & nõ est iu-  
diciũ in gressibus  
eorum, semitæ eorum  
incurate sunt eis:  
omnis qui calcet in  
eis, ignorat pacem.

9 Propter hoc elon-  
gatum est iudiciũ à  
vobis, & non appre-  
hendet vos iustitia:  
expectauimus lucẽ,  
& ecce tenebræ: splen-  
dorem, & in tenebris  
ambulauimus.

Oua aspidum  
rum nere, est  
quod dicunt  
Latini Cama-  
rinam moue-  
re, id est, sibi  
ipsi malum  
accerrere.

Latini dicũt,  
Mali corui  
malum ouũ.

Hoc versus  
citat Paulus  
ad Rom. ca. 1.

*10 Ast illi primò ancipites, comitemq, ducemq,  
Qui regat, implorant frustra, perq, auia cæcum  
Prætentant iter, & tremulo vestigia gressu  
Suspendunt, nec dura nisi per vulnera, crebrasq,  
Offensas, sese aduertunt errare, caduntq,  
Luce palam, dum sol medio clarissimus orbe est;  
Nec rarò tales sequitur mors horrida casus,  
Vitæque cum gemitu fugit indignata sub umbras:*

*11 Qualem edit volucris transfixa columba sagitta,  
Aut qualem catulis orbata, & seua dolore  
Cum petit vrsa suum raptorem; haud illa pericli  
Telorumq, memor, sattu venabula supra  
Tollitur, & crudelem animam per vulnera mille  
Fundit, & horrissonis auras rugitibus implet.*

*Quam melius, qui supremæ fata ante ruina  
Pænituisset voluit: cæloq, attollere vultus,  
Oblatamq, oculis lucem haud spreuere malignis!  
Dumque manus tendunt, veriam pacemq, rogantes,  
Talibus haud frustra pulsarunt athera votis:*

*Iure quidem Pater omnipotens (nam vera fateri  
Nunc etiam inuat & manifestum agnoscere crimen)  
Plectimur, & spreta tristes pro luce tenebras,  
Et pro contempta exitium crudele salute*

*Perpetimur: 12 quis enim nostrum iam nocte fugata,*

*Exortoque die, & rebus cum sole reiectis,*

*Cælitus emissos radios, lucemque micantem*

*Obliguans oculos contra, non sponte reiecit?*

*13 Prætulimus veris fallacia somnia rebus,*

*Casurasque breui leges, hominumque reperta*

*Perfida, diuino responsis ore profectis,*

*Que semper rata nulla unquam falsi arguet ætas;*

*Et miramur adhuc, si dextra vindice fontes*

*Persequeris, iustaque in nos accenderis ira,*

*O Pater, ò hominum diuimque æterna potestas?*

*Plurima enim quæ nos te coram iudice damnant*

*Crimina sunt, nil non ausos ausoque potitos;*

*Quisque suam tacito versamus pectore vitam,*

*At an furiisque inscripta notis immania facta*

*Conscia mens seruat, relegitque legitque frequenter;*

*Noctes atque dies diris exercita curis.*

*Nam te cælesti demissum Patris ab arce,*

*Vera Dei soboles, magni Rex ætheris idem,*

*Qui vitam generi humano, veramque salutem*

10 Palpauimus sicut  
cæci parietem, & qua-  
si absque oculis atre-  
tatiuimus: inpegi-  
mus meretricie quasi in  
tenebris, in caliginos-  
is quasi mortui.

11 Rugiemus quasi  
vri omnes, & quasi  
columbæ meditantem  
gememus. expecta-  
uimus iudiciũ, &  
non est: salutem, &  
elongata est à nobis.

12 Multiplicatæ sunt  
enim iniquitates nos-  
træ coram te, & pec-  
cata nostra respon-  
derunt nobis, quia  
scelera nostra nobis-  
cum, & iniquitates  
nostras cognouimus,  
13 peccare & merti  
contra Dominum: &  
auerfi sumus ne ire-  
mus post tergum Dei  
nostri, vt loqueremur  
calumniam & trans-  
gressionem: concepim-  
us, & locuti sumus  
de corde verba men-  
dacijs.

10 Ast illi:

h 3 Attuleras,

Attuleras, verbis factiisque negauimus ipsis  
Periuri, licet ante satis per carmina vatium,  
Ipsiisque adeo manifesta voce parentis,  
Monstratum populis, commendatumque sonore  
Per nubem misso solum te audire iubentis.

14 Et conuersum est reuorsum iudicium, & iustitia longè fterit: quia corruit in platea veritas, & aequitas non potuit ingredi.

15 Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, praedè patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.

16 Et vidit quia non est vir: & aporiatu est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

17 Indutus est iustitia ut lorica, & galea salutis in capite eius. indutus est vestimentis vltionis, & operuit eum quasi pallio zeli.

14 Felices, quibus hæc tersas penetravit ad aures  
Vox atra erumpens, & sensus perculit imos.  
Nobis es triplex, & si quid durius ære,  
Circa pectus erat, cum tam mansueta loquentem  
Non solum non audimus tulimtis-ve, sed vltro  
Testibus oppressum falsis, iniusta locuti,  
Ad mortem impulimus: cum quo simul inclytus ille  
Virtutum chorus omnis, & ipsa Astra recessit,  
Paxq; & amor, 15 Verique fides sanctissima nutrix  
Deseruit terras: successit frausque dolusque,  
Iraq; insidiæq; & amor sceleratus habendi,  
Contemptusque Dei, & veterum irreuerentia legum,  
Insontiumque neces, pietasque relictarapina;  
Atque alia ex aliis quæ nunc quoque monstravideamus.  
Parce tamè Pater omnipotens, nõsque aspice tandè,  
Parce Pater, neque reliquias excindere perge  
Tam chara quondam gentis, quam patris Abramæ  
Stirpe satam nullo perituram temporis æuo,  
Quæ numero stellas, pelagi superaret arenas,  
Per te, perque tuum nulli violabile numen  
Iurasti. Hæc illi: quibus orsus talia vates:

Vera quidem sunt hæc, nec vocis egentia nostra;  
Scimus enim quæ vos iam dudum insania vexat:  
16 Ipse Deus, Deus ipse malum immedicabile vidit,  
Vidit, & ingemuit, tanto quod in agmine nullus  
Ius coleret, precibusque piis occurreret iræ  
Numinis, ad gladium iam iam referentis acutum  
Sanguineam dextram, fulmenque minantis & ignes.  
Non tamen auertet semper mærentibus aurem  
Durus, & indulgens iræ, sed sponte fauorem  
Exeret, amplexusque suos, animùmque resumens  
Pacatum, solo pollentis robore dextræ  
Seruabit, nihil externa virtutis egenus.

17 Namque pios propter, lorica more trilicis  
Præcinget se iustitiâ, galeamque salutis  
Aptabit capiti, iussis letabile tegmen,  
Terribile iniussis, in quos vindicta paratur,  
Ad seros etiam constanter itura nepotes:

Aporiatu  
vox ex Græco  
deriuata:  
ἀπορηται  
enim signifi-  
cat perplexū  
esse & inopē  
confilij.

Eadem Phra-  
sis in Psal. 67.  
Saluabit tibi  
dextera eius.

Nam

12 Nam quæ pulchra bonis Deus induit arma tuendis,  
Ensem fatiferum, & squammis thoraca rigentem,  
Sanguineumque sagum, clypei que volubile fulgur,  
Illa eadem vindex victorq; resumit in hostes,  
Perfidia meritas maiestatisque minuta  
Semper ab irato luituros crimine pœnas.

19 Ille fluenti sono quas gurgite naufragus ambit  
Oceanus, quis sit terris ostendet, & omnem  
Maiestate sui terrorè que numinis orbem  
Concutiet, notus qua sol oriensque cadensque  
Fertque refertque diem mundo communis utrique,  
Parcere subiectis, & debellare superbos.  
At vos felices ter & amplius, ecce redemptor  
Isacidum Deus, ille Deus, quem agnoscere nuper  
Cœpistis, inbare exorto, tenebrisque fugatis,  
Ecce venit leni per sudum immissus ab aura,  
Et sese vestris instillat mentibus vltro,  
Qualis in arentes riuus bullantibus agros:  
Excurrit fluminis, raurumque per humida murmur  
Saxa cit, & scatebris glebas fecundat inertes.

Exundantia  
gratiæ diuinæ.

20 Hic est qui blandis redeuntes excipit vltis,  
Transfugæ facile oblitus, ciuè que Sionis  
Vltro ad pacta vocat, pacem nil demoror (inquit)  
Isacide: sint hæc vobis rata fœdera mecum.

21 Spiritus ille meus princeps qui pectora vestra  
Aduersum sensus firmatque regitq; rebelles,  
Hocque meum verbum quod missum calitus, oris  
Temperat eloquium vestri, mentè que gubernat,  
Nunquam aberit vobis, nunquã data munia linquet;  
Transibunt etiam in seros ea dona nepotes,  
Nulla dies pactum hoc, vis nulla hæc fœdera rumpet,  
Non si tellurem medias effundat in undas  
Diluuio miscens, cælumq; in tartara soluat.

Cap. 60.  
Hieronymus  
hic intelligit  
Hierusalem  
illam quæ pri-  
mum de po-  
pulo Iudaico  
collecta est.

1 Surge igitur, caloque oculos attolle sepultos  
O Solyme, clarum ecce tuas iam mane fenestras  
Ingreditur: viden' ut medio noua flamma cubili,  
Faxq; noua irradiat? Domini hæc est gloria magni,  
Si nescis, quæ prima tuis se prodit in oris.

2 Cetera adhuc tellus tristi iacet obruta nocte,  
Et quascunq; polus gentes prospectat uterque,  
Caligo tenebræq; premunt; tu numine sola  
Præsenti (gratæ tibi) velut hospite gaudes.  
Ille suis vnâ ante alias natalibus ornat,

13 Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem iniuriis suis, iustis vicem reddet.  
19 Ertinebunt qui ab Occidente, nomine Domini: & qui ab Ortu solis, gloriam eius: cum venerit quasi fluminis violentus, quæ spiritus Domini cogit.

20 & venerit Sio' redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.

21 Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore feminis feminis tui, dicit Dominus, amodo & vsque in sempiternum.

Cap. 60.

1 Surge, illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

2 Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

Inq;

Inq; tua primūm reptauit paruulus aula,  
Iamq; uiget, similis vultum, vocemque, coloremq;  
Cuncta deo: prob, quanta breui, quā mira relatu,  
Quam visu desueta, tua pro manibus arcis  
Euenient! cuncti s'q; palam cernentur! ut olim hęc  
Latitiae mixto gemitu meminisse iuuabit!  
Quāta hinc, quā celebris, quā magnis gloria rebus  
Attollet sese totum diuina per orbem!

3 Et ambulabit Gen-  
tes in lumine tuo, &  
reges in splendore or-  
tus tui.

4 Leua in circuitu  
oculos tuos, & vide:  
omnes isti cōgregari  
sunt, uenerunt tibi:  
filij tui de longe ve-  
nient, & filiae tuæ de  
latere surgent.

5 Tunc videbis, & af-  
flues, & mirabitur, &  
dilatabitur cor tuum,  
quādo conuersa fue-  
rit ad te multitudo  
maris, fortitudo Gen-  
tium uenerit tibi.

6 Inundatio camelo-  
rum operiet te, dno-  
medarij Madian &  
Epha: omnes de Saba  
uenient, aurū & thus  
deferentes, & laudem  
Domino annuntian-  
tes.

7 Omne pecus Cedar  
congregabitur tibi,  
anietes Nabaioth mi-  
nistrabant tibi: offe-  
rentur super placabi-  
li altari meo, & domū  
maiestatis meæ glo-  
rificabo.

3 Quin & tempus erit, nec spem mora longior uret,  
Cum reges populis qui dictant iura remotis,  
Abs te, sed noua iura petent, & numine ducti  
Ritē tuo, prauum fugient, reētumq; sequentur.

4 Immo age, tempus adest, oculos circumfer in altum  
Qua tu parte uoles, uident ut surgentis ab axe  
Solis, & occiduo mittat tibi terra cubili  
Innumeros populos? hic ingens cœtus, & omnes  
Quos dextra lauaq; uides, tibi iungier optant,  
Te dominam, te reginam, matremq; salutant,  
Inq; tuos iam iamq; sinus adrepere gaudent.

5 Quid tibi tunc animi uirgo, cum regna uidebis  
Tota ad te fluere, inq; tuis considerare muris?  
Quanta tibi tacitum mulcebunt gaudia pectus!  
Cum mare spectabis peregrinis feruere remis,  
Armata s'q; uiris classes, & merce refertas  
Barbarica, tibi diuitias offerre beatas!  
Et pansis littus uelis, portumque subire!

6 Quid Madianitas memorē, Gepharonque colentes  
Montanam? (quamquam pax tecum nulla, sed atrox  
Bellum diuersis ritu, regione propinquis)  
En ultro ueniunt, & inundant agmine campos  
Pacifico Iudaea tuos, ueniāmque precantur,  
Instrati s'que uehunt post se sua dona camelis.

Parte alia gemmas, auri graue pondus & aris,  
Multaque corticibus sectis sudata Sabæi  
Thura ferunt, laudē s'que Dei, mirandaque facta  
Concelebrant, Cedarenuus oues, Nabeotius hircos  
Incola sacrificis urendos ignibus offert,  
Utque litent tecum, proauita mapalia linquunt;  
Non iam adipe aut fumo, non cæsi sanguine tauri;  
Sed castis precibus, sed uotis ritē solutis.  
Hi cultus, hi sunt mea quos sibi poscit honores  
Sancta domus, colui quam præsens ipse, colamque  
Semper, dum tellus, cælumque, solumque manebunt.

Sed

Regiones  
sunt ultra  
Arabiam, fer-  
tiles camelo-  
rum.

Cedar & Na-  
baioth filij  
sunt Ismaëlis,  
ex quorum  
nominibus  
appellata est  
solitudo quæ  
frugū inops  
abundat pe-  
core.

Sed quid tam creber sibi uult concursus ad urbem,  
Qua patet occiduis Zephyrorum obnoxia flabris?  
Quid ue petunt isti, quos nubis more uolantis  
Accelerare uides, aditusque capeffere primos?  
Quales exorta cum tempestate columba  
Tuta petunt, nidusq; suos, ut quæque sequentem  
Remigio potis est celeris prauertere pennæ?

Peretopunt  
significat  
quod d regna  
gentiū quid-  
quid habent  
egregiū, cō-  
uertent ad  
religionem  
Christianam.

9 Hi sunt extremis populus deuectus ab Indis,  
Barbara gens, assueta mari, quos nominis ingens  
Fama mei exciuit, remis uada cærule uerrunt  
Natorum aucturi numerum prolemque tuorum  
Iamq; nouam adducunt pubem, supplentq; Senatū  
Mansuri: nec enim uacui uenere, sed aurum  
Argentumq; ferunt, atque hospita munera portant  
Isacidum domino, Regiq; Deoq; potenti.

10 Pone metum Virgo, si quis tua mœnia casus  
Diruerit, manibus reparata repente resurgent  
Regum externorum: nec enim tibi turpe putabunt  
Seruiles prestare operas, trabeaq; reiecta,  
Semotoque securigero licitore, superbos  
Coram te, pedibusq; tuis submittere fascēs.

Euentura cano, nec enim diffidere dictis  
Fas crede esse meis, nec si pro tempore, nostras  
Sensisti quandoq; manus, experta, quid esset  
Irritare Deum, nimium meminisse doloris  
Præteriti decet, & curis consumier agris:

Id est, iuxta  
Paulum cap.  
1. ad Ephesos,  
secundū pro-  
positum siue  
in beneplaci-  
to uoluntatis  
meæ.

Sed potius, quo te uultu, nil tale merentem  
Quam patrio ultra etiam complexus amore recepi,  
Sæpe agitare animo, & spem eui firmare futuri.

11 Iam tua precipiti pomœria cingere fossa  
Nil opus est, claustrisq; aditus portisq; tueri;  
Immo seris pateant noctē s'que diē s'que remotis,  
Et cuiuis pateant, nullo discrimine sexus,  
A Etatis, moris, gentis, generis-ue, domus-ue:  
Nam quidquid toto rarum nascetur in orbe  
Excellens-ue (mihi delectum linque) secundis  
Confluet huc uelis, & equis, rege s'q; duce s'q;  
Dona ferent, & amicitiam pacemque rogabunt.  
Aude igitur portas ultro præbere patentes.

12 At qui lene ingum obstipa ceruice recusans,  
Incuruata tibi submittere colla negabit,  
Illum ego, seu rex ille fuit, populis-ue tribus-ue,  
Perdam, & diuisum terra radicitus, arros

8 Qui sunt isti, qui ut  
nubes uolant, & quasi  
columbæ ad fenestras  
suas?

9 Me enim insulæ ex-  
pectant, & naues ma-  
ris in principio, ut ad-  
ducam filios tuos de-  
longe: argentum eorū,  
& aurum eorū cum eis  
nomini Domini Dei tui,  
& sancto Israhel, quia glo-  
rificauit te.

10 Et ædificabunt fi-  
lij peregrinorum mu-  
ros tuos, & reges eorū  
ministrabunt tibi: in  
indignatione enim  
mea percussisti te, & in  
reconciliatione mea  
miserus sum tui.

11 Et aperientur por-  
tæ tuæ iugiter: die ac  
nocte non claudētur,  
ut afferatur ad te for-  
titudo Gentiū, & re-  
ges earum adducan-  
tur.

12 Gens enim & reg-  
num quod non ser-  
uierit tibi, peribit: &  
Gentes solitudine uas-  
tabuntur.

13 Gloria Libani ad te venit, abis & lignum, & pinus simul, ad locum sanctificationis meae, & locum pedum tuorum glorificabo.

14 Et venient ad te curvi filij eorum qui humiliaverunt te, & dolentibus vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Civitatem Domini, Sion sancti Iffaci.

15 Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non eras qui peccate transierat, ponam te in superbiarum seculorum, gaudium in generationem & generationem.

16 Et suges lac Gentium, & mamilla regu lactaberis: & ices quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

17 Pro arte a feram aurum, & pro ferro afferam argentum: & pro lignis aes, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & praefectos tuos iustitiam.

18 Non audierat vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.

In cineres redigam fumum, lenemq, sanillam.  
 13 Ipse tibi Libanus multa caput arbore cinctum  
 Submittet, Libanus nemorum rex, & sylvaram  
 Gloria Phœnicum, ramosque inflectet olentes,  
 Pinus, acer, cœrus, buxiisque abiesque virentes  
 Perpetuo frondes ad nostra sacraria mittent,  
 Prætexentque meam quam nunc colo frondibus adem.  
 14 Tu quoq, Virgo, tuos hostes, horumq, nepotes,  
 Ante tuos fera colla pedes curvare videbis,  
 Osculaque inuisis quondam sibi figere plantis:  
 Tu Domini sedes, tu sancta vocabere magni  
 Numinis vrbs, inierque arces arx prima beatas.  
 His etiam haud falso celebrare nomine, qui te,  
 Mendacilacerant mala per commercialingua;  
 Omnia que (nam vera vides) iam sponte retractant,  
 Osque olim impurum sacra nunc in carmina solvunt.  
 15 Nec, quod spectata olim, cunctisq, inuisa feraris,  
 Te moveat, nec enim muros meminisse relictos  
 Vastatosq, decet, namq, hæc tolerare merenti  
 Iure tibi, vice supplicij pœnaq, fuerunt:  
 At nunc, quam nulla humana vestigia plantæ  
 Signabant, populis celebrem, titulisq, superbam  
 Efficiam, quos nulla dies, & tempora nulla  
 Pastorum memorari poterunt abradere libro.  
 16 Te populi pascent, cbaram velut anxia nutritrix  
 Lacte suo pupam, tu regum diuite mamma,  
 Nectar & Ambrosiam, cœlestia pocula, suges.  
 Tum demum disces exploratumq, tenebis  
 Quis sim, servator tuus, assertorq, redemptorq,  
 Isacidum, Deus ille Deus, quo fortior alter  
 Non fuit, est, nec erit; nec opem dare promptior alter.  
 17 Solue metum, tibi pro arte rudi, mutabitur aurum,  
 Pro ferro, lentum argentum, pro marmore ferrum,  
 Proq, putri trabe, prædurum donabo orichalcum.  
 Auræ deniq, me succedent secula rege,  
 Namq, tuas in spectum res, qui numine nostro  
 Lecti mittentur, præda procul atque rapina  
 Iustitiam pacemque colent, litésque sepultas  
 Extinguent penitus, nec bellis bella fouebunt.  
 18 Felix ô felix superum domus, in clyta magni  
 Numinis vrbs, sedesque Dei! quis carmine dicat  
 Que bona te maneant olim, cum morte precepta,  
 Ipse parens mortis stygio damnabitur Orco,

Libanus mōs est Phœnicis, cœlus amonibus cœstitas. Per lūas autem arbores, vni magno i genio præditi, & infirmitate sapientia & philosophia intelliguntur, qui suam sapientiam conuertunt ad vltim ecclesiastiam.

Per tropū significatur, quod virtutes gentium quæ non habebat veram laudem apud Deū, posthac habebunt ex fide & gratia Christi.

Isacidum, cū absorptū est in victoria regnum a mortis & peccati.

Vinctus

Vinctus perpetuis immania membra catenis?  
 Nullatuos bello fatalis machina muros  
 Concutiet, nullus fines populabitur hostis:  
 Sed securâ salus, pax tuta, satellite nullo,  
 Servabunt portas, sine vecte seraque patentes:  
 Non ibi clara dabit sonitum tuba terrificum, sed  
 Incustodita carmen resonabit in vrbe,  
 Latitiâq, frement vici, plausuq, plateæ.

19 Necia tu macula, letumq, & dulce venidens,  
 Vt sol fulgebis, nihil attamen indiga Solis,  
 Nil Trinitæ, quæ nocte suum nigrante reducit  
 Plena diem: Deus ipse tibi lux alma, decusque  
 Aeternum, nulliq, astro sua lumina debens,  
 20 Solus erit, non ille pati dispendia, Luna  
 More, sciet, sensimq, eadem reparare renascens,  
 Nec sua (deficiens ut sol mortalibus omen  
 Tristibus horrificum) cingi sinet ora tenebris.  
 Hæc mortalia sunt, variiq, obnoxia causis,  
 Momentisq, fluunt olim interituræ: sed vnus  
 Aeternusq, Deus, lux magni publica mundi,  
 Lux indeficiens, lux cuius ab ignibus ignes  
 Auricomi, quotquot cœlo spectantur in alto  
 Lumen habent, hæc te lux aurea tota, beatam  
 Lustrabit face perpetua, luctumq, doloremq,  
 Atrâq, tristitiæ lucentis nubila pellet.

21 Tum ciues, ô Diua, tui, quos nobilis instar  
 Germinis, aut lectæ generoso è semine stirpis  
 Ipse manu in seui, tecumq, adolere iusti,  
 Iustitiæ cultu crescent, terramque parentem  
 Non frustra effæta steriles radice, tenebunt;  
 Sed propagabunt latè genus, vnde nepotes  
 Omnia durando voluentes secula vincent.

22 Quinetiam leto veluti depactus in aruo  
 Surculus, in sobolem immumeram (mirabile visu)  
 Et gentem magnam, nec erit mora longa, resurgent,  
 Terque sua populos obnubent mille sub umbra.

Hæc ego post certos decursi temporis orbis  
 Vt rata sint faciam, nec me vis vlla tenaci  
 Flectet proposito: sedet æternumq, sedebit  
 Hæc animo defixa meo non vana voluntas.

Cap. 61. 1 Vtq, minus dubites, nec viribus hæc quoque credas  
 Consteri humanis; patrio vibratus ab ore,  
 Me super afflauit cœlestem spiritus auram;

19 Non erit tibi amplius sol ad lucendū per diem, nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20 Non occidet vltra sol tuus, & luna tua nō minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

21 Populus autē tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabūt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.

22 Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam: ego Dominus in tempore eius subito faciā istud.

Cap. 61.

1 Spiritus Domini super me, eo quod vixerit Dominus me: ad annuntiandum mifericordiam misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarē captiuis indulgentiam, & clausis apertionem:



Et sacrosancto totum perfudit oliuo,  
Mirificoq; sui mihi cor flammauit amore,  
Edocuitq; loqui densis immersa tenebris  
Arcana, & totum sua nuncia ferre per orbem,  
Nuncia non iras rapidum-ve minantia fulmen,  
Sed pacem, veramq; piis latura salutem,  
Letitiam afflictis, solatia dulcia mæstis,  
Speratamq; reis toties, totiesq; petitam  
Sed frustra veniam, deiractaq; vincula nexis.

2 Vt prædicarem an-  
num placabilem Do-  
mino, & diem vitio-  
nis Deo nostro: vt cõ-  
solarem omnes lugen-  
tes:

3 Vt ponerem lugen-  
tibus Sion, & darem  
eis coronam pro cine-  
re, oleum gaudij pro  
luctu, pallium laudis  
pro spiritu mceroris:  
& vocabuntur in ea  
fortes iustitiæ, planra-  
tio Domini ad glori-  
ficandum.

2 Ille ego, qui festum placati numinis annum,  
Optatamque tuis ataus denuntio lucem,  
Qua dignas Domino luet hostis vindice pœnas,  
Gaudebunt iusti, luctus procul omnis abibit,  
Et sedabuntur me consolante dolores,  
3 Abiectiq; novas vires, animosque resument,  
Atque inconcussum me respiciente vigorem.

Ergo agite o matres, natæq; nurusque Sionis,  
Pro cinere immundo, & pepeli lachrymabilis usu,  
Cingite flore nouo caput & frondente corona,  
Depexosque oleo fragrante perungite crines;  
Ponite ferales cultus, monumenta doloris,  
Et gratabundæ festiuas sumite vestes:  
Munere namque meo vobis redière repente  
Pax & iustitia, & nulli superabile robur,  
Visque inuicta virum, Domini prænobile germen;  
Quos ego, non aliter quàm rarî sedulus horti  
Cultor ab extremo translatas littore plantas,  
Excolui, semperque colam, dum prorpius adulti,  
Iamq; suis validi truncis, (mea magna voluptas  
Et dulcis labor, & multi cultura decoris)  
Protendant late ramos, & ad æthera raptim  
Vi propria nitantur, & omne nemus subiectum  
Nube tegant, solémque premant maioribus umbris.

4 Et edificabunt de-  
serta a seculo, & rui-  
nas antiquas erigent,  
& instaurabunt ciui-  
tates desertas, dissipat-  
as in generationem  
& generationem.

5 Et stabunt alieni, &  
pascunt pecora vestra:  
& filij peregrinorū,  
agricolæ & vinitores  
vestri erunt.

4 Tunc recidiua manu desertæque mania forti  
Cernere erit poni, stratasque resurgere moles,  
Et noua præruptis in montibus oppida condi,  
Vicinasque astris arces spectare iuuabit,  
Passimq; incultas, cultasq; habitari eras. (sub)  
5 Confluet huc genus omne hominū, peregrinus & ex-  
Aduenæq; & vestris seruitum nutibus ibunt:  
Curabunt alij pecuaria, manèque primo  
Armenta atque greges in pingua pascua mittent;  
Depangenti alij vites, hi vomere terras

Proscindunt,

Hoc exponit  
Christus ipse  
apud Lucam  
cap. quarto:  
Hodie imple-  
ta est prophe-  
tia hæc in au-  
ribus vestris  
&c.

Proscindunt, iungentque alacres ad aratra iuuenos,  
Quisque suis operis vocique intentus herili.

6 Vos verò meliore loco, melioribus ortos  
Auspiciis, gens ante alias generosa, mihi que  
Lectæ tribus, mea sacra manent, semperque manebunt  
Felici tractanda manu: quid? creditis istud  
Exiguum munus? vobis patet aurea solis  
Interior templi domus, & penetrabile prophanis  
Obstructum populis, qui vos ut numinis alti  
Sacrificos mystasque colunt, reuerentur, honorant.  
Nam seruire Deo, regnare est. denique vobis  
Nil deerit, dominis rerum quas possidet ortus,  
Quas habet occasus; quidquid sub vitroque iacentes  
Sole tenent populi, vestrum est; Deus omnia vobis;  
Rémque decusque, novos titulos, noua nomina fecit;  
Nec procul inuidia positos concessit honores.

6 Vos autem sacer-  
dotes Domini voca-  
bimini: Ministri Dei  
nosui, dicetur vobis:  
fortitudinem Gentium  
comedetis, & in glo-  
ria earum superbiētis.

7 Ergo degenerem detergite fronte pudorem,  
Recta placent, in me rectos attollite vultus.  
Vestra est quanta patet rerum solidissima tellus,  
Quam diuensus ego vobis in pace colendam.  
Latitiæque, sua pro sorte cuique relinquo.  
Este metus igitur vani procul, este timores,  
Et noua flebilibus succedant gaudia curis,  
Gaudia, quæ nullus luctus asperget amaror,  
Sed pura, & nullis intermoritura diebus.

7 Pro confusione ve-  
stra duplici & rubore  
laudabunt partem eo-  
rum: propter hoc in  
terra sua duplicia  
possidebunt, lætitia  
sempiterna erit eis.

8 Nam mihi simplicitas cordi est, rectumque fidè que:  
Vnde fit, vt vos hoc præsertim nomine cunctis  
Prætulim populis, quos sol vagus vndique lustrat:  
At qui diuitias sibi congefere rapinis,  
Quique latrociniis gaudent, & cadibus, odi.  
Quare nec partis per vim fraudemque fruentur,  
Nec natis (quæ prima patrum sunt vota) relinquent;  
Sed sua furta palam, populo licitante, sub hasta  
Addici rauca præconis voce videbunt,  
Quæ vos, & vestri per sæcula multa nepotes  
Munere cuncta meo, sine lite tenebitis vlla.  
Hæc vt sint vobis faciam rata fœdere firmo,  
Immemorem cuius me nulla redarguet ætas.

8 Quia ego Domi-  
nus diligens iudiciū,  
& odio habens rapi-  
nam in holocausto: &  
dabo opus eorum in  
veritate, & fœdus  
perpetuum feriam eis.

9 Ex illo latè crescet genus omne piorum,  
Pérque vrbes populosque satum, tractusque remotos  
Deducente Deo, factusque fouente tenellos:  
Quo vaga cumque patet tellus circumflua ponto,  
Mille nouas soboles celeri dabit incremento;

9 Et scietur in Gen-  
tibus semen eorum,  
& germen eorum in  
medio populorum:  
omnes qui viderint  
eos, cognoscent illos,  
quia isti sunt semen  
cui benedixit Domi-  
nus.

Quæ magnam in gentem leta propagine surgent.  
Tum verò magna hec, & non humana videri  
Finitimis, & qui coram propiusque videbunt,  
Agnoscent, dicentque Dei memorabile munus;  
Et populum hunc ad se cælo diuinitus actum  
Suscipient, dextrisque datis in mutua iuncti  
Fœdera deuenient, & iam gens vna sub vno  
Sacra eadem morèsq; Deo legèsq; subibunt,  
Reginæq; chori carmen præcunte sonorum,  
Alternis talem cantabunt versibus hymnum:

10 Hactenus exsilia, & duos meminisse labores  
Quos tulimus, regumq; minas, & inssa superba  
Fas fuit, o comites: at nunc (quis magna potentis  
Facta Dei possit meritis æquare canendo  
Versibus?) exultant dulci præcordia motu,  
Mensque salit mira dulcedine capta, Deoq;  
Auctori tantorum operum noua carmina dicit.  
Ipse mihi quando merite nihil, omnia largus  
Munificusque vltro cumulauit munera dextra:  
Namque salutarè nudum protexit amictu,  
Iustitiæq; dedit gemmantem ferre coronam;  
Vnde ego sublimis medias incedo per vrbes,  
Insigni pompa, veluti cum sponsus amate  
Deductus sponsa, deducta-ve sponsa marito,  
Purpura vterque micans, auro distinctus vterque,  
Et gemmis crines, & colla monilibus ardens,  
Compositos incunt thalamos præcunte chorea.

11 Felix o felix tempus, quo sancta per orbem  
Iustitia, ut roseis nitidissima virga viretis,  
Flosque prouus regum cultis nutritus in hortis,  
Exsurgat, diuinq; caput sub luminis auras  
Exeret, & populis letos afflabit odores,  
Hyberni nullo perituros frigore cæli.

12 Ex vnaquâ lucem hanc leuibus citus aduehet horis, Cap. 62.  
Lucifer, ante alios cæli incundior ignes?  
Certè ego summe Deum, vates tuus, vsque precari  
Non mittam, neque si lacrymas fletusq; requiris,  
Fletibus aut lacrymis parcam, dum luceat ille,  
Ille dies festo vectus per cærula curru,  
Quo Solymas Iustus sese dimittat in oras,  
Et iuga palmifera lustret nebulosa Sionis:  
Nec iuga palmifera tantum nymbose Sionis,  
Sed cunctas, quocunque iacent sub cardine, terras

Luce

10 Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsum ornatum monilibus suis.

11 Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic Dominus Deus germinebit iustitiam, & laudem coram vniuersis Gentibus.

Cap. 62.

12 Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescè, donec egrediat ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lapsus accendatur.

Ecclesia quæ exultat in loco suo.

Per ornamenta hæc significatur vera spiritus sancti charismita.

Hic exprimit Vates vehementem suam erga populum Iudæum affectum.

Luce saluifera, & radiis propioribus afflet.  
2 Fortunata Sion, sacrata cuius ab arce  
Vera Dei soboles, verus Deus, inclinus ille  
Tartarei domitor monstri, generisq; redemptor  
Humani, miro prodibit gentibus ortu!  
Stramineas cuius cunas, calamiq; rigentem  
Semirutamq; casam, magno quondam agmine visent.  
Attoniti reges, latabunturq; reperta.

3 At tu terra parens regum, parituræque Regem,  
Cui mare, cui tellus, cui cæli regia paret,  
Nobiliore mihi iam nomine compellanda,  
Et titulo decoranda nouo, tibi quem Deus ipse  
Ore suo meritis dignans pro talibus indet.  
Terra puerperio magna dignata Parentis,  
3 Tu Domini felice manu tractata, suauem  
Qualem halat vario quæ texta est flore corolla,  
Coram illo, qui cuncta videt fragabis odorem:  
Tu specie præstante tui formæque decoris,  
Chrysolithis duplicem vinctes auròque coronam,  
Gestamen regum capitiq; in signo superbi.

4 Solue metum, veteresq; queri iam mitte dolores,  
Nec casus metuas villos Domus alta, Deoq;  
Freta tuo; iam non Deserta nomen habebis,  
Sed Patri mater præclara vocaberis aula,  
Et magni mater populi, diuèsq; colonis,  
Quos ego (nam certo sedet hoc mihi pectore fixum)  
Deiucam extremis vtriusq; à finibus axis,  
Vt mihi ab æterno lætiam, gratamque frequentent,  
Vnanimèsq; colant sub ysdem legibus urbem;

5 Concordiæ meum lætæque subire suescant  
Fronte iugum: 5 qualis tenera solet esse puella,  
Quam par connubium cupido coniunxit amanti,  
Vnaq; mensa duos, domus vna, vnumq; cubile  
Felices, sine lite tenet, sine lite tenebit  
Semper talis erit natorum vita tuorum  
O Solyme, 6 quam tuta diu tuamœnia iuncti  
Seruabunt, murosque tuos, quos per uigil ambit  
Nocte dieq; meus fido cum milite custos,  
Non lateri parcens, non faucibus atque palato,  
Dum iustas obit excubias, memoriq; pererrat  
Munere commissam notis regionibus urbem.

Sic agite o vigilæ nostri custodia walli,  
Somnum oculis segnem prohibete, 7 silentia linguis

Mœnia

Alludit ad locum psal. 101. Timebitur gētes nomē tuū Domine, & omnes reges terræ gloriā tuam.

2 Et uidebantur Gentem istam tunc, & cuncti reges in cunctis tunc: & uocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.

3 Et eris corona gloriæ in manu Domini; & diadema regni in manu Dei tui.

4 Non uocaberis vltra Deserta: & terra tua nō uocabitur amplius Desolata: sed uocaberis, Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur. quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur.

5 Habitabit enim iuuenis cum uigine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te: Deus tuus.

6 Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui remiserimini Domini, ne taceatis: 7 & ne detis silentiū ei, donec stabiliat, & donec penetret Ierusalem laudem in terra.

*At ænia dum celebri consurgant inclita fama,  
Et munita situ, fossisque atque aggere septa,  
Contemnant hostem, seu vi grassetur aperta,  
Siue dolis instructus agat, fraudesq; malignas  
Arte tegat, solitum sibi sæpe vsuq; probatum.*

8 Iuravit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, Si dederō triticū tuum ultra cibū inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti.

9 Quia qui cōgregabunt illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis.

10 Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signum ad populos.

11 Ecce Dominus auditum fecit in extremis terra, dicite filij Sion, Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius corā illo.

*Hæc si feceritis, confidite, iuro per ipsum  
Me, dextramq; meam, quæ falli aut fallere nescit,  
Non ego, quæ posthac magno sudata labore  
Farras metes, anni spem, ratorumq; tuorum,  
Victori rapienda dabo, nec condita cellis  
Vina cauis, nec quam venientem parcus in annum  
Leuisti testam, sibi barbarus auebet hostis:*

*9 Sed sua quisq; suo potietur parta labore,  
Et quæ consēuit carpet, mustumq; paterno  
Calcatur prælo libans, te sancte vocabit  
In partem Deus, & primos sacrabit honores.*

*10 Ergo agite, & portas aperite patentibus urbem,  
Confluet huc genus omne hominū, matresq; nurusq;  
Turbaq; cana senes, pueri innuptæq; puella,  
Collecta ex filio pubes, miserabile vulgus,  
Regesq; proceresq; aderunt discrimine nullo,  
Optabuntq; locum regno, optatoq; fruuntur.*

*Tantum, vos quibus est custodia tradita, planas  
Et faciles facitote vias, salebrāsque morantes  
Tollite, ne populis quidquam properantibus obstat,  
Nē-ve quis inflexus variis ambagibus error  
Decipiat, rectæque via seducat euntes;  
Erectum, sublime, patens, nudumque, nec umbris  
Obductum, aut tenebris populo proponite signum.*

*11 At simul insonuit tua vox, ô maxime diuūm,  
Mox terris, terris audita est omnibus, & quæ  
Surgentem, mediūque vident, solēmq; cadentem:  
Et quibus audita est terris, huc exciit omnes,  
Tam reges, quàm rerum inopes, rurisq; colonos:  
En veniunt, sacramq; petunt magno agmine sedem.*

*O felix ter & amplius augustissima sedes,  
Posta Siomei sacrato in vertice montis!  
En seruator adest tuus, en tua limina magnus  
Ingreditur Deus, & sese penetrabilibus infert  
Ille tuis, qui supplicium, qui premia cuique  
Pro meritis reddet, per se pollensque potensque  
Omnia, consilij nec opis vilius egenus,  
Cuius opus ratione sequi, aut comprehendere mente,*

Nulli

Beneficium Christi nati non ad vnam tantum nationē, sed ad omnes omnino homines pertinet.

*Nulli concessum est hominum, nullique decorum:  
12 Felices, quos ille operum vitæq; seuerus  
Exactor, sanctis adscribet, & esse iubebit  
Sponte sua mortisque suæ mercede redemptos.*

Cap. 63. *1 Tum tu, sancta parens, populus comitata trecentis,  
Iam non deserta, vidua-ve merebere nomen;  
Nam te omnes matrem populi gentisque vocabunt,  
Vrbes altricem, diuique hominēque parentem:  
Ergo te fama illustrem factisque futuram  
Scito, sed antè manent multoque cruore gerenda  
Bella super, domitōque noui serpente triumphi.*

*Sed quis Idumais ille est qui montibus exit,  
Suspectasque acies Bosra Moabitide ducit?  
Punicea insignis galea, thorace rubente?  
Vt sese egregius formosum ostendit in armis!  
Vt graditur superatque alios, quantum instar in ipso:  
Diuinum ut toto decus, ore & pectore præferi!*

*O nata, ô virgo semper placitura Tonanti,  
Diua Sion, spes ingentes agnosce tuorum;  
Ille ego sum, cui prisca fides, cui reddita terris  
Iustitia & pietas debentur, auitaque sacra;  
Ille ego sola salus, propugnatorque meorum,  
Non impune cui sese ferat obuius hostis;  
Seu pedes infistat, seu conspiciendus in orbem  
Pugnet eques: Sed cur sparsovndiq; sanguine tinctus  
Veste rubes, veluti calcatus vinitor vnus?  
Heu mihi, palla tuo alieno tincta cruore est:*

*13 Certè ego calcavi solus, nec falleris, vuas,  
Nec fuit auxilio quisquam de gente deorum,  
Siue hominum; solus vitem mihi, solus acuta  
Excidi falce, & prælo spumante subegi.  
Non tamen iste latex nostro de vulnere manat:  
Sanguis ab hoste fuit, quem, iusta motus ab ira,  
Contriui, rubet hinc multo mihi palla cruore  
Thoraxque, clypeusque, & cætera vindicis arma:  
Vindictam sed enim vltierus pœnamq; morari  
Non potui; statim ecce dies, annusque repascunt  
Vltorem, quem dum caelo, terræque mariq;  
Quarito, dum circum me sedulus omnia lustrō,  
Si quis opem, si quis laturus forte veniret  
Auxilium, fugere omnes, deque agmine tanto  
Nemo fuit tanti consors-ve comēs-ve laboris.  
Ergo solus opus tam sanctum aggressus, ab ipso*

Idē psalmo-graphus Psal. 68.

Hæc sunt gentis Christi nō patientis, qui aduersarias contriuit potestates.

Cyrillus hic Christi reditum in caelos depingi existimat. Edom est regio in qua Esau regnavit, quam Græci Idumæam vocant. Bosra verò ciuitas est in Moab. Hæc loca exponit idius Hieronymus pro mundo.

12 Et vocabunt eos Populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæ sita ciuitas, & non Derelicta.

Cap. 63.

1 Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sue? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.

2 Quare ergo rubrū est indumentum tuū, & vestimenta tua sicut calcatum in torculari?

3 Torcular calcavi solus, & de Gentibus nō est vir mecum: calcavi eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi.

4 Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit.

5 Circumspexi, & nō erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachiū meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

6 Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.

Me,

Me, notaque mea dextra virtute, furoréque  
Haud frustra coniuncto, arma auxiliaria sumsi,  
Aduersó (sque mihi) populos, inimicáque fœda  
Castra fuga, flammis, ferroque ultore cecidi,  
Iratúsque omnes in noxia crimina pœnas  
Consumsi, manésque potestátisque subegi  
Tartareas, lethúmque meo sub numine pressi.

7 Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinē bonorum domui Israël, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundam multitudinem misericordiarum suarum.

8 Et dixit, Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator.

9 In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi.

10 Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.

11 Et recordatus est dierum seculi Moysi & populi sui: Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?

7 Quare nulla meo de pectore deleat atas  
Clementem Dominum, iustique æquique potentem:  
Illum ego carminibus patriis, dum vita manebit,  
Factaque miracanam, prisca quæ plurima sacris,  
Quæq; etiam nuper nostris patrauit in annis,  
Non solum Isacidum domus bonus, at sub utroque  
Gentibus axe sitis, totique salutifer orbi.

Non qui sint, aut unde domo patriâ-ve profecti,  
Disquirat, positum-ve loci, genio-ve mouetur,  
Sed communis amor mundi tutelæque passim  
Effundit terras largus sua dona per omnes.  
Largior ille tamen populis sua signa secutis,  
Quos amat, & verbis inuitat talibus urgens:

Vos mihi, vos (inquit) populus lectissimus estis,  
Legitimèque meus, nec enim meus esse, negari  
Dignus es, ut qui me non ipse negaueris unquam.

Abs me igitur scito tibi, non aliunde, salutem  
Sperandam: quæ te circumstant quæque pericla,  
Respice me, precibusque voca, non irritus ibis:  
Nam quibus afficeris damnis, ego tangor ipsidem,  
Vsq; adeo me cura tui nocte & die & que  
Solicitat, fixos ut nusquam auertere possim  
In te oculos, semperque tibi puer aliger astet  
Obseruare tuam demissus ab athere vitam.

O Amor ardescens semper, semperque renascens!  
O nunquam satis indulgentia nota parentis  
Aetheri! qui mox rudibus nascentis ab eui  
Principiis, genus humanum, sua semina, blandè  
Fouit, & ut nutrix patriis portauit in vlnis,  
Dum prematuro precoc adolesceret auro,  
Obsequiumque Dei, verumque parentis amorem  
Exueret: mota est offensus numinis ira,  
Lenta licet, ferroque malum flammisque pianit  
Flagitium; nunquam tamen vltima pœna secuta est;  
Namque manum ad caput referentem saepe represit,  
Temporis admonitus prisca, memoriæque recursans

Dux

Qui me confitebitur coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo.

Oratio Prophetæ.

Ille zelus intelligitur de quo Zacharia cap primo: Zelatus est Dominus Sion & Hierusalem zelo magno.

Dux animo Moses, & gratia facta per illum  
Non semel Isacidum populus: quæ nunc quoque profert  
O pater, o hominum superumque æterna potestas,  
Hæc eadem nobis, si nondum exosus ad unum  
Hebræos, si quid pietas antiqua labores  
Respicit humanos: nam quò tibi cura recessit  
Tam subito nostri? cur tam mutatus ab illo  
Qui patres nostros, patrumque duces nostrorum  
Seruasti traiecta maris per littora rubri?

O vbi, o vbi es, qua te regione requiram  
Spiritus alme, animi fax præclarissima nostri?

Te duce, perque agmen medium, mediâque cateruas  
Calitus effuso, fluctus tremuere profundi,  
Et profugis scissas patuit via sicca per undas.  
Ipse autem ductor patriæq; sibi que perenne  
Perpetuumq; tulit nomen, quod præside fretus  
Mæstate tua, Pharias euaserit oras,

Perque profunda maris, montanæque saxa, per astris  
Finitimas rupes, per tot discrimina rerum,  
Primus inoffensum tuto pede duxerit agmen,  
Tam facile emensus spacia infinita, viâque  
Difficiles & inaccessas, quàm ceruus apertum  
Aut sonipes cursu præteruolat alite campum.

Scilicet ista tui debentur maxime diuum  
Numinis auspiciis, nec erit sine nomine factum hoc  
Per gentes, sed enim cunctis memorabile terris  
Gloria præpetibus super æthera deuehet alis.

Ergo age siderea cali sublimis ab arce,  
Quoque sedes folio terris metuendus & astris  
Respice res nostras. En unquam feruidus ille,  
Ille reuiuiscet quo nostros impetus olim  
Tutabare patres? vbi sunt tua viscera, plebis  
Afflicta toties mæstis commota querelis?

Quàm cito, quàm nulla obriguerunt saxea causa!  
Te tamen & nostrum nec re nec nomine falso  
Dicimus esse Patrem, seruatorémque benignum:

Nam nec in Abramo, nec in Israël paternos  
Fas est affectus patrium-ve agnoscere nomen;  
Scilicet id curant iam pridem corpore functi:

Cur igitur nos calle sinis diuertere recto?  
Spemque, piúmque tui de mente fugare timorem?  
Flecte, Pater, vultum, lætámque exporrige frontem,  
Et nos diuina si verum est stirpe creatos,

k 2

Ede

12 Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ: qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum.

13 Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

14 Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum, ut faceret tibi nomen gloriæ.

15 Attende de caelo, & vide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum ruorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se.

16 Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum.

17 Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum, ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ.

Ede notam tanti generis, da pignora, per qua  
Et dici & credi tua vera propago queamus,  
Atque hunc tandem animis errorem detrahe nostris.

Nam genus & proavos quid vana voce ciere  
Profuerit, si nos crudeli barbarus hostis  
Seruitio oppressos tenet, æternumque tenebit,  
Ni redimis, ni vincla leuas, soluisque catenas?

18 Quasi nihilum  
possederit populum  
sanctum tuum: hostes  
nostri conculcauerunt  
sanctificatione tuam.  
19 Facti sumus quasi  
in principio, cum nõ  
dominaberis nostri,  
neq. inuocaretur no-  
men tuum super nos.

18 En trahimur, rapimur, uenudamur, opprimimurq;  
Vt pecudes; & ferre potes? nec quod tua saltem  
Sacrilegas in templa manus misere, moueris?

19 Et quid adhuc reliqui est, (tu dicta sinistra refuta)  
Quam res in peius sublapsa feratur eodem  
Quo fuit ante loco, cum mixtos gentibus alta  
In nocte & tenebris, sine luce & numinis alma  
Cognitione tui, nec te Regemq; Deumque,  
Vt nunc, sortitos fanaticus error habebat?

### Cap. 64.

1 Vitam dirumpere  
res cælos, & descende-  
res: a facie tua mōtes  
defluerent.

2 Sicut exustio ignis  
tabescerent, aquæ ar-  
derent igni, ut notum  
fieret nomen tuum ini-  
micis tuis: a facie tua  
gentes turbarentur.

Ergo rumpe moras, celsosq; allabere celo,  
Lux hominum, emerge o tandem, quid tarda moraris?  
Posceris: ecquando nitido patefactus ab ortu  
Cardo foris que poli per aperta repagula mota  
Te nostrum sidus, mundo latabile sidus,

Effundent? clarum fax hæc dabit ignea lumen,  
Quo tacti montes, & quæque altissima tellus,  
Corripient flammam, nigrumque ambusta repente  
Soluent se in cinerem, siccis quoque fontibus amnes  
Ardebunt, frustraque suis incendia ripis  
Arcebunt, mediis in aquis (mirabile visu)  
Flamma furens, victor que volans bacchabitur ignis.

Attonitas gentes facti nouitate, stuporque  
Et timor, & terror dubia spe mixtus habebit,  
Vt quisque hostis erit, vel fœdere iunctus amico,  
Motibus affectos diuersis, omnibus autem

3 Cum feceris mira-  
bilia, non sustinebi-  
mus: descendisti, & a  
facie tua montes de-  
fluxerunt.

Ille tui fulgor, & gloria nominis ardens  
Perstringet turbatam aciem: nam semine nullus  
Editus humano penitus tua facta latentisque  
Expediet causas, aut consilia alta recludet.

Sed quid ego hæc sæclis velut expectanda futuris  
Vaticinor? voluenda dies en attulit ultro  
Quod petimus, dudumque at aui petiere priores.  
Venisti, venisti, ades o dulcissime rerum,  
Descensuq; leni supera statione relicta,  
Per iuga verticibus gradiens sidentia lapsis,  
Mortales terras, & regna humana subisti.

Salue

### Cap. 64.

Orat & vehe-  
menter cupit  
iã nasci Mes-  
siam, & bene-  
ficia omni pro-  
missa ciuissi-  
mè præstari.

Mirabilis po-  
tentia Christi  
in possidendis,  
afflicendis, &  
transmutandis  
hominu ani-  
mis; qui per  
mōtes super-  
bi, per aquas  
frigidi, & im-  
pietate langu-  
idi, significan-  
tur.

4 Salue sancte hominū superumq; repertor & auctor,  
Omnis fons & origo boni, veraq; salutis:

Sic hæc Paul.  
intelligit cap.  
2. prioris ad  
Corinth. vt  
hæc pertin-  
gant non tã-  
tum ad vitam  
æternam, sed  
ad illa dona  
quæ in hæc se-  
culo Christus  
per Spiritum  
suum sanctum  
suis largitur.

Quis numeret, quæ dona piis mortalibus affers?  
Non oculis, hominum quisquam, non auribus hausit,  
Non animo tenuit, quæ te sperantibus unum  
Tuque Patèrque tuus mundi nascentis ab ortu  
Munera thesauro locuplete reposta parastis:  
Nam si quem vera percussum laudis amore,  
Fortè vides ausu generoso, hilarique labore  
Qua via difficilis, nec multis trita priorum,  
Dumisque, spini que, & sentibus horret acutis,  
Per iuga, per scopulos, adituque carentia saxa,  
Iustitia tetricas conantem apprehendere rupes;  
Obuius occurris, signisque, & voce pauentem  
Proposita inuitas summo de monte corona,  
Reptantemque trahis, rursus, rursusque labantem  
Apprensamq; manu retines, dum prima capessat  
Præmia iucundi non in sperata laboris:  
Mox progressum ultra, magnisque insistere cæptis  
Audentem, iam iamque manu suprema tenentem  
Mœnia, sperati sistas in vertice montis;  
Hic ubi multa memor de te præconia dicet,  
Purpureumque comis necens, tua munera, sertum  
Immortale tibi statuat tua in arce trophæum.

6 At nos vulgus iners, cali quibus abnuus arces,  
Insignis virtutis amor non excitat vllus,  
Sed mer si vitiis, vitiis hæremus in ysdem  
Semper, & esse potest miseris spes vlla salutis?  
Nequicquam fictæ pietatis imagine falsa,  
Iustitiæq; scelus prætexere nomine nostrum  
Conamur; fœdum per se patet vlcus, & ipso  
Proditur olfactu, naræque infestat odore  
Immundo, qualem viroso tincta cruore  
Vestis olet, casta mærorque pudorque maritæ.

Hæc respiciunt  
populum lu-  
dæch impiu;  
necde iusti-  
tia Christia-  
norum est hic  
sermo.

Vnde fit, vt veluti boreali turbine tactæ  
Semiputresque cadunt Autumni frigore frondes,  
Inualidi campis passim sternamur, & illuc  
Hucque vagi, diræ feruente libidinis æstu,  
Raptemur, nec sit qui lapsus surgere curet,  
Aut tuam opem imploret, dextram-ve iuuare volētis  
Arripiat: iure ergo tuos, ne tanta videres  
Flagitia, auertisti oculos (quis enim ista videre  
Sustineat?) scelerumque grani sub pondere pressos

4 A seculo non audie-  
runt, neque auribus  
perceperunt: oculus  
non vidit, Deus abs-  
que te, quæ præpa-  
rasti expectantibus te.

5 Occurristi lætanti,  
& facienti iustitiam:  
in viis tuis recorda-  
buntur tui: ecce, tu  
iratus es, & peccaui-  
mus: in ipsis fuimus  
semper, & saluabi-  
mur.

6 Et facti sumus vt  
immundus omnes  
nos, & quasi pannus  
menstruatæ vniuersæ  
iustitiæ nostræ: & ce-  
cidimus quasi folium  
vniuersi, & iniquita-  
tes nostræ quasi ven-  
tus abstulerunt nos.

7 Non est qui inuo-  
cet nomen tuum: qui  
confurgat, & teneat  
te: abscondisti faciem  
tuam a nobis, & alli-  
fisti nos in manu ini-  
quitatis nostræ.

*Exertans humerum fortem, dextramque potentem,  
Ad cautes duros magis cautibus allisisti.*

8 Et nunc Domine, pater noster es tu, nos vero lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

9 Ne irascaris Domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostrae: ecce, respice, populus tuus omnes nos.

10 Civitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est. Ierusalem desolata est.

11 Domus sanctificationis nostrae, & gloriae nostrae, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustione ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

12 Nūquid super his continebis te Domine, tacebis & affliges nos vehementer?

### Cap. 65.

1 Quæsierunt me qui ante non interrogabant; inuenerunt qui non quæsierunt me. dixi, Ecce ego, ecce ego, ad Gentem quæ non inuocabat nomen meum.

*Tu tamē & Deus es noster, Dominusque parensque,  
Tu fictor noster, tua nos figmenta, lutumque  
Vile sumus, ne (quæso) ne pater optime sancti  
Vlterius, sed te miserantem incommoda nostra,  
Sera licet, nostræ capiant obliuia noxæ.*

*Respice nos, populoque tuo iam mitior adsis.  
Cuius ut immeriti si te non gratia tangit  
Vlla; quid hæc tandem sanctissima templa, sitæque  
Colle Siomao, sanctisque in montibus vrbes  
Peccauere tuæ? quod tandem crimen in illis,  
Vt paterere sacras deuotis ignibus edes  
Ignibus (ò crudele nefas!) hostilibus vri?*

*En ubi surgebat (forsan ventura negabit  
Posteritas) Solomonis opus, tua maxime diuim  
Sacrasancta domus, Solymæa gloria gentis,  
Sæpe ubi sacra patres festis de more diebus  
Ritè celebrabant, tua facta stupenda carentes,  
Aduena longinquis quò sæpe profectus ab oris  
Missa tulit regum & populorum nomine dona.  
Infaustis domus alitibus, domus apta chelydris  
Silua iacet, nigrumque solum vestigia flammæ  
Sernat adhuc, & ubi vetus olim curia stabat,  
Vulnificus stabulatur aper. quid plura? meorum  
Busta patrum, cinerisque pios, toti nota sepulchra,  
Toti decora ingeniosa ducum, premit alia ruina.*

*Hæc segnis, mutusque vides? nec corripis arma?  
Immo etiam affligis nos in super. & premis ultro.  
Parce pio generi, & temerata vlciscere templa.*

*At non his possunt decreta æterna moueri,  
Non ita fata sinunt: gentes ad sacra vocandas  
Ex Abramitico iam dudum fœdere cautum est.  
Tempus adest, iam iamque fores & limina pulsant  
Veloces horæ fatumque diemque vehentes,  
Cum me (summus ait diuim Pater, atque hominum rex)  
Ignota gentes, & barbara sacra secuta,  
Quæ, nec fando aliquid de me, quicquam ve roganda,  
Audierant, ultro genio ducente requirunt,  
Quæsitumque diu sese reperisse professi,  
Gaudebunt: ego quippe volens migrabo lubensque  
Ad populos qui me ignorant, qui numina nostra  
Vana putant, odioque etiam resequuntur auito.*

Nam

Periphrasis Hierusalem. intelligit autem hæc Hieronymus de captiuitate quæ fuit sub Tito.

*Nam quid in hac inuauit vlterius regione morari:  
Quam matutinus, quam vespertinus obiui,  
Iamdudum, expandique sinum, dextramque tetendi,  
Si populum reuocare ferum, indomitumque daretur!  
Sed frustra. rapitur nullis cohibendus habentis,  
Per scelus omne furens, iumentum more, magistra  
Quid iubeat ratio prorsus securus, & exlex  
Imperiosa sua sequitur mala gaudia mentis.  
Nec pudet, vt nostro duplicent fomenta furori,  
Ante oculos peccare meos, & iudicis ora  
Conscelerare sui. Proh ò pudor! ecce paternis  
Ritibus abiectis, & auito more sacrorum,  
Orgia pomosos celebrant obscena per hortos,  
Coctilibusque litant aris, & busta frequentant,  
Fætida busta deum, dum sol tellure sub ima est,  
Et falsa ad calum mittunt in somnia manes.*

In locis huiusmodi, ultra vis hostiarum pellibus, incubare soliti erant, vt per somnia futura cognoscerent.

*Quid dicam carnes vetito cum iure suillas  
Lancibus imponi, passimque palamque per omnes  
Admitti mensas? pulchrumque & nobile duci  
In leges peccare bonas? ò dedecus ingens!  
Si quis ab his, moris retinens ritusque vetusti,  
Continet ora cibis, obscenæque fercula vitat,  
Non lare, non illum tecto dignantur eodem,  
Sed velut immundum, velut execrabile monstrum,  
Deuotumque, suis procul à conuentibus arcent.*

*Felix ille quidem, & quicumque simillimus illi est:  
Ast hi stuppa meo sumusque & teda furori  
Pinguis erunt; atque inde nouo cum fomite surgens  
Flamma reuiuiscet, nulloque residet in auro.*

Similis phrasia apud Hieremiam: Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo. cap. 17.

*Quippe manent scelera illorum, æternumque manebunt  
Perpetuis insculpta notis in pectore nostro.  
Me ne has nequitias non ultum protinus ire?  
Tantam perfidiam taciturum reris, & ista  
Disimulaturum? pœnis sequar ultor acerbis,  
Improuisus, & effusis iras car habentis.*

*Nec mihi vestra modo posthac commissa luetis,  
Sed repetam à vobis, repetam (Deus inquit) ab ipsis.  
Principiis, vestri quæ commisere parentes,  
Inque sinum vestrum regeram, dignisque rependam  
Supplicis, ruptamque fidem, violatamque pacta,  
Et spretum toties Numen, dum montibus alis,  
Montibus & lucis, & nubiferis palmetis,  
Diique deaque omnes diuerso more coluntur.*

2 Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas:

3 Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolat in hortis, & sacrificant super lateres:

4 Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum.

5 Qui dicunt, Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

6 Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam & retribuam in sinum eorum:

7 Iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi, & reuertiar opus eorum primum in sinu eorum.

Quo

3 Hæc dicit Dominus, Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, Ne dissipet illud, quoniã benedictio est: sic faciam propter seruos meos, vt non dissipet totum.

9 Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem mōtes meos: & hæreditabit eam electi mei, & serui mei habitabuntibi.

10 Et erūt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me.

11 Et vos qui dereliquistis Dominū, qui oblitri estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunę mentem, & libatis super eam.

12 Numerabo vos in gladio, & omnes in eade corruetis: pro eo quod vocaui, & non respondistis: locutus sum, & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis: & que nolui, elegistis.

13 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce, serui mei comedent, & vos esurietis: ecce, serui mei bibent, & vos sitietis.

1 Quofacto, quamuis poterant meruisse vidert  
Supremum excidium, immanemque à stirpe ruinam,  
Quod crudele meo fecissent vulnus honori,  
Opprobriumq; ingens, & nulla clade piandum,  
Stat tamen (hoc Abrame tibi, natōque, nepotique  
E sto datum) penitus non totam excindere gentem;  
Sed velut immiti lapidata grandine vite,  
Aut pluuij nimis corrupta humoribus anni  
Si quis fortè acinus moriente superses in vua  
Manserit intactus, pluuiæq; & grandinis experts,  
Non illum admonitus confestim dissipet heres,  
Nutriat ast in spem sobolis foueatque futura:  
2 Sic faciam, teneraq; aliquot de semine stirpes  
Isacidum, & Iuda mihi surculus vnus & alter  
Eductus, generis seruabunt semi-sepulti  
Reliquias, gentem exiguam, sed sorte beata  
Selectam, nostros qua montes, sanctaque felix  
Culmina possideat, cunctos habitanda per annos,  
Et mihi iucundo famuletur grata labore.

Namque illis campos, & florida prata, gregesque  
Vbere distentos donabo & vellere dites:

10 Vtq; nihil desit, de me sperantibus vno  
Omnia, non hominum quidquam debentibus vlli,  
Maior i letas pecori, letasque minori

Iungam Achoritanas, pinguisima pascua, valles.

11 At vos contemptis monitis celestibus ausos  
Me montemque meum, sedemque relinquere sacram,  
Qui procul abiecto post terga pudore fidēque,  
Fortuna numen mensamque aramque sacra stis,  
Et quibus auerti libamina posse putatis,  
Et quibus acciri lectis componitis herbis;

12 Non capite aut censu numerabo (quod esse tyranni  
Mos solet) at gladio gentem grassante per omnem.  
Sola acies ferri, numerum quot eratis, inibit,  
Nec quisquam effugiet, simul ense peribitis omnes;  
Alter in alierius confusa strage cadentes.

13 Ecquis enim vestrum magna me voce vocantem,  
Atque adeo coram presentem & multa monentem  
Audisti? aut responso aliquo dignatus amantem est?  
Immo exhortantem duri gens oris, & audax  
Turba refugistis, nostro sermone retenti,  
Non magis quam prædura silex, aut horrida cantes.

14 Quando igitur nec me, nec qui videt omnia Patrem,  
Subuerit.

Similis locus  
ex eodem  
propheta,  
quem citat  
Paulus ad  
Rom. Si fue-  
rit numerus  
filiorum Is-  
raël tanquam  
arena maris,  
reliquæ sal-  
uæ erunt.

Vallis Achor  
à nomine il-  
lius in quem  
fuit irrogatū  
supplicium in  
prima populi  
in terras pro-  
missas ingres-  
sione, sic di-  
cta.

Subueriti, peccare palam pro laude putatis,  
Iusaque praua sequi, nostris contraria iussis;  
En, (ait omnipotēs diuūm Pater atq; hominum Rex)  
Vt qua præcipites pulsi cecidistis ab arce,  
Nunc liqueat, sumantque isthinc exempla nepotes;  
En vos dira fames, contempti pœna Tonantis,  
Et sitis ex longo concepta ardore bibendi  
Conficiet, Cererem terra fontisque negante.  
Interea vacui, & macro ieiunia vultu  
Pallida pro dentes, seruorum plena meorum  
Horrea, differamque penum spumante Lyco  
Obliquis oculis spectabitis: unde repente  
Prouenient gemitus, & feminei ululatus,  
Et penitus misero fixi sub corde dolores.  
14 Ridebunt iusti letabunturque, meoque  
Munere securi grates pro munere reddent  
Ingeni ingentes, & nostras carmine dicent  
Solenni laudes, at vos lugubre gemetis.

15 Nam vestrum populus erit execratio nomen,  
Deuotumque ab eo carmen deducet in hostem  
Quisquis vota volet diris vomere impia verbis.  
In summa, Domino occumbes ultore, tuisque

16 Surget ab exequiis noua gens, morisque, vetusque  
Mutabit sancti positoris nomine nomen,  
Quod terris celoque sacrum beat omnia, quodque  
Et iurare timent homines & fallere iusti.

Magna erit istius vis nominis atque potestas:  
Nam quibus iste datus froti cordique character  
Impressis aliè signis erit, omnia rectè  
Succedent, nec iam poterunt meminisse laborum  
Quos multos hac vita parit mortalibus agris;  
Sed celo positi, ambrosiæq; & nectaris haustu  
Diuino saturi, veteres de pectore curas  
Abiciant, nec quicquam oculus animo-ve tremendum  
Succurret: nam longa bibent obliuia rerum,  
Quas olim sensere graues dum vita manebat.

17 Ipsi etiam cali tum mutabuntur, & alitrix  
Magna hominum tellus faciem conuersa priorem  
Exuet, & nullo posthac quatienda tremore,  
Nec vicibus variis rastorum, & vomeris vncis  
Subdita, nec soles nimios passura, nec imbres,  
Illesâ, intacta, inuololata manebit in æuū.  
Ecce etenim noua cuncta creo, celumq; salumq; &

14 Ecce, serui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce, serui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis.

15 Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.

16 In quo qui benedictus est super terrā, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni tradite sunt angustia priores, & quia abscondita sunt ab oculis nostris.

17 Ecce enim ego creo caelos novos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.

18 Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his qua ego creo: quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populū eius gaudiū.

Elegans & copiosus antithesis.

Hoc magis proprie dixit Hieremias cap. 29. de Sedechia & Achab: Affluetur ex eis maledictio omni trāsmi- gatione iudæ.

Lati-

*Latipatente subest quidquid caloque saloque.*

19 *Vos etiam per me renouati, adeoque renati,  
O veri verae Solymæ mea gloria ciues,  
Spes sapè incertas, irasque, metusque, dolorisque,  
Et quæ alia humanam turbant incommoda vitam,  
Ponetis: mæstis succedent gaudia rebus,  
Gaudia amaritie nulla suffusa, nec ullis  
Deperitura annis pura & sincera voluptas.*

19 Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & nō audietur in eo ultra vox fleus & vox clamoris.

20 Non erit ibi amplius infans diutum, & senex qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

21 Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

22 Non ædificabunt, & alius habitabit: nō plantabunt, & alius comedet: secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt.

23 electi mei. Non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis.

24 Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.

20 *Nam quas pono nouas celsis in montibus arces,  
Et populum positas qui felix incolet arces,  
Letitia implebo dulci, quam iurgia nulla  
Fletibus aut lacrymis, inter-vestrepente tumultu  
Miscebunt, rixa nulla, discordia nulla,  
Concordes armare potens in prælia fratres.*

20 *Nec verò Solymis certum est adscribere ciues  
Bis pueros, atate graues, sed mente solutos:  
Nam qui annos sine mente gerunt, virtutis egeni  
Mortales quæ sola beat, qui secula vite  
Turpiter exacte numerant, quam facta merentur  
Impia, crudeli prostrati morte peribunt.*

21 *At mihi quos legi ciues, vrbique colonos  
Sacrata, sua quisque sibi pallatia figent,  
Non aliis, & fixa colent sine fine, serentque  
Et Bacchi & Cereris plenos prouentibus agros.*

21 *Quæq; serent, in pace legent, lectisque fruuntur  
Perpetuo, neque quid raptior, quid prædo minetur,  
Quid fera tempestas, solès-ve, imbrès-ve, timebunt;  
Summa dies etiam fastos qua finiet omnes,  
Et nullos post se numerari perferet annos,  
Nil immortalis iustorum carpet ab æuo,  
Quos sibi, qui vite sator est auctorque, co.æuos  
Ipse repromisit per secula cuncta futuros.*

23 *Scilicet hæc illos merces tot adire labores,  
Et mala tanta pati, dum vita manebat, adegit.  
Expectata aderit merces, iam iamque propinquat,  
Cum benefacta palam veterascere fama superstes  
Non sinet, aut tumulo virtutem, & funus eodem  
Componi, viuet vel morte fremente piorum  
Posteritas, nati natorum, & quotquot ab illis  
Nascentur, geniti non semine vtrunque remisso,  
Quali nunc hominum generantur corpora lege;*

24 *Sed bona verbo Deo, bona verba loquente, nouasq;  
Concipiente preces, quas, si modò ritè ferantur,*

Itud pertinet ad tempus resurrectionis, quo Hierusalem, quæ spolia est, nihil aliud erit quæ exultatio.

Actas senectutis vita immaculata.

Sic ædificabat, sic plantabat Paulus: primo ad Corinth. cap. 3.

Sic Paulus multos genuit Christo per euangeliū.

Consolatio eorum qui sunt in Christo.

*Ante-venire solet bonus, & prænertare voces,  
Indulgens quacunque petunt, & plura petit is.  
25 Felix, o felix tempus, quo cælitus æta  
Candida pax Domino terras miserante, redibit,  
Perque omnes rerum partes concordia gliscet  
Æterna, & vinculis solido ex adamante reuincta:  
Nam qui nunc nullo possunt miscere cultu,  
Tum positus cicures discunt mansuescere ritu:  
Tum lupus & montes & deuia lustra relinquens,  
Iam non carniorus placidos comitabitur agnos;  
Et leo, cum vitulis caprisque impune vagatus,  
Nocte domum rediens septo claudetur eodem,  
Assuescētque regi simul, & puerilia blandus  
Imperia accipiet, ductumque sequetur herilem,  
Cum bubus faxnum & palcam ad præsepia mandens:  
Quinetiam virus serpentibus excidet atrum  
Contentis summam pro sanguine lambere terram.  
Denique nulla nocens morsu fera, nulla veneno  
Noxia, nulla meo mala gramina monte legentur,  
Monte meo, quemque ipse colo, coluique, colamque.*

Similes tropi sunt apud Virgilio E. 6. g. 3. ubi dicitur: ac uti ex carmine Sibylla.

Cap. 66. Redie propheta ad iudæos: & hoc potissimum agit, ut abducentes à carnali amore templi & legis Mosaisca.

Cap. 66. *Nam mihi (quod nolim vos ignorare) supremi  
Maxima pro solio deseruit machina cali,  
Et pedibus deiecta meis subsellia præbet  
Omniparens tellus: & vos mihi ponere templum  
Maiestate mea dignum fortasse putatis?  
Quò mihi marmoreis domus hæc effulta columnis  
Erigitur? nil vos, nil vestram demoror adem.  
2 Hæc domus, hæc moles operoso vertice surgens,  
Nostrum opus est. ipse hæc ego marmora vasta, trabesq;  
Calcemque lateresque meo de monte cecidi:  
Et quisquam hæc mihi grata putat, meritoq; reposcit?  
Odi ego turgentis animos inflatæque corda,  
Nec mihi qui falsa pietatis imagine gaudet,  
Lethiferumque sinu virus regit, ille placebit.  
Ad quem igitur placidis oculis vultuque sereno  
Respiciam? quem nempe inopem abiectumque videbo  
Cum precibus lacrymisque meam deposcere pacem,  
Sermonesque meos præceptaque sancta tremcentem:  
His ego delectator sacris, hæc victima nostrum  
Sola suo nidore potest lenire furorem.  
3 Nam mihi tractati qui porrigit exta iuuenti,  
Aut aliud pecus inuisis obiruncat ad aras,  
Thurag; dat templis, oneratq; altaria donis,*

25 Lupus & agnus pascetur simul, & leo & bos comedent paleas, & serpenti vitulus panis eius: non nocentur neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

### Cap. 66.

1 Hæc dicit Dominus, Cæli sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista Domus quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ?

2 Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. ad quæ autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?

3 Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum, quasi qui interficiat canem, quasi qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui receraturthuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in vis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est.



268 PARAPHR. IN ISAIAE  
 Tam placet, ac caeso si tingeret hospite cultros,  
 Aut vetito catuli cerebro, porci-ve litaret  
 Visceribus, mihi-ve daret sua munera trunco.  
 Hac tamen, hac & plura nihil mea verba timentes  
 Fecere Isacida; suaque ultro inuenta secuti,  
 Nullum non animo scelus admiscere nefando;  
 Pro quo supplicis illos ulciscar amaris.

4 Vide & ego eligam  
 illusiones eorum: &  
 quae timebant, addu-  
 cam eis: quia vocavi,  
 & non erat qui respō-  
 deret: locutus sum, &  
 non audierunt: feceruntque malum in  
 oculis meis, & quae  
 nolui elegerunt.

5 Audite verbū Do-  
 mini, qui tremitis ad  
 verbum eius: dixerūt  
 fratres vestri odientes  
 vos, & abiiciētes pro-  
 pter nomen meum:  
 glorificetur Domi-  
 nus, & videbimus in  
 laetitia vestra: ipsi au-  
 tem confundentur.

6 Vox populi de ci-  
 uitate, vox de templo,  
 vox Domini reddentis  
 retributionem ini-  
 micis suis.

Et ne vana sibi credant haec fingere somnum  
 Obscura quem nocte videt praesaga mali mens,  
 Efficiam, immittamque illis quacunque timebant.  
 Ecquis enim inter eos magna me voce vocantem  
 Atque adeo coram praesentem & multa monentem  
 Auduit, aut responso aliquo dignatus amantem est?  
 Omnes hortantem fugere, & cuncta videntem  
 Nil veriti, peccare palam pro laude putarunt,  
 Iussaque prava sequi nostris contraria iussis.  
 At vos, qui tremitis fidi ad mea iussa ministri,  
 Accipite haec animis, & pectore discite toto,  
 Ite viri, pariterque animis certantibus ite  
 Munus ad incertum; nec vos remoretur euntes  
 Impietas fratrum qui vos odere, meumque  
 Invidia stimulante parant excindere nomen:  
 Ne quis ob has voces ad opus mihi segnior ito,  
 Mendaci quas ore vomunt, ac talia iactant:  
 Nunc eat, & sese nobis persuadeat auctor  
 Esse Deum, quem vos, impostrix turba, creatum  
 Patre Deo, & missum seruando fingitis orbi:  
 Ille decus, quod nunc falso sibi vindicat, & clam  
 Emendicatos, si quos habet, edat honores:  
 Ille affectati scelus intolerabile regni,  
 Si potis est, insigni aliquo nunc diluat ausu,  
 Promissosque representet tam saepe triumphos,  
 Ut per eum tandem (nam sic memorare soletis)  
 Seruati, laeta communem voce parentem  
 Et seruatores Dominumque Deumque canamus.

Hac illi: sed vos stolidi haec conuicia surdis  
 Auribus excipite: ecce atrox vindicta propinquat.  
 Tempus adest, quo gens haec magno optauerit emptum,  
 Dente suo me non tactum, linguaque procaci.  
 Ecce pedum fremitus sonat, ecce hinnitus equorum,  
 Ungulaeque horribili quatens tua strata sonore,  
 Cadentumque virum clamor, gemitusque cadentum,  
 Infelix Iudaea, tuas nunc verberat aures.

Iamque

Excidium So-  
 lymorum sub  
 Tito.

Miser eomi-  
 nationi. on-  
 folationem,  
 mo: fao.

Ecclesia sub-  
 to & inu-  
 nictos parit  
 Christo per  
 verbi pradi-  
 catione. Vide  
 Act. Apoit.  
 cap. 2.

Ad Apostolos  
 & alios qui ex  
 Iudaeis credi-  
 derunt.

Loquitur de  
 excidio Hie-  
 rosolymorum  
 per Titum;  
 quasi iam praes-  
 sente.

Iamque faces ad tecta volant: non prospicis hostem  
 Rupta repositentem violati fœdera pacti,  
 Reddentemque tibi dignas me vindice pœnas?  
 Ante tamen facili nixu, nulloque labore  
 Fata Sion, nondum partu matura propinquo  
 Edet onus, pulchrūque marem, mea semina, fundet.  
 In quo, mira loquor, spes reliquiaeque beati  
 Conseruabuntur generis, totumque per orbem  
 Attollet nostri sese noua gloria saeculi.  
 Tam subito vinculis alui peperisse remisus  
 Ante diem nulla mutilatum parte puellum,  
 Quis fando audiuit, quis scripto prodidit unquam?  
 Nam nec terra parens, qua fœtum concipit, illa  
 Reddere luce solet, nec partu effunditur vno  
 Multorum populus capitum, tamen ecce leuata est  
 Facta parens Solyme, votoque puerpera gaudet.  
 Palluit attonita similis natura, suāsque  
 Indoluit verso mutarier ordine leges.  
 Desine mirari (dixit Deus) & quod in isto  
 Natali monstrum est? aut qua nouitate moueris?  
 Inuidisse velit quisquam mihi, si quid amicus  
 Humano generi foueam pariāque quod orbi  
 Vitale sit? pariendi auctor qui sum omnibus, & qua  
 Aëra, qua terras, qua pontum animalibus implent,  
 Ipse effetus ero, & sterili sine semine vena?  
 Imò age, quicumque es, matri gratare Sioni  
 Quisquis amas illam, lugēsque instantia fata,  
 Quae genus omne ferè ad eadem pœnasque repositum:  
 Gaudete hoc vno stirpem sobolemque futuram  
 Stare puerperio: felices terque quaterque,  
 Felices, si quid possunt mea carmina, cuna.  
 Felix & mater, felices vos quoque nati,  
 Qui dulci gremio reptatis nota petentes  
 Vbera, & emulibus lac sugitis omne papillis,  
 Lac celo manans, lac nectare dulcius omni,  
 Quo sedare sitim non est praesentior alter  
 Potus, nec mæsto solatia ferre dolori,  
 Et tristes melior lauere agro pectore curas.  
 Ergo letitias & opes ne spernite vestras  
 O fortunati, sed plenis frontibus ora  
 Proluite, atque adeo vos totos fontibus imis  
 Mergite, letitiaeque voluptatisque, bonaeque  
 Pacis abundantes fluuios, quos larga propinat

7 Antequam parturi-  
 ret, peperit: antequam  
 veniret partus eius,  
 peperit masculum.

8 Quis audiuit un-  
 quam tale? & quis vi-  
 dit huic simile? nun-  
 quid parturiet terra  
 in die vna? aut parie-  
 tur gens simul, quia  
 parturiuit & peperit  
 Sion filios suos?

9 Nunquid ego, qui  
 alios parere facio, ipse  
 non pariam, dicit Do-  
 minus? si ego, qui ge-  
 nerationem cæteris  
 tribuo, sterilis ero, ait  
 Dominus Deus tuus?

10 Letamini cum Ie-  
 rusalem, & exultate  
 in ea omnes qui dili-  
 gitis eam: gaudete  
 cum ea gaudio vni-  
 uersi qui laetatis super  
 eam,

11 Ut sugatis, & re-  
 pleamini ab hubere  
 consolationis eius: ut  
 mulgeatis, & deliciis  
 affluatis ab omnino-  
 da gloria eius.

12 Quia haec dicit  
 Dominus, Ecce ego  
 declinabo super eam  
 quasi fluuium pacis,  
 & quasi torrem in-  
 undantem gloriam  
 Gentium, quam sug-  
 getis: ad hubera por-  
 tabimini, & super ge-  
 nua bladiantur vobis.

l 3

Dextra

*Dextra Dei, iam iamque undas haurite perennes  
Diffusas totum torrentis more per orbem.*

*Ipsa manu blanda genitrix ad pectora pressos  
Gestabit, colloq, manus & mollia necet  
Brachia, & amplexu dulci, persuasione fouebit*

13 Quomodo si cui mater diandatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini.

*13 Arridens: Tum vos maternis crescite in vlnis  
Interea, officiumq, abs me sperate paternum.*

*Non ego vos inopes desolat oiq,ne relinquam:  
Sed rebus presens adero auxiliator in arctis;  
Ipsi quid possim cupiamque videbitis vltro.*

14 Videbitis, & gaudet: it cor vestrum, & ofsa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini tenus eius, & indignabitur inimicis suis.

*14 Tum penitus vestrum noua gaudia pectus inibunt,  
Ossaque per, stupidosque artus, tenuataque membra,  
Inuictæ vires roburque calorque recurrent,  
Vt vinax humor Solus calefactus ab astu*

*Vere nouo sensim rediuitas serpit in herbas,  
Inq, nouum facit exortus erumpere florem.  
Scilicet his Domini manus atque potentia signis,  
Et bonitas manifesta piis & amantibus equi  
Elucet, nec seua minus se prodit in hostes  
Ira, truces flammata genas, oculosque minaces  
Huc illuctorquens, & spirans naribus ignem.*

15 Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorẽ suũ, & increpationem suã in flamma ignis:

*15 Qualis erit, nec longa mora est, cum sole supremũ  
Dante diem terris, vitas & crimina fontum  
Angiret iudex, super æra turbinis in star*

*Flammiuomo inuectus curru, quem plurima circum  
Monstra fremunt, pallor, terrorq, timorq, tremorq,  
Et dira scelerum memores, & conscius horror.*

*Ipsedens oculis flagrantibus omnia circum  
Lustrabit, fontesque probris incesset amaris,  
Immanem spirans animo indignante furorem:*

*Mox dextra stringens gladium, læuæque sonantes  
16 Intentans flammis, violento turbine stratos  
Fulminæque attritos in tristia tartara mittet.*

16 Quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino.

*Magnus erit numerus, non si mihi ferrea centum  
Ora sonent, numerum versu comprehendere certo,  
Cunctaque pœnarum percurrere nomina possim.*

17 Qui sanctificabantur, & mundos seputabãt in horis postianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem & murem: simul consumetur, dicit Dominus.

*17 Hic tamen ante alios tormenta horrenda subibũt,  
Qui sua dum madidi celebrant sacra dira per hortos,  
Infames inter lucos obscenæque lastra,  
Purgari credunt, viuo si flumine corpus*

*Incaustum abluerint, stuproque recente calentes,  
Ter sumptus de fonte liquor resperserit artus.*

*His etiam accedent, nec certè mitius illis  
Ardebunt, qui se vetitis addicere sacris*

Non

Repetit eandem sententiam: valde enim cordi fuit idẽ facẽ proponeite ne in ocio viuere-mus.

Ista referuntur ad futurũ iudicium ab omnibus.

*Non veriti, ore suem mandent murẽmque prophano,  
Heu male persuasi prescriptos spernere ritus.*

*18 Scilicet huc veni caelesti missus ab arce,  
Vt vitas solũ manifestæque crimina quæram?  
Immo iuuat fixos oculos in pectora pror' sus  
Inserere, & seuas intus deprendere curas,  
Clauisæque scrutari propius, nil linquere opertum,  
Nil non detectum, seu sit Iudæus apella,  
Seu Græcus, mihi nullo omnes discrimine coram  
Sis sentur, vultusque meos, si tollere contra  
Fortè ausint aciem, maiestatemque videbunt.*

Figurata locutio est: cui enim signum aliquod cauterio innotum est, facile dignoscitur: sic electi signati ab impiis agnoscuntur: impij verò cõfundentur.

*19 Interea mihi seruatos, signoque notatos  
Per mare, per terras, totum ire iubebo per orbem  
Legatos: alius sitientes ibit ad Afros,  
Lydia regna alius, doctos hic tendere neruum  
Cappadocas Thracasque petet: nec Græcia morum  
Optima formatrix, nec tu cui bellica virtus  
Imperium iam promittit terræq, marique  
Italia, o tellus armis memoranda virisque,  
Explodes ad te missos cum pace prophetas.*

*Diuersi diuersa petent, gentesque remotas,  
Et quas Oceanus propioribus alluit undis,  
Quasque procul fluctu velut indignante relinquit,  
Non audita prius non intellecta doccunt  
Sacra sequi, numenque meum nomemque vereri.*

*Et paucis (sic inssi etenim) voluentibus annis,*

*20 Mille mihi populos vltro sua nomina dantes  
Tam linguis varios, habitu quàm vestis, & armis,  
Hos in equis, illos biungis, hos curribus actos  
Quadriungis, alios mulorum terga prementes,  
Sub signis ducent victricibus, & Solymorum  
Templo immortal donum immortale sacrabunt.*

*Tam gratum mihi, quàm sacras dum pauper ad aras  
Puram vase molam puro delibat, & vltro  
Primitias patrij templo deportat azelli.*

*21 At quos ex illis vsuque fidẽque probatos,  
Ad nostrum munus, linguisq, animisque parari  
Conspiciam, pars sacra ferent, pars ore diuerto,  
Regibus & populis mysteria nostra recludent.*

*Nam veluti mare veluolum, terræq, patentes,  
Et cælum, manuum monumenta operosa mearum,  
Obsequium præstant æternum, meque iubentem  
Respiciunt semper, nutumque sequuntur herilem:  
Sic vestrum genus, & series ventura nepotum.*

Augustinus intelligit hic sacerdotes, quales ab Episcopis ordinantur.

18 Ego autem opera coram, & cogitationes eorum: venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriã meam.

19 Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tenentes sagittam: in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriã meam. Et annuntiabunt gloriã meã Gentibus,

20 Et adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donũ Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus, quo modo si inferant filij Israël munus in vase mudo in domum Domini.  
21 Et affirmam ex eis in sacerdotes, & leuitas, sicut Dominus:  
22 Quia sicut cæli noui & terra noua, quæ ego facta stare coram me, dicit Dominus: sic palatium vestrum, & nomen vestrum.

Per-

Perpetuò mecum supera regnabit in aula,  
A sistensq; sacro solio, mea iussa capesset.

23 Et erit mensis ex  
mensis, & sabbatum  
ex sabbatho: veniet  
omnis caro ut adoret  
coram facie mea, di-  
cit Dominus.

21 Tum tuba nulla nouis indicet festa Calendis,  
Nec noua post sextum referet mihi sabbatha solem  
Orta dies: nam secla vices aterna recusant,  
Noctemque ignorant, æstusque hyemisque niuosas:  
Ver ibi perpetuum, lux pura, perennia festa,  
Et choreæ, & plausus, nullo turbante tumultu,  
Solennisque dies semper, quos lata piorum  
Non intermisso celebrabunt agmina cantu.

Iámque procul curis positi mortalibus, vnum  
In me oculos, in me conuertent ora, nec illis  
Aut oculi expleri poterunt aut ora tuendo.

24 Et egredientur, &  
videbunt cadauera vi-  
rorum qui præuarica-  
ti sunt in me: vermis  
eorum non morietur,  
& ignis eorum non  
extinguetur: & erunt  
vsque ad fatietatem  
visionis omni carni.

24 Parte alia stragem ingentem, proiectaque campis  
Corpora casorum, auersi nec fronte serena  
Despicient, quos olim ausos, dum vita manebat,  
Nullum non immane nefas, ausosq; potitos,  
Mæque etiam agressos patrio detrudere celo,  
Fulmine præcipites sub tristia tartara mittam.  
Supplicium quaris? iecur immortale, cerasta  
Semper victuri tudent, secundaque pænis  
Viscera corrodent, nostroque alimenta furori  
Suffectura dabunt; nec erunt sine fomite flamma,  
Flamma viuaces, in sopiti que vapores.

Hæc ego de celo, miseranda vel hostibus ipsis,  
Dæque meis olim spectacula montibus edam:  
Spectabunt iusti lassabunturque videndo.

FINIS.

## EPILOGVS AVCTORIS.

Hæc ego, cum licuit mihi me per tempora furtim  
Surripere, & turbam vitare, forumq; canebam,  
Ingratam accusans sortem, miseransque vicissim  
Ipse meam, cui haud posse datum est ignobilis otij  
Dulcem ad secessum genio parere vocanti,  
Nec perferre vagi curas æstusque palatij,  
Et quas nunc alit vrbs insanæque curia lites.

Sæpe equidem (quid enim prohibemur vera fateri?)  
Sæpe cliens, quamuis multo grauis ære veniret,  
Elusus postico, abiit, tristisque gemenstq;  
Nulla domum responsa tulit, dum me sibi raptum  
Diuisumque tenent dulces ante omnia Musæ,  
Arctoque amplexu stringunt retinentq; volentem.

Sæpe etiam (quid non teneris innatus ab annis

Suadet

## EPILOGVS AVCTORIS.

Suadet amor? ) morbos causatus, & æra tabe  
Corruptum, paucus suspectam mortibus urbem  
Deserui, magno sacrarum incensus amore  
Pieridum, raptimque in agros & denia rura  
Concessi, quaris comites? liber vnus, & aliter,  
Et vacuus curis animus, non magna supellex,  
Sed pretiosa tamen, & qua non venditur auro,  
Nec multis eget huc illuc vectanda caballis.

Hic in me demum totus descendo, quid intus,  
In cute quid summa lateat, deprendere curans.  
Hic corylos inter lentæq; umbracula vitis  
Aeternas rerum causas, euentaque mecum  
Mira agito: magnum inde Deum, qui numine cuncta  
Vertit agitque suo, quo possum carmine laudo.  
Dumque cano, sensus animumq; abductus & absens,  
Quo me cumque loco statuit fortuna, relinquo,  
Sæpe diem questus properare, pigròque volatu  
Ire dolens noctem, tardumque herere Booten.

O nihil vnquam homini longum satis aut diuturnum  
Quod gratum est! nã me (horresco meminisse) camænis  
De mediis solitas rursus reuocabat ad artes  
Fatalis dea, cui res nostra domestica cura est.  
Bartolus (hic post pauca aliquot decursa dierum  
Curricula) & Baldus, gratissima nomina quondam,  
Accursiq; nota, & Iani commenta vetusti,  
Inuita repetenda manu; te testor Apollo;  
Et vos ter terna Phæbi (mea cura) sorores.

Iámque rei, actorisque adsunt: hic limite sese  
Depulsum queritur: iure at pepulisse per omnes  
Peierat ille Deos; & legum oracula prauè  
Detorquens, Paulum pro se Caiumque ciere  
Audet vterque miser, cauti que reperta Cepolla  
Somniæque Oldradi magno proferre paratu.  
Quid facerem? horrent tam barbara nomina Musæ  
Pierides, nec eis inter subsellia quisquam  
Notus erat, vix idem illis ipse ille videbar  
Qui fueram. fugere igitur, terræque relicta  
Altum sublati petierunt æthera penni.  
Obstupui: nec adhuc ex illo tempore postquam  
Hinc abiere, mihi redeunt in pristina vires,  
Pectus hebet, frigent vena, mens deficit, & iam  
Lingua riget sicco penitus defixa palato;  
Et nostro quisquam expectet de fonte liquorem  
Fontibus Aonis undaque Aganippide dignum?

En

Vermis ha-  
bet tropum  
malæ conscien-  
tia, sed ignis  
finetropo ac-  
cipiendus est.

En erit ille dies unquam felicibus horis  
 Aductus, bona qui nobis tandem ocia reddet?  
 En erit, ut liceat, vel cum discrimine certo,  
 Præcipiti nobis ishinc erumpere saltu?  
 O qui me procul urbe, procul discordibus armis,  
 O qui me deserta mei super ardua rurus  
 Sistat, & umbrasis secretum collibus abdat!  
 Sed quid ego hæc? nec enim si quis Deus auctor idipsū  
 Promittat, sperare ausim: Nunc undique totis  
 Vsq̄ adeò turbatur agris: Aransius altam  
 Nudauit mentem, coctumq̄, diu ante venenum  
 Effudit toto ore simul, Belgasque superbos  
 Semper & inuictos, dum toto corpore regni  
 Certatum est, Phrisiūque suas Bataūque cohortes,  
 Iunxerunt armis regum victricibus olim;  
 In partes scissos diraxit & æmula castris  
 Castra, virōsque viris bello commisit aperto,  
 Compositam falso rescindens crimine pacem.  
 Ergo arma, arma cupit poscītque rapitque iuuentus  
 Effera, certatim ductores proxima cogunt  
 Auxilia, & letos vastant cultoribus agros.  
 Quinetiam, ne nos simus satis, horrea nostra,  
 Et pecus, & pecoris teneros consumere fetus,  
 Externas acies, externa adsciscimus arma,  
 Bellaque Nortmannis gerimus ciuilia gesis,  
 Extremòque arcus mercamur ab orbe Britannos,  
 Herciniāq̄, nigros populos Rhenumq̄, bibentes,  
 Cattōsque Botōsque, & quam Germania bellis  
 Pubem alit externis, multo conducimus auro.  
 Et quæ finis erit? ò qui mortalia curas,  
 Sancte parens, hominum diuūmque aeterna potestas,  
 Parce pio generi, & propius res aspice nostras:  
 Non ferro, flammis-ve sacras violauimus aras,  
 Non Caluine tuis, non dire Luthere repertis  
 Fauimus: ecce vigent nostris, semperque vigeant  
 Pectoribus tua verba, Pater, quæ Filius olim  
 Pura tuus magnum presens effudit in orbem.  
 Colluue quid enim miseri speramus ab ista,  
 Confusum nisi mox diuina humanaque iura,  
 Fas ruptum, leges labefactum protinus iri?  
 Da Pater auxilium: & si nil pietate meremur,  
 Nec nostri te cura tenet, nec gratia tangit;  
 Te propter, numēnque tuum, quod mille per annos  
 His notum terris nostri coluere parentes,

Serua

Hæc scripta  
 sunt anno  
 1578 cum om-  
 nia apud Bel-  
 gas ciuili bel-  
 lo arderent.

Serua nos, pacemque agris, pacem urbibus adfer:  
 Tum te vrbes agrique canent. Ego primus in illis  
 Iam voti compos, procul urbe, proculq̄, forensi  
 Sepositus strepitu, te voce & pectore dicam:  
 Tum meus Amosides, imò tuus, & tibi iure  
 Debitus Amosides, Latio quem carmine primi  
 Iustissimus audaces patrium mutare cothurnum,  
 Docta per ora virum, duce te iam tersior ibit:  
 Ibit & in lucem ductu securus eodem  
 Ille tuus, mihi præteritis sudatus in annis  
 Iesseus vates, rex & iustissimus idem;  
 Cui veris animum implesti, cui dulce sonantis  
 Mouisti cytharæ docto sub pollice chordas,  
 Fataq̄ non vlli vatū cantata priorum,  
 Arcanis deprompta tuis aperire dedisti.  
 Sed iam tempus equos, ò Calliopea, iugales  
 Soluere: colla vides ut lanit sudor, & armos  
 Fumantes? & iam pede metas alite tangunt:  
 Confecto fessis aperi præsepia cursu.

## APPROBATIO.

Nos subscripti Doctores Theologi Parisienses, totum hoc Poëma  
 recensuimus, & pro Catholico probauimus.

Peletier.

Huart.

Hæ Paraphrasēs, & doctissimæ Annotationes in Isaiam, præcipuum Prophetam, pulcherrimo  
 carmine heroico, auctore Ioanne Carpenio Iuriconsulto Attrebatio, conscriptæ, quod Ca-  
 tholicam sanctæ Rom. Ecclesiæ religionem, vel Regiam Maiestatem, aut bonos mores offen-  
 dat, continent nihil: & hæc ut imprimantur, & ab omnibus legantur, vtilissimæ sunt. Datum  
 Antuerpiæ, Anno 1588. die 10. Martij.

D. Henricus Zebertus à Dunghen, S. T. Doctor, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ  
 B. Mariæ Virginis Antuerpiæ, Pænitentiaris pub. Episcopali electione, & Regia  
 auctoritate librorum Censor.

## SUMMA PRIVILEGII.

Regis Priuilegio cautum est, nequis Paraphrasin in Isaiæ Propheta Vaticinia heroico Car-  
 mine conscriptam à Ioanne Carpenio Iuriconsulto Attrebatio, circa Christophori Plantini  
 voluntatem, intra annos sex proximos imprimat, aut alibi impressam in suas ditiones impor-  
 tet, venalēve habeat: vt latius patet in diplomate Regio, dato Bruxellis 21. Aprilis,  
 Anno M. D. LXXXVIII.

Subsignat.

I. de Witte.